CONCIONES EXPOSITIVAE EIVSdem Ioannis in quinquagesimum psalmum poenitentialem coram regia maiestate, Anno do.1521. et 1522.

A. ISERERE MEI DEVS SECVNdum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Ars naturã imitatur. Vnde pictores artem suam ad naturam exigũt: ut rerum atq; corporum imagines, uelut in crasso quodam fundamento primo præponant, inde delinient, claris postea coloribus exprimant, mox condubrent, deniq; colores coloribus admiscentes & uarijs lineis in symmetriam adducentes protrahant ac depingant: uti (quoad licet) ad naturalẽ formam accedentes, rem tanq̃ uiuam aperiant, atq; totam oculis exponã[illegible]c homines efformant, & animantia, sic arbores, herbas, & res alias: sic reges et regum facta, nobiles et nobilium gesta describũt. Describunt uiros in bello strenuos, imperatores, duces, equites, milites ad bellum instructos, pugnãtes, in acie stantes, in statione cadentes: uulneratos, trũcatos, semiuiuos, interfectos. Arma, lanceas, arcus, enses, scuta, sparos, tela, tormẽta: bella, pugnas, rixas, & conuicia; fingũt quæuis ædificia, palatia, sedem regiam, regem aut imperatorem in ea regaliter insidentẽ, et homines ordine quemq; suo subditos. Effigeant hortos feraces & pomiferos: agros fertiles, & campos uarijs floribus adornatos: nemora, saltus et syluas, deniq; fluuios amene decurrentes & aures astantium suaui murmure demulcentes. Quod hij pictores penicillo destribũt: id poetæ quidẽ & historiographi calamo depingunt. At omnia ista faciũt, ut res ueteres & antiquas historias admiratione pariter ac imitatione dignas, ad memoriam uiuorum reducant. Et sicubi clara nobilitas ueraq; generositas eniteat, sicubi proba uita clarescat assectemur; q̃ uero mala sordidaq; facta uidẽtur & ignobilia, deuitemus. Sunt

Primus Versus.

Pictores, poete, historiographi, reliquiq; scriptores & artifices tres & facta exprimere conantur.

et prophetæ tanq̃ pictores atq; descriptores humanæ uitæ, uirtutis & malitiæ. Describũt peccatorem & iustũ, pœnitẽtem & stãtem, cadentem & resurgentem, titubantem & subitaneo reflexu ad se redeuntem. Describunt insurgentes perturbationes, & peccatorum motus humano quandoq; pectori allisos & impactos, quandoq; forti pectore depulsos & protritos. Describũt dæmonem hominibus insidiari solitum, & ex insidijs aliquando capiẽtem ac illaqueãtem: aliquando uero deuictum atq; profligatum. Postremo uarias hominum conditiones ac habitus pingunt, nunc pugnantes efficiunt: nunc & pugna gementes, nunc peccata licentiose perpetrantes: nunc humillime pœnitẽtes ac ingemiscentes: nunc alijs alios, ut res ipsa postulat; sed omnes suis typis propriisq; figuris expromunt. Sed quid prodest imaginem imperatoris, regis, cõsulis, aut alioqui prĩcipis intueri? Quid uiri bellacis, hystrionis, tragædi, comœdi, riduculosi, uociferantis, eloquentis? Quid saltãtis in scena? Quid prodest uiri gloriosi & inglorij, locupletis & inopis personas intueri? Missas fac imagines istas superuacaneas, nihil honestamẽti uel fructus habentes: & considera ueram historiã, historiam animæ tuæ, consydera quæ dicũtur, scribuntur, quæ narrantur aut depinguntur ad cõmodum & oblectamẽtum animæ. Si uidero, si audiero uel cogitauero cecidisse peccatorem, & resipuisse: res illa cõducit ad animæ salutem & doctrinã uitæ. Si uidero iustum stantem & cum uicijs fortiter pugnãtem atq; superiorẽ: illa uisio mihi conferet ad solertiam, ad sapientiam & fortitutinem. Illinc addisco christianæ uitæ certamẽ, erudior ad uictoriam. Sin eum supplãtatum aspexero: contristor & egre fero: sed eo facto cautior & prudentior euado. Hæc omnia, uelut imago quædã psalmus iste qui nũc habetur in manibus & hodie legitur: intra se continet. Psalmum imaginem rite uoco, q̄ in eo diuersas ueluti personas inspicio. Video peccatorem & iustum: uideo peccatorem cadentem, resurgentem, pœnitentem, non ocio deditum sed cum uicijs assidue cõcertantem; uideo dei misericordiam & auxilium implorãtem, peccata deflentem et uere confitentem, & ita stantẽ ac iustitia confirmatũ

Quomodo propheta artifices illos imitatur / in animę describenda hystoria.

Istę sunt

Istæ sunt personæ, istæ sunt imagines, de quibus agendum. Sed priusq̃ ad expositionem psalmi deueniã: eius titulũ seu superscriptionem (quod solet) enarrare conabor. Titulus hic est. Psalmus Dauid cum uenisset ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bethsabee uxorem Vriæ. *Titulus psalmi.* Psalmus Dauid inquit, non adeo q̃ eum Dauid ediderit, q̃ q̃ eidem aptissime conueniat: agens de pœnitentia quidem ac humilitate quam ultro suscepit: quando uenit ad eum Nathan propheta sub parabola pusillæ ouis quam paup. unicam habebat, peccatum quod ipse cum Bethsabee commiserat reprehensurus. *Humilitas ac penitentia prophete Dauid.* Cuius primo monitu, peccatum agnoscẽs: simpliciter ac plane confitetur dolendo succlamans, Peccaui domino. Propheta uerã pœnitudinem repente susceptam intelligens: confitenti respõdit. Transtulit dominus peccatum tuum, non morieris. *2. Regũ. 12.* Verum ne prolixior in hystoria recitanda uidear, & narratione probe satis intellecta, præsentes auditores obtũdam: relinquo uisendam secũdi Regũ undecimo duodecimoq; capitulis. Hũc idem psalmum Dauid propheta scripsit, adulterij pœnitentior effectus: ut nos peccatores ad similem pœnitentiam inuitaret. Vulnus suum ostẽdit: ut nos simili morbo, similem medelam parare discamus. Peccata propria peccatorumq; pudorem suo ipsius calamo memoriæ cõmendare non erubuit: ut nos peccata uitare, cõmissorũq; pœnitere doceat. Sic beatissimus Paulus peccata sua patefecit. Gratias (inquiẽs) ago deo q̃ me cõfortauit ĩ CHRISTO, qui prius fui blasphemus & persecutor, & contumeliosus, sed nunc fidelem me fecit, *1. Timo. 1.* propterea blasphemiam suam, uitam suam, seipsũ manifestauit: ut si quis blasphemus fuerit, si impius, si iniustus aut ullis peccatis obnoxius: salutem non desperet: sed tantũ ut recedat a malis, bonaq; faciat, & spem salutis habeat: tantum ut conuertatur & uiuat. Dauid quoq; qui mœchatus est & homicidium perpetrauit: sed pœnitẽs remissionẽ a deo promeruit, ideo seipsũ prodit & peccata sua scriptis euulgat, ut si quis mœchus, si quis homicida fuerit: si quibus aliis maculis aut peccatis ĩfectus, addiscat quomodo si conuersus pœnitẽtiam egerit, ad salutẽ redire queat. Itaq;

psalmū hunc pœnitētialem acute conscripsit post multam & acerbam pœnitentiam, post peccatorum correctionem & ablutionem, post uitæ nouitatem: ut posteris exemplo fieret, ut suus morbus, suus dolor, alijs medicina foret, utq; naufragiū suum cæteris esset trāquilli portus instar, ut qui pari uulnere læsi, pari morbo infecti, pariq; naufragio tentati fuerint: simili quoq; medicina, simili cura, similiq; felicitate sanari & restitui possint. Remedium omne, remedium fuit pœnitētia, spesq; diuinæ misericordiæ. Clamās ergo sic misericordiā implorabat Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Quinquagesimus hic psalmorum est, psalmus misericordiæ, psalmus cuius dictione frequētiq; clamore deus ad misericordiam inducitur, ad misericordiā inclinatur: ad remittenda peccata peccatori permouetur. Attende q̄ quinquagesimus sit. Quinquagesimus annus Iubileus erat, annus in lege quo remittebantur debita, quo uincti compeditiue soluebantur, quo reuocabantur ad antiquum dominium & solitam conditionē alienata uel quouis pacto distracta patrimonia. Virtutes istas in hoc psalmo consydera. Quinquagesimus psalmus est, inter pœnitentiales psalmos præcipuus uelut in meditullio illorū septē constitutus, sicut sol inter ipsos planetas, medius quoq; psalmorum omnium, psalmus in ecclesiastica deprecatione frequentissimus, cuius uirtute q̄ plurimi ad pœnitentiam cōuertuntur, commissa remittuntur, & bona queq; deperdita restituūtur. Quisquis ergo & quātumcunq; peccasti desperare caueto, noli labascere, sed: sed ad pœnitentiam & misericordiam cum propheta recurre. Dauidem gementem audi. Non Nathā propheta, sed ipse propheta Dauid ad te mittitur. Audi supplicantem atq; clamantem eundem prophetam, & ipse simul inclama. Audi Dauidem dolētem, & cōdole: audi Dauidem gemētem, & cōgemisce. Audi ipsum lachrymantem, & collachrymare. Audi correptum Dauidē a deo, seq; ipsum corripientē: & teipsum tute corripe. Gemit, precatur, & clamat ipse Dauid Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meā.

B.

Cur psalmus iste sit numero quinquagesimus.

Exēplo Dauid, nulli desperandum.

tem meam. Qui magnam misericordiam deprecatur, miseriā magnam confitetur. Nam misericordia est (ut Augustinus interpretatur) alienæ miseriæ in corde nostro compassio: qua si possimus, subuenire cogimur. Diuinam ergo misericordiam inuocat, qui suam ut ipse miseriam respiciat, implorat. Paruam misericordiam quærat, qui parum deliquit: qui per imbecillitatem uel ignorātiam peccauit. Magnā misericordiam iste propheta rogat, quia miseriam suam magnam intelligit. Magnā misericordiam & multitudinem miserationum inculcans: ac si diceret, tam magna, tam multa, tam turpia, tam obscœna sunt scelera mea: tam feculēta, fetida, fœda: ꝙ præ magnitudine, multitudine, ac turpitudine ipsorū et abhominatione, in desperationem ruerem: nisi scirem misericordiā tuam magnam, misericordiam immensam atq; infinitam. Tribularer si nescirē misericordias tuas domine. Nisi scirē ꝙ proprium sit tibi misereri: nisi scirem ꝙ misericordia tua dn̄e plena sit terra, nisi scirem ꝙ misericordia tua iudiciū superexaltet, nisi scirem deniq; ꝙ misericordia tua super omnia opera tua, mirifice grauarer, atq; tolerandis molestiis opprimerer. Idcirco ad te uenio, ad te curro, ad te confugio & proclamo Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Sciebat iste ꝓpheta, sciebat profecto, ꝙ hic tempus esset miserendi, illic iudicandi: in hac uita spes u[illegible] in futura, meriti diffidentia. Quare dicit & apud se deo loquitur. Iusticiam tuam timeo, iudicium metuo, memor examinis futuri contremisco. Erunt ibi omnia nuda, omnia aperta, omnia manifesta: illuminabuntur abscōdita tenebrarum, & patebūt consilia cordiū. Ibi nulla prorsus excusatio, nulla defensio, nulla pœnitētia ꝓdesse poterit. Ibi nulla prouocatio proderit, ubi iudex erit quo nemo superior: ibi res unaquæq; sicut se habet, citra discrimen accipietur, et unicuiq; iudicium fiet secundum opera sua, secundum ea quę gessit in corpore. Ibi summum ius erit, ibi nec punctum iuris omittetur, nec apex unus, aut unum iota pręteribit e lege, qui omnia secūdum arctam legem implebuntur. Quapropter, extremam hanc iusticiā extimesco. Vereor, uereor ne tūc cōtra me sit ferēda sentētia,

Misericordia diffinitur

Magnitudo misericordie dei.

Exponitur.

Iudicio dei non est prouoc…

uereor ne lite pendẽte,ne dum controuersa res agi uidebitur, subi=
to rapiar in iudicium:et ne intret deus in iudicium cum seruo suo.
Igitur prouocabo,nõ a te domine deus a quo nulla est ꝓuocatio,
sed a iusticia tua de qua mihi uereor & de meritis meis male suspi
cor,ad misericordiã tuã:a seueritate,ad misericordiæ suauitatem &
clemẽtiam:sub huius propugnaculo,sub huiusq; tutela perstabo,
totus e misericordia pendebo. Ad curiam ergo misericordiæ cõfu=
gio:ad misericordem senatum seu quam cancellariam uocant. A
cõmuni seuerę iusticiæ loco, a regio certe destinatęq; iusticiæ sedi=
li prouoco:ubi norma iuris omnino sectatur,nec ulla ex parte mi=
nuitur aut mitigatur:ad pios & clementes legum interpretes inter
quos bonum & equm iutrospicitur & exercetur, immo quod piũ,
clemens & benignum est,impenditur. Illic ueritas & extrema iu=
sticia,hic iusticia ueritas & misericordia concurrunt atq; osculan=
tur. Si uẽtilaremur omnes in illa iustitiæ curia coram seuero tribu=
Psal.129. nali quis damnationem effugiat? Si iniquitates obseruaueris do
mine,domine quis sustinebit? Sed nõ intret dominus deus meus
in iudicium cum seruo suo:potius misericordia preueniat & sequa
tur me.Meipsum,sensus,acta,cogitationes, affectiones, & opera
quæq;,tuæ protectioni,tuoq; tutamini subijcio:te nũc aduocatum
[illegible],tuæ gratiæ, tuæ misericordiæ patrocinium implorans ex=
clamo. Miserere miserere mei,non secundum peccata mea,non se C.
cundum merita quæ nulla sunt retribue,non secundum iustitiam
tuam a qua mihi timeo: sed secũdum misericordiã tuã. Nec secũ=
dum misericordiam tuam paruam,sed magnam: magnam quęro
Misericordia dei multiplex. misericordiam.Multiplicem etenim habet deus misericordiã.Ha=
bet qua defendat,qua remuneret,qua parcat, uocet, puniat, remit
tat,& coronet.Quas ut hic attigisse sufficiat:alias latius enarrabo.
At una misericordia est qua peccatores expectat ad pœnitẽtiam,
Tren. 3. quos non continuo punit,aut ultionis gladio percutit.Nam mise
ricordię domini ꝙ non sumus cõsumpti.Hæc misericordia est:sed
parua plane,non ad salutem sufficiens:sed ad damnationis incre=
Psal.49. mentum aliquando faciens ut ibi scribitur Hæc fecisti & tacui.

Tacet

Tacet deus ut homo conuertatur, dum pœnam peccatis dignam nō infligit. Expectat uos ut misereatur uestri, uocat, reuocat, parcit, ob id tantū ut homo peccatum deserat: ut ueram pœnitentiam agat. Hanc misericordiā rogo, hanc flagito: neq; hanc solam, sed & aliam, ob id tantum ut non solum expectes, sed etiam a peccato reuoces, ut quem pœnitere uis, pœnitere quoq; facias: cum nemo sese ad pœnitētiam conuertere ualeat, nisi dei misericordia preueniente pariter ac mouente, ut ibi dicitur Misericordia tua dñe adiuuabat me. Nec ista sufficit, nisi magnā preterea misericordiā impetrauero. Prima nanq; si libeat, licet abuti: per secundam, labi possum. Igitur bene scio quid petam dum misericordiam tuam magnam inuoco: qua peccatorum remissionem consequor, qua e potestate dæmonum eruor, a recidiuo cauendi uirtutem accipio, et in uirtutum studio firmor ac corroboror ut uere dicam Misericordia tua magna super me, & eruisti animam meam ex īferno inferiori. Misericordiam istam expeto, non illam tātum qua peccatores expectas ad pœnitētiam, neq; dumtaxat illam qua pœ[redacted]das gratiam: sed & istam qua me cōfirmes in bono, ne amplius labatur pes meus. Igitur optime propheta magnam misericordiam efflagitat, cum sit etiam parua. Parua est, mediocris, & magna: totidem peccatorum speciebus respondens. Parua misericordia, p[redacted]tor paruus indiget, mediocri modicus, & magna profundus. Parua misericordia seu gratia est, sanitatem, fortitudinem, [redacted]nustatem, celeritatem ceterasq; corporis dotes abunde donare. Parua, est honores, principatum, diuitias, latifūdia & alia fortunæ ludibria copiose dare, in periculoq; defendere. Mediocris, diuitias bonitatis et patiētiæ respicit, quando benignitas dei te expectat, ut adducat ad pœnitētiam. Magna quidem, animi bona tribuit: mala diluit, peccata remittit, animam saluificat, indignum coronat, & perducit ad gloriā. Quare propheta rectissime clamat. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Nec exclamatio tanta animum eius explet, quin ad multitudinem misericordiarum una confugiat. Neq; iniuria, quia multitudinem peccatorum habuit et

modo

Esaiæ.30.

Psal.93.

Psal.85.

Triplex misericordia [redacted] vide. mediocris, et m[redacted].

modo peccatorum medicina respondet, numerusq; numero congruit. Si semel peccaueris, opus erit una misericordia: si bis, bina: si centies, centena. Si multitudinem peccatorum habeas, multitudine miserationũ opus erit. Multi præterea modi uarijq; misericordiarum sunt, immo sicut infinita sunt peccata, sic sunt infinitæ misericordiæ dei. Ad has ꝓpheta recurrit: pro his sedulus ĩclamat

2. Versus. ET SECVNDVM MVLTITVDINEM MISERATIONVM tuarũ dele iniquitatem meam. Si non esset mul

Multitudo miserationũ dei.

titudo miserationum tuarũ, quid eueniret nobis e tanta multitu-

Psal. 129. dine iniquitatum nostrarum? Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Propheta gemibũdus & misericordiæ pe-

Plebis Israelitice duricia.

tax, neutiq̃ immemor erat antiquarum misericoridiarum dei, quã do contumacem populum Iudaicum, quãdo populũ illum duræ ceruicis & indomiti cordis, tot miraculis, tot signis & prodigijs de seruitute liberauit ægyptiaca: & tam potẽter ac gratanter eduxit: quem per Rubri maris medium sicco pede traduxit, cuius gratia

Sapi.7. loc[illegible]us de cœlis in montem Syna descendit. Cui panem omne delectamentum in se habentem de cœlo præstitit, & aquã e petra

Exo.17. durissima largifluam in heremo produxit. Ast hic inhumanus & immitis populus, post tot & tam ampla beneficia, post tam mag[illegible]facta, post tot magnalia, tot opera mirifica ac terribilia, authoris eorum sui benefactoris ac seruatoris obliuisci potuit: immemor istorum omnium esse uoluit, cor contra deum obdurauit,

Exo.32. usq; ad contemptum dei, uitulo conflatili hostias immolauit, legem & cęremonias a deo datas abiecit, monita prophetarum audire noluit, sed ipsos occidit, ipsi deo blasphemias irrogauit, quibus tantis & tam multis prouocationibus deum tandem ad irã accendit, nec infestum tamen habuit: qui postq̃ eos aliquantisper in manus hostiũ tradiderat, ubi duris casibus et flagellis edocti resipuerunt misericordiam inclamantes, eos illico ad gratiam recepit, & exauditos esse multis de cœlo beneficijs ostendit. Iterum lapsi si resurgerent, si ueniam & auxilium sollicite rogarent: [illegible]erum atq; iterum condonauit et adiuuit: nunq̃ non in gratiam

sui redi-

sui reditum patere uoluit, clamantes ad se non consumpsit, nō pdidit, sed in miserationibus suis ubiqꝫ liberauit. Vis uidere quot et quantæ sunt miserationes dei? Ecce chananea huius rei præsentaneum exemplum occurit, quæ nunc auribus tuis insusurrat, quod

Mulieris chanee sedula depcacio.

D. confugiens ad CHRISTVM inclamauit Miserere mei domine, filia mea a dæmonio uexatur. Misericordiam petit, misericordiā flagitat: ubi misericordia præstolatur, iustitiæ memoria secedit, iudicium non seuit. Vbi misericordia quæritur, pœna non obuiat, nec habet ibi locum. Misericordiam petit, & misericordiam obtinuit: quærit, & inuenit: quicq̄ orat per misericordiam & fidem in ea defixam, accipit: filie sanitatem impetrat. At uis uidere miserationes dei quantæ sint? Ad fontem aspice, ad fontem earū accurre. Ecce CHRISTVS misericordia duce natus, & humana carne uestitus, ut author esset humanæ redemptionis & uocationis ad salutem: paruulus adhuc & in cunis decubās, per misericordiam ab extremis mundi finibus magos accersit, & ad salutē suā uenire facit. Vbi iā adoleuit & docere cœpit Publicanum in[illegible]mem ad suam sanctissimam societatē aduocat: inde famosam meretricem ad se conuertit, & intimam dilectricem esse uoluit: postea latronem insignem & deniqꝫ blasphemum adiungit. O misericordiam admirandam. O noua diuine uocationis initia, qui p[illegible]res maximos primum sibi copulauit ut inde nulli peccatorū non pœnitendi locum idoneum assignaret. O singula[illegible]m uim diuinæ commiserationis. Dæmones dominabantur, peccata preualuerūt undiqꝫ, caro nusq̄ spiritui subiecta fuit: sed impietas omnes possidebat, quorum alij libabant idolis & manuum suarum fabricis ac figmentis, commutātes ueritatem dei in mendaciū. Alij res a deo factas p deo uenerati sunt, seruientes creature potius q̄ creatori, & mutātes gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, uolucrū, quadrupedū & serpentiū. Omnes immundicijs & spurcitijs subiecti seruiebant facientes quę non conueniunt: usqꝫ adeo ut etiā ipsi qui legem & promissiones acceperāt, deum et legem sæpius ac grauiter offenderent & contemptim preterirent.

Matth. 15.

Varia exempla misericordie Christi.

Ro. 1.

terirent. Sed ecc[e]am dei misericordiam. Cum totus mundus conclusus esset in peccatis (Gala. 4.) Vbi uenit plenitudo temporis misit deus, filium suum ut nos redimeret, et a peccatis liberos, filios adoptionis efficeret. Venit ergo creator omnium deus ad creaturas suas, uenit ad homines quos crearat, ut eos tanq̃ recrearet & sibi restitueret, sublataq; peccatorum originę, & principio mali dēpto: peccata simul ac peccatorum pœnas euacuaret. Quare dæmonibus silentium imposuit, dæmones expulit, & eorum dominium omnino repressit. (1. Cor. 10.) Qui non patitur nos tentari super id quod possumus, sed facit etiam cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere: Debiles, languidos, infirmos, mancos, mutilos, cæcos, surdos, claudos, mutos curauit, mortuos ad uitam reuocauit, pœnitentibus sua peccata remisit: & omnes tam animi q̃ corporis morbo laborantes, plenæ sanitati restituit, ut nullus uel tunc fuerit uel abhinc esse potuerit, qui de salute merito desperet. Ecce nūc q̃ grādi[illegible] dei misericordia sit, q̃ multiplex. Itaq; si fueris impius, peculator, [illegible]ctigalium exactor, aut alioqui pecuniarum conuasator, publicanum cogita & resipisce: si fueris immūdus et obscœnis moribus, meretricem attende: si furti uel homicidij accuseris, latronē inspice: si demum ulla ratione fueris iniquus, blasphemum animo [illegible]e. (Mirifi[illegible] Pauli conuersio[illegible]) Consydera qui Saulus ante fuit, postea Paulum apostolum: seuissimum initio persecutorem post ecclesiarum predicatorem & doctorem eximium: ante Zizaniam, postea frumentum antea lupum rapacem, post id assiduum et perdiligentē in caula pastorem: ante plumbeum, nunc uelut aurum in fide fulgentem: ante pyratam, postea summum nauigij gubernatorem, & tanq̃ tæmonem in puppi regentem. Omnium ante corruptorem ac dispersorem, nunc primarium ecclesiæ dispensatorem: prius euellentem uineam, nunc sędulo plantantem & inserentem: initio cūcta dissipantem, & deniq; singula queq; reædificantem. Vidisti multa mala, sed & malorum remedia. Audisti multimodā pauli maliciam, sed syncęram quoq; cōuersionem, ac totius uitę redintegrationem. Hæc tute perpendas & horum exemplo discas q̃ magnā illam

illam misericordiam dei & multitudinem miserationum eius: edi-
scas q deus si te pœniteat, qualiacunq peccata remittat. Sanat om- Psal.102.
nes infirmitates tuas, miseretur omnibus. Peccasti? pœnitere inci-
pias. Milies peccasti? millenariam pœnitentiam age. Quoties ad-
misisti peccata, toties pœnitentiam assume. Quantumuis magna
sint peccata tua quantacunq malitia: desperare noli, quia magna
est, immo longe maior misericordia dei. Quanta sit rogas? Quan-
ta sit nescio, apprehendere non ualeo, definire nequeo. Nescio ma
gnitudinem, quantitatem ignoro. Non uerbo, non auditu com-
prehēditur. Sed grandem eius fructum & immensam uim, ex hijs
quæ supra posuimus perspicere poteris: & ex hijs quæ magis ac
magis indies in peccatoribus operatur. Quoslibet ad se trahit, sed
non eodem modo singulos. In quibusdam e contritione lachry-
mas, in alijs aliter acerbam compunctionem excitat. Quosdam
ad orationem, alios ad ieiunium, alios ad eleemosynam frequenter
inuitat, & ut alijs modis corpus affligant ac spiritui subdant, effi-
cit. Quosdam ad humilitatem, ad obedientiam & castita[illegible]
cat, quos ad religiosam uitā transmittit. Sic omnes, sed alios alijs
rationibus ad preteritæ uitæ pœnitudinem, ad præsens uirtutis ex
ercitium & sanctitatem allicit. Idcirco confidat unusquisq quan-
tacunq peccata prius admiserit, & quando spiritualem istiusmo-
di motum atq pium instinctum intra se sentit, diuinū opus ag-
noscat. O uere magna misericordia dei, mirabilis & occulta ope-
ratio diuinæ miserationis qui per pœnitentiam, peccatorē in gra-
tiam admittit atq uitam probat: & quomodo pœnitētiam age-
re possit edocet, utq uelit efficit. In hac misericordia duo noto si- Misericordia duplicē
bi uelut attributa. Vnum quo peccatores uocantur & conuertun- vim habet.
tur ad deum: et hæc apposite gratia nuncupatur. Alterum quo
prius admissa relaxātur: & hæc est proprie misericordia, de qua
sumus ista locuti. Quare confide quicunq peccasti: confide iam
et cōpungere, ut lachrymas emittas aut emittere satagas: resipi-
E sce ut uirtutem in te diuinam intelligas, clama cum ꝓpheta Mise
rere mei deus: clama. Respice in me & miserere mei: & procul du- Psal. 24.
bio deus

bio deus omnia condonabit. Si diabolus aduersus te gladiū exacuat, indignabundus inuidiæ tæla mittat, & taliter obiectet Iuuētam omnem misere contriuisti, in nefandis sceleribus ætatem absumpsisti, uitijs omnibus uitam indignissime conspurcasti, cum latronibus & meretricibus bonos dies male transegisti, preciosos annos pessime collocasti, cum solis improbis & uiciosis consuetudinem habuisti, bonos odio, malos in precio deputasti: rapuisti, peierasti, blasphemasti, omnia perditissime fecisti. Quid reliquū, nisi ut pergas esse qualis hucusq; fuisti? tibi spes nulla salutis, perijsti, fruere ergo (quod facis) præsentis uitæ cōmodis, fruere uoluptatibus, cor lætum et iocundum habeto, carnem ac cutem con foueto, relinque signa læticię. Nam hæc tua sors, hic flos tuus est: ego contra, tibi, ego contra, diabolo, pro te respōdebo. Nam hæc diaboli uerba sunt, hæc inimici cōsilia. Econtrario mea sentētia tendet, lapsus es et grauiter et sæpe, in peccatis multum & diu iacuisti: in his te uelut sus in uolutabro uolutasti. Quid tū postea? [illegible]lapsus es, quomodocunq; lapsus es, surgere poteris. Id mihi deus in litteris suis infallibilibus ostendit: & ego te uicissim doceo. Si fornicator, si adulter aut incestuosus, si sacrilegus fueris, dehinc continere poteris. Si fur aut latro fueris, modo facultates suppetant, poteris restituere: uel si non sufficiant, ueraciter uelle poteris & pœnitere. Qui in scortis, popinis, aut illicitis ludorum generibus patrimonium & supellectilem omnē abliguristi, christianę deinceps paupertati potes applaudere, uel rem honesta ratione reparare. Qui potor aut edax fuisti, poteris abhinc abstemius esse. Qui iuramentis, periurijs, blasphemijs & conuicijs assueuisti: poteris ab ociosis nedū perniciosis uerbis abstinere. Qui cum malis conuersatus es, poteris hijs relictis, ad bonos te conuertere. Quacūq; ratione perditus es, poteris si tuipse uelis, instaurari. Qui teipsum uulnerasti: tu tibi curam adhibe quam potes, idq; dum uiuis. Dum uiuis peccata relinque, dum uiuis & uales, pœnitentiam age. Siquidem pœnitentia in sano, sana est: in infirmo, infirma: in mortuo, mortua. Alibi lugere, alibi pœnitere uelle et

Fraus diabolice tentationis.

Nemo sic cadit quin resurgere possit.

Pœnitētia solis viuentib9 prodest. Augustinus.

uelle,& illachrimari potes,ſed nihil omnino conducet. Dum uiuis illachrimare quando prodeſſe poterit, dum uiuis ad conſcientiam redi, dū uiuis conſydera teipſum & pone ante oculos iudicij diem, paradiſi delicias, quę ſanctis et pœnitētibus pręparantur, & inferni miſerias, q̄ cōſtituunť diabolo & angelis eius. Iſtas exhorreſce: illas expetens ingemiſce. Nā ſi mille criminibus obnoxius fueris, in exitu ſaluus eſſe poteris uel unico uerbo, unica ſi uere te pœniteat cogitatione, una ſi mīam implores cōfeſſione. Nolo mihi dicas, unde noſſe poſſum, an ueniā ipetrabo? Ecce ſtat medicus corporis tui ſecās, urens, & innūeras curatiōes adhibēs, nec eū interrogas quo modo cureris? ſed arti concedis. Seruo concedis, et dei mię nō cōcedes? Qua quæſo ratiōe ſeruatus eſt latro, cuius omnis uita rapax & cruenta fuit homicidijs, perſecutionibus, direptionibus, et mille malis obruta: quorum nec pœnituit dum adhuc in terris ambularet, donec ſublatus in furcas ſui memor eſſe cœperit? Ab hominibus hic ſceleris eſt condemnatus: & per humilem confeſſionem a deo coronatus. Non unius diei ſpacium intercesſi do CHRISTVS in cruce clauis affixus pependit. Sed iamiam ille moriturus nequaq̄ deſperauit (pręſente CHRISTO) ſalutē, ſed confeſſus dominum, dolens uitam pręteritam, & facti pœnitens, paradiſi meruit ingreſſum. En latronis fidem admirand en pœnitentiam oportunam. In cruce pendens, regno cęlo uim fecit: paradiſum uiolēter introiuit. Sed rogitare pergis, quomodo gratiam apud CHRISTVM inijt & ſaluifactus eſt? Vis ſcire modum? Audi uerba de quibus intelligas Memēto (inquit) mei domine, dum ueneris in regnum tuum. Tantū præualuit iſte ſermo, tantum potuit iſta confeſſio, ut qui uera pœnitudine ductus, CHRISTVM fideliter eſt cōfeſſus, & Paradiſi colonus eſſe meruerit. Si non hoc reſponſo ſatiatus, modum adhuc inquiras? Neſcio plane ego quo pręterea modo ſit factum. Eger ſum, ſanari cupio: medicinę rationem non interrogo, curationis modū non quęro. Sin tu hijs nō obſtantibus confidēter interroges: tu quoq; mihi reſpōdeto. Quomodo fures, qualiter homicidę in carceribus uincti, quomodo accuſati, conuicti, damnati, paratis etiam quæ-

Sancti latronis tēpeſtiua pœnitentia.

Luce.23.

Regia autoritas.

ſtionarijs & carnificibus ut imperata faciant, ut ſupplicium infli-gant: ad nutum tamen regis abſoluti ſunt, & abſolui regia gratia atq; indulgentia ſępiſſime ſolēt? Rex homo eſt, mei ſimilis, eadē natura, pari naturæ conditione: ſimiliter ingredimur mundum, pariter egrediemur è mundo: mortales ac fragiles ambo ſumus: at ad nutum tamen eius merito plectendi ſoluūtur. Si poſſit hoc homo mortalis ex inſperato comceſſurus, quanto magis deus angelorum & archangelorum dominus? dominus & rex omnium? Si rex præſentia ſupplicia remittat, quanto magis deus peccata

Vis diuine voluntatis. præſentia, futuràq; ſupplicia? Quod deus uult, nihil non fit. Verba dei ſtatim uertuntur in opera. Si dixerit adultero, nolo ſis amplius adulter, ſtatim ab adulterio deſiſtit. Si uoluerit, ſi dixerit, quod feciſti remitto, omne quod commiſiſti, euaneſcit, Si fornicatori dixerit, ceſſa fornicari: mens ſtatim melior accedit, & uita commutatur. Vtq; ſcias ita rem habere, prophetam audi Dixit, & facta ſunt. Audi Moſen Dixit, fiat cœlum, aut firmamentū, [illegible]m eſt. Præcepit fieri terram, & illa ſtatim apparuit. Fiant inquit luminaria, & facta ſunt. Vt uoluit, cœlum aſtris eſt cōſperſum & perſpicuum: terra fructibus & animalibus impleta. Sub eius præcepto ſol, luna, cœlum omne, curſum conſummant ſuū: quam ipſe legem imponit, inuiolatam ſeruant. Volo angelos, ait, [illegible] in momento tot angelorum milia uiſa ſunt. Iam qui ex nihilo

Peccatū ad miſericordiā quid. hæc omnia fecit, nonne ſermone quoq; ſuo peccata delere poterit, & pœnitentes in angelicum admittere conſortium? Quid enim eſt peccatū ad miſericordiā dei? Tela araneæ, q̄ flante uento ſubito diſparet: umbra corporis, quæ ſtatim euaneſcit: aquæ bulla, quæ modo nata, repente diſperit. Si deus ergo uoluerit, quid impedire poterit, quo minus quiduis fiat. Hæc dico, non ut negligentiores per ſpem ueniæ ſimus, ſed ut in fidei ſpeiq; ſyncęritatę uos ualidiores eſſe doceam. Ne deſperetis unq̄, ſed miſericordiæ dei firmiter ubique confidite. De illo potius deſperate, qui ſibi deſperauerit ipſi: qui pedem ſiſtere non uult, qui non uult a malo reuocare gra-

Vergilius. dum, ſuperaſq; euadere ad auras: qui cum in profundum malo-

rum

rum uenerit, qui misericordiam dei negligit, & omne salutis reme dium despicit, nec se cogitat esse moriturum. Consyderate nunc prophetam iustum & sapiētem, post gratiam sancti spiritus, post tam absolutam erga deum fiduciam, post tam singularē præstan tissimarum uirtutum multitudinem, post tam uaria bella fortiter & strenue gesta, tot uictorias fœliciter obtentas, & tantos trium phos honorificentissime receptos, se deo tamen humillime deden
F. tem, uitam clare manifestantem, & misericordiam in hunc modū exorantem. Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam Litera.
tuam. Quid ais? misericordiam petis o Dauid? Audi prophetam Nathan, extemplo petitioni respondentem Dominus dimisit pec 2. Reg. 11.
catum tuū. Dexterrime petijt, qui tam celeriter obtinuit. An hęc remissio tibi satisfecit? Nunquid ultra quęris o Dauid? Peto non solum (inquit) peccata mea contra deum admissa, sed & quibus offendi proximum, in uniuersum aboleri. Peto, clamo Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. De le de anima mea maculam, de libro tuo memoriam. Dele de [redacted] scientia mordētem uermem, de affectu malignum appetitum, de corde, uerbo, gestu, unumquemuis errorem. Vide quid quęrat. De le (inquit) iniquitatem meam. Remissa sunt tibi peccata Dauid, an quęris aliquid aliud? Quęro uestigia (dicit) iniquitatum un[redacted] deleri, ut nullum maneat peccati uestigium, nulla obligatio rea tusue maneat ad supplicium. Peccatum namq; tria facit. Primo cul pam inurit animæ, qua ità dei peccator incurrit, & fit debitor ęter næ pœnæ, in quantum ei deus peccatum illud ad pœnam æter nam imputat. Secūdo deturpat animam, ut quæ per gratiam, dei similis erat, per peccatum deformis ab eo degeneret: & hæc defor mitas macula quædam appellatur. Tertio per peccatum admis sum, manet in cōspectu diuino respectus quidam mouens deum ad uindictam eiusdem. Pœnitens ergo propheta, petit ut deus de leat peccatum suum, & iniquitatem suam. Per peccatum, omnem offensam è fragilitate carnis admissam, condonari postulat: sicuti gulam, desidiam, & luxuriam. Per inquitatem uero peccata, quæ

Tria [redacted] peccati.

peccatum

Iniquitas

 per spiri=

per spiritum intus praecipue committuntur, remittenda quęrit: superbiam scilicet, iram, inuidiam, & auaritiam. Ideo dele (inquit) iniquitatem meam, & peccatum meum. Sed quid est peccata delere? Nihil aliud certe q̃ peccata non recordari, nec ad poenam imputare. Vnde quando dicit dele iniquitatem: perinde est ac si dicat, sic dele eam de memoria tua, ut ne amplius imputes ad poenã ęternam. Sed quia maculatus, deturpatus, & deformatus est absentia gratiae: nunc maculas illas ablui cupit, ut ita gratiã eandem inueniat. Lauari petit & mundari per sanguinem CHRISTI, qui in uirtute sacramenti poenitentię operatur, & emundat hasce maculas, quae polluunt & corrumpunt animam. Petit igitur ut synceram poenitentiam agere possit, cuius uirtute lauatur peccati macula, cuius uirtute mũdatur culpa, & poena deletur. Tria nãq; uera poenitentia perficit, quae cum praefatis tribus ex diametro pugnant. Culpam siue iniquitatem diluit, turpitudinem aufert, & apud diuinũ obtutum impetrat ne recordetur amplius, neue im[redacted]t ad poenam ęternam. Quoniam sicut quem uere poenitet, dolens amplius non peccare proponit: ita deus talis propositi nequaq̃ immemor, peccatum omne quod pręcessit, à memoria, à sententia, & ab ira sua poenitus excludit, nec ulterius ad poenam imputat. Poenitentia talis, iniquitatẽ nostram è memoria dei tollit, ne recordetur amplius. Delet à peccatore, quem innocentię restituit: delet in iudicio, si non ultra committat. Quocirca poenitens inclamat Dele iniquitatẽ meam, dele eam de memoria tua, dele de libro tuo, ut non memoretur, non uideatur, non imputetur amplius. Dele eam de libro conscienciae meae, quo uermis eius moriatur. Dele, sic dele, ut de me poena non sumatur. Neq; tantum ut deleas oro & obtestor, sed AMPLIVS LAVA ME, AB INIQVITATE mea, & a peccato meo munda me. Audi, quomodo non tantum orat ut deleat: sed & laua me, inquit, amplius laua me. Amplius, immo plurimum lauari cupit. Sic enim opus habet, qui multis sordibus est inquinatus. Non sufficit panno ualde sordido simplex lotio, sed lotiones multae: multae con-

fricaciones

Peccata delere quid sit.

Dele

Tria facit poenitentia.

Vers. 3

Tertius uersus.

Lauari petit propheta et amplius lauari

fricationes adhibendæ sunt, ut plene dealbetur. Sic habet anima. Qomodo Naaman Syro leproso dictum est, ut quod in anima generandum est, uere figuret Vade & laua te septies in Iordane. Non ut semel lauet imperat, sed septies, seu pluries. Quare propheta clamitat Amplius laua me. Laua me, laua me à culpa, laua à poena: laua me intus, laua exterius. Amplius me laua q̃ alios, quia amplius peccaui. Ita perfecte me laues, ut in me nec peccati uestigium relinquas: non delectationem, non consensum, nedum consuetudinem, aut actum. Et à peccato meo munda me. Animaduertenda hæc tria uerba, dele, laua, munda, quæ uideri possunt unum & idem importare in his, quæ propheta dicit Dele iniquitatem, laua me ab iniquitate, à peccato meo mūda me. At porro diuersa denotāt. Nā apud prophetā nihil est supperfluū aut imminutū, sentētijs eius nihil aut addi uel demi recte potest. Quare ꝓpheta triplicis peccati memor, quod cōmiserat, adulterij furti, & homicidij: trifariam ingemiscit, & petitionem triplicat. Nec id ab eo solū fieri debet, quādo non minus opus est ut fiat à nobis, qui sæpius eadem peccata perpetramus. Quoniam ad hęc tria, omnia fere rediguntur peccata: neq; peccamus usquam, quin horum aliquo delinquamus. Primum anima nostra desponsata est CHRISTO per baptismum, ut apostolus ibi docet Despōsaui uos uni uiro uirginem castam exhiberi CHRISTO, in[illegible] renunciat diabolo & pompis eius, Christoq; dat fidem, spem, charitatem, et in omnibus fidele promittit obsequium. Igitur quomodocunq; peccet, adulterium committit: auersa iam ab incommutabili bono, & ad cōmutabile sponte conuersa: Christi recusans imperiū, ut diaboli se seruitio subdat: quando nemo potest duobus dominis seruire, sed necesse est ut unum contemnat, si alterū diligat, uti Christus ait. Contemnens itaq; Christū sponsum ac ipsius uoluntatem, diaboliq; suggestionem & mandatū adimplens, cum diabolo fornicatur, & pellicatus rea peragitur. Furtum itidem committi solet. Quisquis enim peccat, manus ad illicita mittit, & quod prohibetur, arripit. Peccatum autē nihil aliud est, nisi omne

4. Reg. 5.

Quid differant dele, laua, munda. Quare propheta ter repetit petitionem suam.

Augustinus. Peccatū q̄d est. dictum, factum, uel cōcupitum contra illud, quod lex prohibet.
Deniq; sic fit homicidium. Nam qui peccator est, animam suam
Iacobi.1. occidit, ut illud Iacobi demonstrat Peccatum cū consummatum
fuerit, generat mortem. Ab his tribus pœnitens propheta libera
ri desyderat, hoc modo supplicationem suam ingeminans Dele
iniquitatem meam, amplius laua me ab iniquitate mea, & à pec=
cato meo munda me. Nō mihi aurū postulo uel argentū nō pre=
ciosos lapides, non mercimoniorū abundantiam, aut diuitias ul=
las: non splendentia uestimenta, non raras & exquisitas epulas,
non quascunq; res mūdanas: sed quæ sit his omnibus charior, ex
cellentior, & preciosior: mundiciem cordis expeto, sine qua ne=
mo deum uidebit: per hāc fit ut uidere quis possit, uti Cristus ad
Matth.5. monet Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Nihil
enim adeo conducit ad uidendum deum, q̄ hæc præclarissima uir
Boetius tus, quæ inter uirtutes alias ita renitet, ut inter stellas luna mino=
Mat.5. res. Beati (inquit) mundo corde, quoniam ipsi deū uidebunt. Mū
Exponitur. Que sit vera mundicies. di cordis homines, beatos appellat, & eosdem deum esse uisuros
asserit: non quos externa solum facies corporis adornat, dum cor
intus undiq; sordescat. Nam tales scribarum & pharisæorū haud
Matth.23. absimiles sunt, contra quos sic dominus inclamat Væ uobis scri
bæ & pharisæi, qui mundatis quod deforis est, intus autem pleni
[illegible] rapina & immundicia: pleni cogitationum absurditate, pleni
delectationum, uoluptatum, & factorum enormitate pessima. Or
natus & mundicies corporis, apud deum indifferens est, quā nec
improbat, si non improbe utaris, nec de se laudabilem existimat:
sed ornatum animi semper tanq̄ per se laudabilem acceptat, & im
Chrisostom⁹ super Matt. mundiciam improbat: sicut & ibi Chrysostomus innuit Cū de=
us neq; corporis immundiciem laudet, nec sordes condemnet: po
ne tamen q̄ deus odit sordes corporum, uestimentorum, & uaso
rum, quæ necesse est ut ipso usu sordidentur: quanto magis sor=
des horret consciētiæ, quam reuera si uolumus, semper mundam
seruamus? Quamobrem ait: Beati mundo corde, non autem cor
pore. Hæc cordis aut animi mundicia, præsertim in duobus con

sistit:

sistit: innocentia mentis, & continentia corporis. Prima est ipsa conscientiæ puritas, quam nulla peccati labes inficit: sicut Augustinus etiam affirmat Innocentia (inquiens) est integritas, qua quis caret uicijs & peccatis. Ad quam in hunc modun hortatur Esaias Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationũ uestrarum ab oculis meis. Lauamini (dicit) quoniam abluenda est omnis immundicia peccatorum, Et mundi estote, nam munda debet esse cõscientia: munda ab omni cogitatione, ab omni effectione mala, munda ab omni turpi delectatione, cõsensuq; carnali: corde munda, ore, atq; omni opere: munda à peccatis omnibus nedum mortalibus. Quibus plene deuitatis, quis in statu gratiæ, deiq; fauore constituitur. Inde continentia corporis imprimis habenda, libidoq; fugitanda. Fugitandam dico, q Apostolus cum cæteris uicijs resistendum prædicasset, in libidinem dicturus Nõ resistite dicit, sed fugite fornicationem. Reliquis uicijs auxiliante deo resistere debemus: libidinem uero fugiendo superare. Non est immorandũ in materia libidinis, ne mente, & subito forsan ac[illegible]tra haris in uicium. Ibi mora trahit in periculum, solaq; libi[illegible] accelerata fuga resistit. Fac ergo quod hortatur sapiens Noli in faciem uirginis intendere, ne te scandalizet uultus eius. Si mulierem attente uideris, surrepit ex insperato delectatio, quam sequuntur impia desyderia. Sola uultus intuitio parit impudicam app[illegible]tiam. Si uelis hoc scandalum, hanc occasionem corruendi deuitare: uel aspicere noli, uel tanquam non aspexeris, p[illegible]eteri. Prudentis Iosephi memento, qui relicto pallio quo fuerat apprehensus, fugit impudicam dominam. Et tu cunctos aspectus effuge, è quibus enasci solent impudica desyderia. In fugam prorue contra libidinis impetum, si uictoriam uelis obtinere. Vulgi iudicio pudet fugere, sed si castitatis palmam expetas (debes autem omni modo expetere) non solũ non id pudet, sed & necesse est. Amanda castitas & expetenda: quam si uelis adipisci, fugæ semper quærẽda est oportunitas. Inhonesta familiaritas & indigna societas, oĩno deuitanda. Dubio procul, qui suspectam familiaritatem non uult euitare

Cordis mundicies in duobus præserti consistit. Innocẽtie definitio. August. Esaiæ.1. Exponitur.

Libidinẽ fugiendo: cetera vicia resistẽdo superamus.

1.Cor.6.

Eccle.9. Exponitur. Quã periculosa mulierũ familiaritas

Genes.39.

euitare, subito labitur in ruinam. Forsan hic mihi respondebis: familiaritas me nulla uincit. Possum mulieribus interesse, conuersari, colloqui: nec ab honesto distrahi. Inter qualescunq; ex professo castitatem obseruo. Dic quiduis, sed periculosa est hæc præsumptio. Multi dum se uincere posse sperant, deuicti sunt. Fortitudinem (inquis) meam expertus sum. Nunq̃ me mulierum societas infecit, aut contaminauit, continentiam inter eas inuiolabiliter asseruo, & inter eas esse uolo, ut habere possim, quo uincere discam. Quid est hoc aliud dicere, habere desydero quod uincam, q̃ uiuere desydero sub ruina? Verum ego (dicis) libidinem tenebo captiuam. At ipse uide sis, ne te teneat ipsa captiuũ. Dum præualere studes, caueto ne succumbas: & ubi laudabilem triumphum expectas, uide ne perpetuũ incurras opprobrium. Nam (si

Augustinus. cut Augustinus affirmat) inter omnia christianorũ certamina, sola duriora sunt prælia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & raro uictoria. Grauem inimicũ sortita est castitas, qui quotidie uincitur, & retinetur. Nemo igitur in falsa se gaudia conijciat, aut fallaci securitate decipiat: nemo de suis uiribus p̃iculose præsumat, nemo se uolens in discrimen inijciat: sed hanc apostoli sentẽtiam in-

.1.Co.6. audiat & sequatur Fugite fornicationem. Surgenti carnis uicio, fuga sola resistit. Vis hoc exẽplo scire? Dauid ille uir pius, & rex

2.regũ.11. [illegible]osus, mulierem se nudantem procul aspexit, & illico concupiscentia raptus, eam ad se traxit, adulterioq; corrupit: & ne pateret indignum facinus, in homicidium incidit: & tu fragilis ac miser homo, in extranea domo, cum mulieribus externis, te castitatẽ asseruare posse putas? Vt incorruptus illinc effugias, ignoras miser, ignoras, duplex nihilominus te peccatum incurere: & quod temet in tale periculum inijcias, & periculosissimum alijs exemplũ præostendas. Non intellexit tamen sapiens qualiter hoc periculũ

Prouer.6. effugere possit, qui tali se societati sæpius immiscet Nunquid (inquiens) alligabit quis ignem in sinu suo, ut uestimenta eius nõ ardeant, aut ambulare potest super prunas ut non cõburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem, quæ (ut ibidem dicitur) precio-

preciosam uiri animam capit. Bene preciosam ait, quā suo Chri= stus sanguine redemit. Quā igitur iniqua, q̄ peruersa lugendaq; res est, ut hanc luxuriosus quisq̄ ob unius horæ libidinem, diabo lo uendat? Vere miseranda, uere plangenda conditio est, ubi citis sime præterit quod delectat, & sine fine manet, quod cruciat. Libi dinis impetus, libidinis (inquā) impetus momēto transit, sed infœ licis animæ sempiternū manet opprobrium, ad hoc habes quod prætendas. Iuuenis (inquis) sum, & ideo restat tēpus, in quo quod accusas, emendem. Quid hic aliud o miselle iuuenis, ais, q̄ hoc? Gladio me meo percutiam, & postmodum ad medicinæ remediū accurram? Nescis o iuuenis, nescis, quod unius horę puncto uul= nus accipitur, quod longo sane tempore uix ad sanitatem pri= stinam reuocatur. Qui dum committit adulterium, & se postea pœnitentiam acturum arbitratur: quare non potius ipse timet, ne periculum superueniens opprimat, & interim sibi delectatio pe= riat, damnatioq; succedat? Noli itaq; noli bone iuuenis, noli sic dicere: Iuuenis ego sum, facio quod me delectat, po[illegible] pœniten tiam agam. At peccata non solum ipsa potius, sed & cogitatiões eorum saltem diuturnas, prorsus excute: memor illius, quod in Euangelio dicitur Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eā in corde suo. Quapropter fuge [illegible] mu lierum omnium. Vitanda secretra familiaritas, & occulta so[illegible]s fœminarum, non externarum modo, sed domesticarum etiam, & omnis oculorum incauta fragilitas: ne quod propheta terribi= liter inclamat, nobis obueniat Intrauit mors per fenestras ue= stras. Quas hic fenestras appellat, nisi per quas mors ingreditur ad animas nostras? per quas tentatio mundi, tentatio carnis, & diaboli, nos imparatos adoritur? Per quas, nisi per sensus hos ipsos per quos illecebra pcti surrepens ad animam, rationem occęcat, & mentis lumē extinguit? Per quas fenestras (inquam) alias, q̄ per uisum, auditum, gustum, aut alium quenq; corporis nostri sen= sum externum, quibus interior homo luditur & peruertitur: qui= bus ab inimico homine, suasionibusq; pessimis, seducitur? Si

Pro. 6.

Mat. 5.

Hier. 9.

Exponitur. Peccatū per fenestras ingredi.

lingua

lingua tua ſuadeat amico, uel ſeruo iubeat, quo meretrix ad te perducatur: tum per os tuum gladius ęternæ mortis ingreditur ad animam. Si conſilium malum libens audieris, ſi detrahentē proximo, laſciua, luxurioſaue uerba proferētem, ſi turpia cantica ſuccinentem, non reſpueris: ſi pulchritudinem formæ concupiueris, ſi delicias & odores appetiueris: per aures, per oculos, per guſtum & olfactum, mors introiuit ad animam. Si per oſcula, contrectationes, aut alioqui tactus illicitos carnis appetentiæ deſeruieris, ꝑ omne corpus mors ingreditur Omnis enim tactus libidinoſus extra matrimonij uincula, mortifer eſt & dānabilis. Qui uiderit (inquit Chriſtus) mulierem, ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Voluntas enim quæ mouetur ab exteriori ſenſu, ſi feratur in illicitum, pro facto reputatur. Vnde ſi quis libidinoſe mulierem aſpectam appetat, aut aliud delectabile concupiſcat: per feneſtram corporis in ima cordis uenenum mortis irrepit. Cogitatio ſiquidem ad peccatum aliquod deſtinata, uel defixa, [illegible]it alicunde præpedita, crimine nihilominus accuſata, condemnatur. Voluptuoſe deſyderas, & importune concupiſcis, ſed infamia deterreris: fœmina quam petis haud cōſentit, tempus aut locus obſiſtit: reus actionis nihilominus perageris. Tu poſcis & [illegible]ſidiaris, at mulier caſta recuſat: iam illa laudatur ob cō[illegible]ntiam, tu pro adultero condemnaris. Feruor enim cordis & uoluntas te traduc[illegible]: illam ſyncęritas abunde commendat. Dei iudicium atq; hominum longe diuerſum eſt. Occultorum ille iudex, pro opere uoluntatem imputat: hij ſolum quod foris geritur, introſpiciunt. Deus quem nihil latet, uoluntatis penſat affectum. Homo uero qui cordis alieni ſecreta rimari nequit, ſolum quod foris eſt admiſſum, examinat & caſtigat. Rem alienam captas, ſucceſſibus alterius inuides, læſus uindictam appetis, uiſæ mulieris amore uenerio turpiter inardeſcis, quod eſt aſpectu delectabile cupis, & quod de ſe malum eſt, ita cogitas & deſyderas, ut ſi poſſes exequi uelles: hæc deus uidet, hæc deus iudicat. Deus ait Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: non eſt hominibus homicida

Matth. 5.

Eſt vbi volũtas: pro actione imputatur.

Deꝰ internorũ, homo externorum iudex eſt.

1. Ioh. 3.

micida, nisi qui actu perimit hominem. Homines actum, deus affectum inspicit. Visam mulierem concupijsse, coram deo peccatum est, iuxta quod scribitur Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est: solius adulterij uel fornicationis admissionem, deprehendunt & castigant homines. Quid oro prodest homini iudicium effugere humanum, si in diuinum incidat? Nisi palam feceris, fecisse fatearis, aut facti cōuincaris, mulctam & supplicium humanæ legis euadis: at si maligne cogitaris, impie concupiueris, aut improbe conatus fueris, æternæ pœnæ reus ageris, & diuino iudicio condemnaris. Et quid prodest, ut apud homines secure uiuas, si diuinæ seueritati subiaceas? Lex diuina uetat, ut uxorem proximi, bouem, ancillam, & quicquid est illius, concupiscas: quam si transgressus aliquando fueris, nisi facti subinde pœnituerit, pœnam certe non temporariam, sed ęternam haud dubie subibis. Quamobrē e sacris literis est manifeste traditum, quod Peruersæ cogitationes separent a deo. Et [illegible]sum Abhominabile domino cor prauum. Eandem itaq; scripturam precor inaudias, sic identidem admonentem Omni custodia serua cor tuum. Auerte oculos tuos, ne uideant uanitatē. Sicut enim carbones ardentes apprehēdens, si statim abiecerit, manet illæsus: sin diutius alterutrą manu retinuerit, uritur: sic qui primo a[illegible]ctu reuocat oculos ab illecebris, nihil inde nocumenti suscipit: sed qui laxat eos in concupiscentiam, in re grata dilectabiliq; defigens, quoadusq; per longas has moras, se uoluptas intro corripiat, graue periculum incurrit, neq; sine plaga mentis euadit. Excutias ergo malas cogitationes, excutias: statim excutias & immediate, ne si perdurare sinas, postmodum absq; læsiōe haud excutere possis. Leuis initio pugna, quæ per moram fit in fine difficillima. Runcæ cū paucæ sint, in principio facile uelluntur: ubi multitudo creuerit, non tam cito tollitur. Sic & amima prauis fœcūda cogitationibus, parit peccatum: Peccatum uero cū perpetratū fuerit, generat mortem: a qua se quis non ita difficulter ab initio liberare poterat. Aduersario plane non absimilis est perniciosus iste

cogitatus.

Matth. 5.

Cogitatio puersa a deo separat.

Sapi. 1.

Pro. 4.

Psal. 118.

Quemala cogitationes [illegible]gnant.

I.

Iacobi. 1.

cogitatus. Acer & immitis aduersarius non potest absterreri uel in fugam ita conuerti, quin collectis uiribus aliquando redire uelit: sic & cogitatus improbus, quantūcunq; repulsus, ad oppugnādam mentis arcem iterum atq; iterum reuerti solet: portis instat, pulsat, turbat, & inquietat. At intro non admittitur, nisi mens ipsa ultro succumbat. Tuti sumus, tuti, si strenue repugnemus, si strenue reluctemur: nec est uerendū, ut uiolenter in nos irruat, si uiri fortes simus atq; animosi: quia neminem nisi uolentem superare poterit. Si quis innocentiam & puritatem internam sibi cōparet, non est ut forinsecas insidias extimeat. Decus internæ castitatis, internæ innocentiæ, hominem exornat, adeo quidem, ut per eam ad uidendum deum aptissimus, & beatus etiam existat: uelut ibi scribitur Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebūt. (Matth. 5.) Profecto cogitationibus immundis obnoxij, deum uidere nequeunt. Et quis (oro) dicere poterit, quanta sit infœlicitas, non sperare [redacted]ectum illius, in quo nostra omnis beatitudo consistit? Quod si praua cogitatio faciat, quantis uiribus est conandum, ne laqueis illius irretiamur. Curandum autē curādum, ut in eo statu simus, ne dominus nobis exprobet, quod & Iudęis Vt quid cogitatis mala in cogitationibus uestris? (Matth. 9.) An hoc benignissimus diceret, nisi prædilectis a se filijs? an alia ratione, q̄ ut nos ab his cogitationibus, quæ dei uisionem auferunt, retraheret? (Rom. 6.) Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, monet Apostolus. Aduertendū q; nō dixerit Non sit peccatū, sed nō regnet. Inest enim peccatum, quando tentatione traheris & delectaris: regnat, si tentationi consenseris. (Exponitur. Discrimē inter inesse peccatū et regnare.) Carnalis delectatio ad illicita progrediens, ferenda est, non autem relaxanda: si grassari cupiat in aliena, damnanda est, nō admittenda. Si nō tentationū principijs obstes, si non occasiones malas excluseris: profecto cades. Ex te nō habes ut resistas, aut superare queas. Dat dominus uincendi potestatē, qui non permittit te ultra tentari, q̄ sustinere potes. At tibi faciendum, quicquid ipse potes, ut quod non potes, deus adijciat. Nunquid tu Dauide fortior? Tibi casum eius ante proposui, ut

eius

eius exemplo similem tu uitare disceres. Procul eam aspexit, cuius forma captus est. Eminus uisa fœmina, libido cominus instigãs: procul occasio mouens, prope pronitas impellens. Aliud extra fuit quod commouit, aliud intus unde caderet. Igitur attendenda semper hæc carnis infirmitas, occasiones euitandę, uerba Solomonis iugi memoria retinenda, quæ supra recitauimus Peruersæ scilicet cogitationes separant a deo. Quare ne fiduciam habeas in tua fortitudine, ne fidas consuetudini, non ingenio, non præteritæ castitati, non uirtutibus alijs: sed in domino sit spes tua, cum qua, quod uales effice. In hoc genere peccati est continua pugna (dicit Augustinus) rara uictoria. Scintillę peccati huius, scintillæ per lapsum primi parentis in te manent: ardebunt & inflammantes faces abibunt, si non cito restinxeris. Subtrahe ligna foco, si uis restinguere flammã. Subtrahitur ardor carnis, aut probe minuitur, per subtractionem occasionis: per fugam consortij mulie bris, per malarum cogitationum refrenationem, per co[...]castigationem, per internam & assiduã orationem. Vnde posteaq̃ propheta fuerat emundatus ab adulterio, postq̃ grauissimi peccati illius remissionem obtinuerat: ne tamen per improbam cogitationem, & malignam occasionem idem iterato obreperet, ad deũ iugiter iclamat Amplius laua me ab iniq̃tate mea. Quid sibi u[...] quod ait, amplius laua me ab iniquitate mea? Superiori uersu precatus est Dele iniquitatem meam: hic superaddit Amplius laua me ab iniquitate mea. Non satis esse putabat, culpam per dei gratiam, & pœnitẽtiæ meritũ aboleri, nisi simul inimica cogitatio tolleretur, per quam labilis esset in eãdem. Amplius itaq; me laua dicit, hoc est plus q̃ ego merear, plus q̃ ego mihi sperare queã, plus q̃ te rogare sufficiam. Tu deles omne peccatum, amplius oro te, sic me tua gratia præmunias, ut occasiones peccandi deuitem. Laua me quoad tu mihi conuenire nosti, ego nescio. Laua me fonte misericordiæ, & aqua tuæ gratiæ: laua me in multitudine miserationum tuarum: laua me, laua ab omni iniquitate mea, ut remittas, quod conscientia metuit, & condones, quod oratio non præ-

Amputanda ois mali occasio.

Sapi.1.

Augustinus

[...]stantia p[...]ete ut ab[...]sidet

K.

sumit. Amplius laua me. Multum lauas, quando crimen absterꝫ gis: sed amplius oro laues, ut nec labem criminis in me derelinꝫ quas. Si semel tantum peccarem, semel orarem, ut remitteres: sed quia frequenter aberro, frequenter es exorandus mihi. Qui pauꝫ cis delictis oneratur, facilius abluitur: amplius eget, qui est inqui natior. Amplius ergo laua me, qui sum inquinatissimus. Panno ualde sordidato, non sufficit una & simplex lotio, sed ablutiones multæ, & multæ cōfricationes abhiberi solent cum non parua diꝫ ligētia magnoq; labore, priusq̄ expurgetur & plene dealbetur. Sic

4. Reg. 5. & anima peccatrix, habet in abluendis sceleribus & peccatis. Qua

Exponitur. re Naaman leproso dictum est Vade & laua te septies in Iordaꝫ ne. & recipies sanitatem. Non ait, te laua semel aut iterum, non ter quaterue, sed septies: hoc est, plene quidem & perfecte, quanꝫ tum immundicia requirit. Qui transeunter & cito lauatur, immūꝫ diciam omnem non expellit, sed aliquantam retinet, quæ oculos int[illegible]m offendit: sic & ipsa anima parū plene lota, oculis dei displicet. Oh quantus itaq; timor, & q̄ ingens tremor prophetam inuaserat, quando tam sedulo quidem, & tam acriter orabat, ut ab iniquitate sua lauaretur? Vitam (crede) suā ex omni parte recogiꝫ tauit, multitudinē peccatorū ad mentē reuocauit, mortē impēdenꝫ tem aspexit, acerbitatem iudicij mente reuoluit, seueritatem iudiꝫ cis extimuit, condemnationem & barathrum o q̄ formidauit: &

Nota. ideo succlamauit Amplius laua me, laua me domine, ab iniquitaꝫ

Negligentia malorum. te mea. Sic propheta de peccato pœnitens ingemuit, sic iniquitaꝫ tes suas deplorauit: & tu (proh nefas) peccata cōmittis, cōmitteꝫ req; proponis: tu pœnitentiā contemnis, tu orationē negligis, uiꝫ tam non respicis, delictorū sarcinā, de qua tristari deberes, uix ad mentem reuocas: tu mortē haud consideras, iudiciū non perpenꝫ dis, sed nec iustitiā dei metuis: tu inferna despicis, dies negligēter & iocunde transigis, quicquid habes impie maleq; cōsumis: oēm animi, naturæ, & fortunæ dotem, iniustissime disperdis: tu pecuꝫ niam in uanitate, in peccatis, in abhominatione profundis, læꝫ tus & securus agis omnia, susq; deq; habens, neq; deū recolis ut integre uenereris, neq; diabolum reformidas: non cœlos quæris,

aut in

aut inferna declinas: sed horum omniũ tanq̃ oblitus, edis, bibis, iocaris, deliciaris, ludis, ioco ludoq; tempus omne insumis: nugaris, cantas, saltas, tripudias, exultas: omnia carnaliter & fœde, oĩa carnaliter & uoluptuose facis. Oh qualis ista uita? qualis, quã nos aulici degimus? nos aulici? Mundo non cœlo semper inseruimus, carni non spiritui, corpori non animæ, dęmonio non deo. Diabolice uiuimus & carnaliter, nihil spiritualiter, cœlitus, aut diuine, sed omnia carnaliter & mundane conamur. Qualis uita, o q̃ omnino fugienda? Qualis hæc insolentia, qualis hæc uita est aulice tua? Vitam dicam, qua longe pręstat bene mortuus, q̃ sic uiuens esses? Qualis (oro) uita, ut dies totos in uoluptatibus, noctes in ociosis nugacibus, & lasciuis actibus insumas? Qualis uita, ut sub matutinis precibus somno te dedas, solenni sacrificio adeo non attendas, ut inanibus interea uerbis defluas, ac peracto prandio uespertinas iocosis ineptijs utiq; transeas? ut [illegible]tate ludendi, de nocte diem, & ex die noctem efficias: ut poculis, uanis epulis, & ludis uanioribus noctem improbe prętereas, & bonam diei partẽ dormias? Qualis uita? An hæc uita, q̃ nihil habet unde sit commendabilis? An hæc uita, de qua reddes ra[illegible] ut intereas? Quam quęso rationem subduces, in illo terribilis iudicij die? An fallax ingenium ibi patrocinabitur? an diuitiæ præstabunt auxilium? an præclari natales, an potestas adiuuabit? an defendet honor & maiestas? an pulchritudo te fauori iudicis insinuabit, aut gratũ reddet? Non plane, non (inquam) non sic erit. Affirmat enim Solomon Zelus & furor uiri, non parcet in die uindictæ, nec acquiescet precibus cuiusquam, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Non parcet (inquit) in die illa, nec magistratibus, nec priuatis, nec diuitibus, nec egentibus, non iuuenibus, non senibus, non formosis, non deformibus: nemini parcet in die illa. Quicquid tum facies, sero fecisse comprobaberis. Si preceris, haud exaudiet: diuitias & honorem non ponderabit, munera non respiciet: nihil aliud prorsum accipiet aut probabit, q̃ bonam uitam, quæ præcessit. Vitam ergo, si sit mala, castiges:

Quid aulice viuere.

[illegible]error iu[illegible]

Pro. 6.
Exponitur.
Quanta futura iudicis iusticia.

nunc age pœnitentiam dum potes, dum uiuis exora, dum uiuis clama cum propheta, clama ad eum, qui te iudicabit Amplius laua me domine, ab iniquitate mea. Hic me laua, iniquitatem meam elue, iterum atq; iterũ me lauato, hic laua me, & depurga ab omni iniquitate mea: hic laua sordes illas & offensas, quas aduersus proximum admisi, qualia sunt adulteriũ, homicidium, & similes iniuriæ. L.
Et a peccato meo munda me: munda quicquid est quod cõtra meipsum ꝑpetraui in periculũ salutis animę meæ, quod & in offensionem ꝓximi, immo & tui domine deus. Nam iniquitas (ut tradit diuus Thomas Aquinas) est proprie in proximum, peccatũ cõtra seipsum. Sed confunduntut inter authores, & unũ pro altero non raro usurpatur. Aliorũ præterea distinctio est, ꝙ impietas sit contra deum, iniquitas in proximum, & peccatum aduersus seipsum. Deum itaq; propheta diligenter ueniam exorat horum o[illegible]um, impietatis, iniquitatis, & peccati. remissionem implorat offensarum simul omnium, & quam contra deum admisit, quam in proximum, & aduersus seipsum. Et hoc est quod hic dicit & precatur Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato [illegible]nda me. Tuq; cum eo precaberis & clamabis, ut lauari possis & mũdari, sed & cito clamabis. Non procrastinabis, sed illico post admi[illegible]n peccata, curres ad fontem pœnitentiæ, ad fontẽ diuinę misericordiæ. Nec ita lauari posces, ut credas dormienti tibi deum omnia conferre uelle, sed tu cum eo lauabis: quod si cœperis, ipse perficiet. Contritione te parabis, ut laueris, cũ qua sæpe currit lotio lachrymarum. Erit autem ista lotio fortis & efficax, ꝓ mõ (inquã) & qualitate peccaminũ. Etenim ut maculę, quę recenter uestibus inhęserunt, facilius eluuntur, inueterascentes autem difficilius: sic & minora peccata ac recenter admissa, facillime remittuntur: longo usu firmata, non nisi magna cum difficultate tolluntur. Si mutare possit (inquit Hieremias) Ethiops pellem suam, aut pardus uarietatem suam: & uos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Sicut enim hæc nunq̃ aut ægre possunt immutari: sic uix unq̃ uere pœnitebit eum, qui diu sordide iacẽs in pec-

catis, pec=

1.2. q. 34. arti. 1.

Impietas, iniquitas, peccatum differunt.

[illegible]nitendũ [illegible] nobis cũ de[illegible] ut expi[illegible]

Inueterata peccata difficilius tolluntur.

Hier. 13.

catis, peccat ex consuetudine. Velim id exemplo Lazari perdis-
cas, qui postq̃ quadriduum manserat in sepulchro, difficillime re- Ioh.11.
suscitari uisus est: Christo persępe lachrymas, sæpe clamorem atq;
fremitum emittente, cum modis alijs, quibus nonnihil intra se cō
turbatus apparuit. An is id ita fecit qđ in se reuera suscitādi diffi-
cultas esset? Nihil arduū omnipotēti seu difficile. Sed per hoc de-
monstrare uoluit, diuturnæ peccandi consuetudini difficillime oc-
curri posse, quū qui ad pauxillum tēporis peccauerint, multo mi-
nori negocio sanantur. Sic utiq; fecit ut per Lazarum peccatis as-
suetos ostenderet, quibus a peccato difficillima uia resurgendi.
, Cui Solomonis illud astipulatur Adolescens iuxta uiā suam gra- Pro.22.
, diens, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Cum (ut ait Augu- Augustinus.
, stinus) tanto peccata grauiora sunt, quanto diutius infœlicem ani
, mam detinēt alligatam. Clamabis igitur ad deum, ut ipse iuuet,
ut ipse te lauare dignetur: sed opus etiam est ut tu manu[illegible]ppo
nas, utq; quo modo fieri debeat, intelligas. Hæc lotio in modum Quaratione fit lixiuium quo purgatur anima.
corporalis lotionis est faciēda. Ibi lotrix dum mūdanda linthea-
mina, cæteraq; tegumenta curat, quatuor præsertim adhibet: ci-
neres, aquam calefactam, unde lixiniū exit, & ictus bacul[illegible]
fricatione subinde manuum. Ab aqua cinericia, fit frequens trans-
itus in aquam puram, quibus affricatio & concussio manuum iu-
giter intermiscetur: ut expulsis plene sordibus, mundicies induci
queat. Sic animam quisquis emundare cupit, primo cineres, hoc
est memoriam mortis admouebit, semper animo reuoluens, quod
se mori oporteat, corpus in cinerem resolui, & animam nisi per
M. pœnitentiam abluta fuerit, ad inferna detrudi. Vnde monet nos
, Ecclesiasticus, & unumquēq; nostrum Memorare nouissima, & in Eccle.7.
, ęternum non peccabis. Nouissima quidem, mors, iudicium, infer- Nouissima quatuor.
nus, cœlum. Iam quid citius impellet ut laues conscientiam,
& animam emundes, quā si subinde memineris, q̃ certa mors sit,
& hora mortis incerta? q̃ si reputes animo seuerum dei iudicium?
infinitam gehennæ pœnam? & cœli gloriā æternam? Nihil mor-
te terribilius, nil iudicio formidabilius, gehennæ nil horribilius:

& cœlesti gloria nil dulcius, aut iucundius excogitari poterit. Po-
4. Reg. 20 namus, ponamus ante oculos Ezechiam regem. Nonne hic lotus
est atq; emundatus ab iniquitate sua, quando nunciata sibi mor-
te per prophetam Esaiam, conuertit faciem suam ad parietem, &
dominum orauit cum fletu magno? Sed & ob id uita sibi longior
est concessa. Tuq; si uertas faciem tuam ad parietem, si per memo
riam futuræ mortis faciem animæ tuæ uertas in cõtritionem, de-
um precibus interpellans, uiues, uiues in ęternum. Audi quid de
Iob. 42. hoc cinere Iob inferat. Ago (inquit ipse) pœnitentiam in fauilla &
cinere: quid aliud significans q̃ quod in meditatione mortis suæ
perseuerarit, quæ ad spiritualem lotionẽ seu pœnitentiam prouo-
Eccle. care solet? Ergo tu quoq; recordare mortis, & memẽto quod cinis
Aq̃ qua peccator eluitur es, & in cinerem reuerteris. Cineribus lotrix aquã calefactam in-
ijcit, unde prodit eadem amarulenta, & confricandi uirtutem ha-
be[illegible]nt hæc lachrymæ peccatoris, quæ nascuntur ab igne chari
tatis, consyderatione uitæ perperam exactæ, & timore futuri sup-
plicij. Et sicut aqua frigida maculas & sordes non eluit, sed igne
calefacta solum: ita nec qualiscunq; dolor delet iniquitatem, nisi
ca[illegible] amore dei, nisi charitatis igne feruescat: de quo Saluator
inquit Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat?
Lu. [illegible] Multi dolent [illegible] lachrimantur, sed frigide: qui nec sic peccata de-
lere possunt, aut dei gratiam inuenire. Nam Esau flens quæsiuit
Heb. 12. eam, sed non inuenit Paulo testante Esau qui propter unam escã
Gen 25. 26 uendidit primitiua sua, scitote quoniam et postea cupiens hęredi-
tare benedictionem, reprobatus est. Non enim inuenit pœniten-
tiæ locum, quanq̃ cum lachrymis inquisiuisset eam, sed inanibus
atq; infrugiferis. Antiochus grauiter a domino percussus, ad ora-
2. mach. 9 tionem & lachrymas se conuertit, qui misertcordiã tamen haud
est consecutus, quia frigida deprecatio fuit. Pœnitentia ductus est
Mat. 27. Iudas, qui Crihstum prodidit, sed & abiens laqueo se suspendit:
cuius pœnitentia & lachrymę ut frigidæ fuerant, ita & infructuo-
Bacul⁹ quo excutitur. sæ. Quęrendus tertio loco baculus, quo lotrices uestimenta con-
cutiunt & plectunt, ut sordes eluant. Hic baculus est non sola at-
tritio,

tritio, sed dura perfectaq; contritio, non sola cordis, sed & corpo=
ris: qua cōtaminatio mētis abluit, & peccati uirus effugat. Immū= Publican⁹.
dus & peccato fœdus erat publicanus, qui bacillo tamen isto, sor
, des aię retudit et expressit: quādo ꝑcusso pectore clamabat Deus Luc. 18.
, propitius esto mihi peccatori. Sic enim liberatus & periutus a pec
, catis, abijt in domū suam iustificatus. Immūdus adulterio Dauid, Dauid
immundus homicidio: cor tamen hoc bacillo percutiens & dicēs,
, peccaui: statim audire meruit ab ore prophetæ Nathan Domi= 2. reg. 12.
nus transtulit a te peccatum tuum. Immunda Maria Magdalene Maria
ueniens ad misericordiæ fontem, ut ibi se lauaret: cor suum isto Magdale
baculo pulsabat, quando procumbens ad pedes Iesu, fletu com= ne.
maduit, & eo pedes eius abluit, atq; capillis absterſit. Vnde plene
, lota purgataq; surrexit, audire merita Remittuntur tibi peccata
tua. Immunda fuit & abhominabilis uita latronis, qui nihilo seci= Luce. 7.
us dum isto se baculo concutiens, amarulento quidem animo cla= Latro.
, mitauit Memento mei domine, dum ueneris in regnum tuum: Matth. 26
, audire promeruit Hodie mecum eris in paradiso. Siq; recenserem
omnes, quos dominus hac aqua doloris, bacilloq; cōtritionis in=
ternæ permundauit ab iniquitate peccatoq; suo, tempus me desti=
tueret, & copia premeret. Sed neq; sat est ad salutem hic bacillus
& aqua contritionis, nisi confricando quoq; sordes expresseris, ni
si per oris aperturam confessio fiat ad salutem, nisi per syncęram
confessionē sordes pectoris & uirus expellas. Clamabis itaq; quis=
N. quis es peccator, clamabis cum propheta Amplius laua me do=
, mine ab iniquitate mea, & a peccato meo mūda me. At ego prę=
terea dico tibi peccator, qui sic clamas ad deum: tu manum tu=
am simul appone, tu dei coadiutor & cooperator esto, tu te para
ut laueris, immo teipsum laua, nec sine fœdum & abhominabile
peccatū dehonestare & polluere pulchram ac preciosam animam
tuam. Si labes aut macula faciem seu uestimentum attigerit, qua= Quanto stu=
uis inciderit si persenseris, ęgre sustines & statim aboleri facis. Et dio curamus
quanto melior anima uestimento, quanto facie pręstantior? Ma= cultū corpis
ne priusquam fores egrederis, aut alia quacunq; parte diei si con= et non ātē aie
tingat

tingat exire, te circumſpicis : ne quid extraordinariũ, ne quid im-
purum aut inuenuſtum, ne quid ſit male collocatum. Speculum
adhibes in quo te uideas, ut bene omnia & uenuſte habeant, ut
probe pexa digeſtaq; cæſaries, mundæ manus & facies honeſta:
ut pileus, toga, & omnino ueſtes, ſint a maculis abſterſæ, ut ſine
rugis tibialia, calceus colore formaq; placens : ut quicquid circum
corpus eſt, ſuo loco ſuoq; ſtet ordine. Si quid in facie, ſi quid in
ueſtimento diſplicuerit : illico curas emẽdandum. Seruulo uel an-
cillæ protinus occlamas, laua, laua (inq̃) laua. Verre inquam, uerre
uerre. Reſarce, purga, emunda. Proh dolor, qualis & quanta hæc
ignorãtia, ut maiori tibi curæ ſit cultus corporis & ueſtimentorum
apparatus, quo mundo placeas, q̃ ornatus & uenuſtas aĩæ, qua
deo gratus euadas? Hei tibi, quid anima in te tua commiſit? quid
ipſa fecit ꝙ ei belluam, pecus tuum, ędificium, indumentũ, tibiale
uel calceolum anteponas? Vis o marite coniugem pulchrã & ho-
neſtam, [illegible]gantesq; filios : uis o cõiunx maritum item honeſtum
venuſtũ & pares filios : uultis ædiculam pulchram atq; integram,
uultis apparatum bonum atq; ſplendidum : uis o uir equum bo-
num, belle & ſuauiter inſtructum, uis togam bonam, & honeſte
[illegible]ntem, uis caligã, uis calceum ad unguem ex omni parte
[illegible]onfectum & perornatum : & animam interea malam, ſordidam,
& peccatricem eſ[illegible] perpeti poteris? Si pecus ipſum, ſi ueſtis, ſi do-
mus & ſupellex loqui poſſent, ſic profecto loqui uellent : Magi-
ſter & domine, mũdiciem, bonitatem & pulchritudinem in nobis
appetis : & tu uis eſſe malus? uis in nobis generoſitatẽ, & tu de-
gener eſſe? Peccator o peccator tibi proſpice, uideſis animæ tuæ,
pręponas animã iſti calceolo. Calceus quem adeo mundum aſſer-
uas, ſemel aut iterum ſex nummulis tibi conſtitit uel ut multum
paulo pluribus : anima uero ſtat ampliore ꝑcio. Se Chriſtus
deus & homo, pro eadem ſe dependit. Precioſiſſimum ipſe ſan-
guinem fudit, vt animã redimeret, ſummum paſſionis impendiũ
1. Petri. 1. perſoluit, ut animã e ſeruitute uindicaret. Empti enim eſtis precio
magno, precioſiſſimo ſanguine agni immaculati Ieſu Chriſti, di-
cit Petrus,

cit Petrus. Hanc igitur animam quæso respice, hanc diligenter asserua: seruato puram, castam atq; integram: hanc curato lauandã. Et quoniã deus est qui plene, qui perfecte lauabit, sic ad eũ clamitato Amplius laua me domine, ab iniquitate mea & a peccato meo munda me. Posteaq̃ Christus mandisset cũ discipulis & cœnam fecisset, pedes eorum alluit & detersit. Vbi uero uentum est ad Petrum, recusauit inquiens Tu mihi lauas pedes? non sinam ut mihi tu dominus & magister ita ministres. Rursum illi dominus, Petre si non lauero te, non habebis partem mecum. Perterritus inde Petrus plusq̃ annuit, Nõ solũ (inquiens) pedes, sed & manus & caput. Reuera nanq; nisi deus te lauerit, nõ eris cũ eo particeps regni cœlestis: nõ coheres eris. Solus ipse lauat & permũdat animam, ipse solus lauat & purificat internum hominem, ipse solus peccata remittit. Implores igitur eum ut tibi pedes, manus & caput lauare dignetur. Per caput quinq; sensus externi quos cõtinet, intelliguntur: per manus opera, p pedes affectus & uiciorũ desyderia. Hæc omnia simul eluẽda sunt. Affectus mali quos intus habuisti, prorsum diluendi, delendæ cogitationes improbæ, & abusiones omnifariç: purgandi sensus, e quibus origo peccandi nascitur, & abhominabilia quæq; facta detergẽda. E[illegible] deus unus ista plene poterit, ad eum sedulo clamandum. Laua me Amplius laua me dñe ab iniq̃tate mea, & a pctõ meo munda me Amplius me, q̃ alios laua, quoniã alijs amplius ego peccaui: ego quod scribitur peccando perimpleui, Peccaui super numerum harenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ. Et infra Igitur indignum saluabis me? Orat itaq; : Tu me dñe laua, & amplius laua. Et quia lauãtur quædam, neq; mundifiunt, adiungit A peccato meo munda me. Si emundandi tui modum ignores, edisce. Medicus ipse est, mercem prome, ut te curet: sed deus est, muneribus non capitur, at sacrificio placatur tantummodo quod potes efflagitat. Non imponit onus tibi, sed duntaxat ut quod superpositum est, tibi excutias, ut te peccatis exoneres, ut temet illi restituas, temet illi sacrificiũ offeras. Peccato quod odibile est deo pariter

Ioan.13.

Exponit. Quid sit lauare manus, pedes et caput.

2. Parali. vltio in oratione Manass.

pariter ac hominibus pœnam debitam assignauit, & quia iustus est eandem pro merito personæ semper infligit: in peccatores iuste semper animaduertit, neq; peccatum ullum præterit impunitum. Misericordiam igitur eius implorato cum propheta dicens A peccato meo munda me. Mūda me ab omni labe, ab omni immundicia, & omni crimine: munda me intus, munda foris: animam munda ab inquinamento corporis, & corpus ab omni corruptione, qua se polluit: munda cor, munda conscientiam, undiq; me munda. Si tam benigni medici compleueris officium, quam potero mercedem ego refundam: agam ego pœnitentiam, sacrificium offeram, meipsum offeram ego tibi Sacrificium enim deo, spiritus contribulatus. Vide, perpende prophetæ huius pœnitētis uehementiam. Viam omnem perscrutatur, qua in dei fauorē influat. In tribus deniq; uersibus hic iam præmissis, quatuor hæc mihi uerba considera Miserere, dele, laua, munda. Sunt hæc uerba prophetæ deo supplicātis, ut sibi parcat. Ait enim Miserere domine tuæ creaturæ, quia nihil eorū odisti, q̄ fecisti. Dele culpam, quam non tu fecisti, sed nec fieri uoluisti, sed ego effrenis incurri. Laua mihi aninam, quam imagine tua signasti & condecorasti. Mūda corpus meum, quod cum hac anima redemisti. Tu clamorem hunc imitator. Tu dic Misere domine. Tu roga Dele iniquitatem meam. Tu clamato Me laua, me munda. Age pœnitentiam, quære misericordiam, pete ueniam, castiga peccatum, nullum in te remaneat impunitum. Accusa peccatum tuum, & deus excusabit: tu corrige, & nō puniet deus: agnosce tu, & ipse ignoscet: tu suppliciter ora, ut de quo sis conscius, ipse remittat. Cum propheta dic & intus dic. QVONIAM iniquitatē meā ego cognosco, & peccatū meū contra me est semper. O uere pœnitentem, o admirabile & perfectum exemplar pœnitentium, en regulā ipsam syncerae contritionis. Pleriq; non absimiles sunt ferenti manticā, in cuius anteriorem partem aliena, in posteriorem uero sua peccata iaciunt. At hic non post tergum sua peccata proijcit, non aspicit, non intuetur, nō numerat aliena, suorum interim oblitus: nō conatur

Infra eodē psalmo. Quibus uerbis vtitur ppheta ut misericordiā cōsequatur.

Sap. 11.

Versus quartus.

Mātica esopica.

conatur festucam ab oculo fratris educere, cũ trabs sit in proprio. Peccatum suum agnoscit, peccatum suũ ante oculos gestat: quæ perpetrauit, perpetrata fatetur, quæ commisit accusat, semetipsum
, non alium arguit. Quoniam iniquitatẽ (inquit) meam ego cogno-
, sco. Iustus (ait Sapiẽs) in principio accusator est sui. Si uelis itaq; Prouer.18 Iustus imprimis seipsum accusat.
, iustus esse, pctã tua fac ab initio fatearis: Sic doceris itẽ ab Esaia
, Dic iniquitates (inquit ipse) tuas ut iustificeris. Qui sese accusat, Esaiæ.43.
& si peccator est, ibi iustus esse incipit: quia nec sibi parcit, sed ut uere sentit ita profitetur, profitetur iniquitatem suam, & dei iustitiam, quem putat nihil posse latere. Vtinam Adam, utinã peccatũ accusare prius q̃ celare uoluisset. Sic se Dauid accusauit, nullo impellente peccatum est confessus. Id hic de se dicit. Sed unde colligimus illud? Qui plebem impie nũerarat, nõ peccatũ recogitans
, ultro detulit & confessus est, inquiens Peccaui domine qui fecerã 1. Paral.21
, hoc uerbum, & nunc domine aufer iniquitatem serui tui, quia de-
, liqui uehemẽter. Et dum plecteretur populus, ipse clamabat Ego
, sum qui peccaui, isti oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua in me & in domũ patris mei. Ecce quemadmodum hic uir iustus in ipso sermonis exordio, sui fuit accusator: peccatum ueraciter agnouit, & propriam iniquitatem confitendo iustificatus erat. Nec id unica confessione tam syncęriter obtinuit, sed iterum ac sępius se peccato condemnauit. Condemnauit quando se propheta de peccato redarguit: redargutus enim ait Peccaui domino. 2. regũ.12.
Et quia uere pœnitentem egit, abstulit ab eo dominus peccatum eius. Et erga deũ pius ac modestus, & in homines dei causa pecca-
, ta propria recognoscens, patientissimus erat. Cum enim maledi- 2. reg.16.
, ceret ei Semei & lapides obijceret, quanq̃ circunstabant bellatores
, per quos uindicare poterat, patienter ipse tulit, neq; uel uerbo qui-
, dem aduersariũ lædens aut cõtumelia afficiens, adeo nimirum ut
, quando dux exercitus Abysai, caput maledicẽti uoluit amputare,
, ipse cõtra uolens aiebat Quid mihi & tibi est fili Saruiæ? Qui hic Ibidem.
, maledicit mihi, dominus ei dixit, maledicere Dauid. Vides ut culpam aduersarij gratanter excusauit, & rem totam ad dei uolũtatem

tatem retulit: sciens & intus agnoscens, quod ob suas in deũ offensas, multa plura commeruit. Huius itaq; nos exemplo mala quæq;, q̄ prius admisimus omnino deseramus, & nosmet solos accusemus. Quisquis enim peccator a peccato suo se couertit, accusans & abūde deflens, quod commisit: iustus is incipit esse, immo quadammodo iam iustus est. Cur enim non est appellandus iustus, qui contra suam iniustitiā per contritionem atq; confessionem insurgit, & per lachrymas ac suspiria sequire iā occipit? Quotquot autē sic nos accusamus & iniustos esse recognoscimus, iustissimus aduocatus noster Christus Iesus in iudicio suo iustos esse comprobabit. Non est certius argumentū mortis, q̄ morbum nō sentire: salutis autem initium cognitio morbi. Sic est principium internæ salutis, agnitio peccati. Quicunq; probe sciunt & agnoscunt peccati malignitatem, illud omni cura deuitant: ni præcognorint, euitare non possunt. Corrigi nō uult, qui se peccare nescit. Et ideo diuus Augustinus asserit Nemo insanabilior eo, qui sibi sanus uidetur. Vnde nobis christianis maximæ curæ debet esse, ut præter omnia nosipsos inspiciamus, & peccata scrutemur. Verum nimium pauci sunt, heu pauci, qui propriam fragilitatem ante oculos gestant: qui corruptibilis naturæ maliciam, peccatorum memoriam, mortis instantis meditationem, & feruentis gehennæ terrorem apud se continuo retinent, ut eo modo resipiscāt. Reuera christiane quisquis hoc speculum tibi proposueris, eris hauddubie Sampsone fortior, Dauide cautior, & Solomone sapientior. Hoc speculum illi neglexerunt, in hoc se noluerūt intueri: & ideo desyderia carnis suæ sectati, corruerunt. Si uiri tanti, tam sapientes, tam prouidi, tam fortes & fortunati, tam misere prolapsi sunt in abhominabile peccatum: quanto tibi studio laborādum, qui tanto es imbecillior, tanto imprudentior, tantoq; modis omnibus impotentior? Isti profecto sæpius in sacra pagina legūtur, sæpius ab ecclesia recitantur, non ut ruinæ nobis, sed cautelæ sint exemplo: quatenus illinc erudiamur, ne quis nostrū sua fortitudine, sua sapientia, suis natalibus: aut potentia fretus, minus a peccato

Primus salutis grad⁹, agnitio peccati.

Augustinus.

Cur tam frequens mētio Sampsonis, Dauidis et Solomonis in sacris.

a peccato timeat. Simus ergo reatus conscij, simus & de salute sol- *Quāta debet esse sollicitudo penitētis.*
liciti: nunq̄ fragilitatis nr̄ae, nunq̄ mortalitatis & peccati detesta-
bilis obliti. Vult enim deus tanq̄ salutis tuae curam habens, & te-
nere te diligens, ut uitam ubiq; tuam introspicias, ut peccata per-
pendas, fragilem conditionē ceu breui periturā acute consyderes:
uult intelligas omnifariam uitae miseriam, quemadmodum nudus *Iob. 1.*
egressus es in mundum ab utero matris, & nudus item in terram
abibis, quemadmodū cum luctu ingressus, cum luctu multo ma-
iore, labore & ęrumna uiuis, in maximo uero decedis: uult deniq;
recorderis, quēadmodum hic es exul & egenus, pauper & mendi-
cus, uirtute uacuus, ad uicia pronus, infirmus, caducus, & morti
proximus. Fœlix es fœlix, profecto fœlix, si tale consiliū affecte-
ris, si memoria teneas & tanquam in corde scribas, fœlix si talem
admonitionem obseruare studeas, si peccatum atq; iniquitatē in-
telligēs, & tanquam coram oculis habens, confiteri, corrigere, atq;
emendare sis paratus, cum propheta pronuncians Quoniam ini-
quitatem meam ego cognosco. Cognosco quanta, quamq; multi- *Damna pcti*
plicia damna mihi per peccatum immineant, q̄ sim deo creatori
per peccatum exosus, q̄ redemptori ingratus, & seruatori abhomi-
nabilis: q̄ turpis ac uilis deo pariter atq; angelis. Cognosco quan
tam ex peccato libertatem amisi, quantam incurri seruitutē, in
magnam deformitatē incidi: ad quot animae uulnera, q̄ grauē ani
mę caecitatem: ad quantam cordis inquietudinem ac corruptelam
mentis ultro deueni. Corrupit peccatum animae potentias, animę
uires ac uirtutes omnes extinxit: memoriam, uoluntatem, intel-
lectum atq; omniquaq; affectum infecit & peruertit. Sed hāc ini-
quitatem meam (inquit ptopheta) ego cognosco. Cognosco q̄
multa mihi mala peccatum intulit in hac uita, quanto plura sub
mortem inferet, & quomodo post mortē nisi tu deus adiuues, ad-
ducet plurima. Vt attingam singula, me miserum in uita facit: me
gratijs & uirtutibus undiq; depriuat, si quid in me boni sit, oīno
perimit. Quotiescunq; bene sum operatus, & si tot essent opera
mea bona, quod paradisus flores habet, quod cœlū stellas, mare

 guttas,

guttas, & quot tellus harenas: unicum peccatū hæc omnia prorsum irritaret, nisi uera syncęraq; pœnitentia deleret. Nam ut iustitia per accessum peccati perit, ita peccatū accedente quoq; iustitia

Ezech. 18. fugit. Cum auerterit se impius ab impietate sua, & fecerit iudiciū & iustitiam, ipse animam suam uiuificabit: & si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ quas fecit, non recordabuntur ait dominus. O detestandum & abhominable peccatum, o summā animæ uirulentiam, o sarcinam importabilem. Quod sentiens propheta acclamat Iniquitatē meam ego cognosco. Cognosco quod nihil mereri possum, aut acceptable deo facere, quamdiu sciens immoror in peccato mortali: quoniam affir-

Esaiæ. 1. mat dominus Cum multiplicaueritis orationes uestras, nō exau-

Bona opera in pctō mortali facta q̄tenus iuuant. diam uos, quia manus uestræ plenæ sunt sanguine. An igit oia quæ fiunt ab eo, qui peccatū mortale qđ admisit, pœnitēdo nō deleuit, irrita sunt & in cassum cedunt? Vitam certe non promerentur ęternam: attamen est cur fieri debeant. Si non ęternum, uerū temporaliter illa prosunt: & in hoc mundo munus obtinent, ad futurum etiam quodammodo iuuant. Faciunt ut in statum gratiæ facilius appropinques, ut uitam longiorem, plures diuitias, fauorem magnatum ampliorem, auram popularem, sanitatem, uigorem, & reliqua bona corporis aut mundi obtineas. Nullum

Augusti. enim bonum abit irremuneratum. Qui sine peccato se conseruat in gratia, particeps est omnium bonorum, quæ fiunt in ecclesia, orationum, ieiuniorum, eleemosynarum, suffragiorum, missarum, sanctarum uigiliarum, laborum & cęterorum omniū. Vnde

Psal. 118. Psaltes ait Particeps sum omnium timentium te: ac si sic precaretur. Participem me fac deus omnium timentium te, & custo-

Rom. 12. dientium mandata mea. Venit id ex charitate, qua sumus omnes inuicem unius corporis membra, ut apostolus ait. Peccator uero his omnibus destituit, quod in humano corpore facile perspicimus. Hic stomachus (quod ingeritur) membris omnibus sanis, in corporeq; manentibus impartitur, nō truncatis & abscissis, nihil recipere ualtēibus. Sic utiq; peccator, qui mystici corporis Christi membrum

membrum est putridum, recisum & demortuum: priuatur bonis omnibus, alienus est ab his, quae sunt in coelo, nec illorum particeps esse poterit, quae fiunt ab ecclesia, nisi resipiscens, e peccatore iustus euadat. Peccatum facit hominem creaturarum omnium uilissimum, qui foret alioqui preciosissimus. Cęterae creaturę nunq̃ offendunt deum quicquid egerint, ob id quod ratione careant, & solo naturae trahuntur instinctu. Solus homo rationalis contra dei uoluntatē, inuersa uoluntate sua, qua libere quilibet agit, peccatum incurrit. Quare philosophus asserit, quod sicut optimum animaliū est homo, lege fruens ac iustitia: sic & idem pessimū est animalium, si a lege iustitiaq; recedat. Sic usus rationis quemadmodum facit hominē creaturarum dignissimum, ita rationis eiusdem abusus, eundem facit pessimum atq; indignissimum. Quid diabolum deo facit odibilem, immo quid ex angelo summū diabolum effecit? An aliud quicquid q̃ peccatum? Profecto si peccatum adhuc in eo desineret, deo charus ut ante foret. Non est in coelo quisquam deo tam dilectus, multo minus in terra, qui non ei fiet odibilis, si uel unum in eo peccatum mortale deprehenderet. Vis id manifestis exemplis discere? Primum intuetor angelū deo q̃ charissimum, praedilectum item primum hominem. Illum e coelo, hunc e paradiso depulit ob peccatum. Odio est enim deo impius & impietas sua Sapiens inquit. Ob peccatorū multitudinem atq; foeditatem, totum ferme mundum (quem ex nihilo creat) diluuio perdidit: quinq; magnificas ciuitates funditus euertit, & igne cōsumpsit. Nec etiam hodie desistit, quin ut a principio in magnis quoq; regibus atq; regnis contra peccatū insurgat. Nihil homini nihil obesse potest, nisi peccatū aut propter idipsum. Nulla aduersitas, infirmitas nulla, nullū pfecto malū eueniret: si nō peccatū in causa fuisset. Nulla noceret aduersitas, si nulla dn̄aret iniquitas inq̃t Gregorius. Peccatū est adeo pniciosum, ut nihil sit homini tā salubre, qd' non inuertat & noxium efficiat: immo qd' de se saluberrimū est, corpus ipsummet Christi Iesu, de quo per scripturā ipse dicit Qui manducat hunc panē, uiuet ineternum, facit insalubre sumentibus. Conuertit enim illum indigne manducantibus in

Ex oībus animatib' solus homo peccat.

7. Ethic.

1. Politic.

Peccatū et angelū et hominem dānat.

Sapiē. 14.

Gene. 7.

Grego.

Ioan. 6.

1.Corin.11 tibus in mortem: affirmante quidem apoſtolo Quicunq; man=
ducauerit hunc panem, & calicem biberit indigne, iudicium ſibi
manducat & bibit: ſumit in damnationem ſui, in damnationem
ęternam, non quod aliquid nocuum ſit in illo ineffabili ſacramē=
quod ſumentis to, ſed quod ſumentis malignitas ſibi mortem pariat. O pecca=
tum abhominabile & deteſtandum maxime. Hoc adeo nocet ho=
Eccle.21 Exponitur. mini, ꝙ tam corpus quàm animam illius occidat. Hoc quaſi
romphea bis accuta, & corpus & animam utrinq; cedit. Non ſe=
mel (ait) ſed bis acuta, quod non corpus ſolum ab anima diſſoci=
et, uti mors naturalis aſſolet: ſed tum corpus tum aīam una truci=
Pariſienſis de vicijs. det. Iuſtitia nanq; dei non ſinit culpæ dedecus in homine conſi=
ſtere abſq; uindictæ dedecore Pariſienſis ait. Subdit itaq; ꝙ ſi uni
uerſi dęmones, uniuerſi mali homines, uniuerſæ beſtię crudeles,
& omnes aliæ creature, quæ poſſunt hominibus obeſſe, ſimul eſ=
ſent ex una parte congregatæ, & mortale peccatum ex alia: magis
timendum eſſet unum mortale peccatum, q̄ omnia illa terribilia.
Peccator dānatus deterioris statu ꝙ diabolus. Qui fit? Certe quod illa ſoli corpori noceāt, animæ uero nequaq̄
ſed per unicum mortale peccatum ſalus animæ diſperit, homo fit
alienus a deo, ſociuſq; diaboli, immo uelut diabolus ipſe, ſi ſic
dicere liceat, uel certe quoad pœnā deterior, cum diabolus ſcd'm ꝙ
ſpiritus, ſpiritualem ſolum pœnam: homo uero plane ſenſibilem,
anima ſpiritu corporeq; ſuſtinet. Qamobrem ſapiens merito con
Eccle.21. ſulit Quaſi a facie colubri fuge peccatum. His reuera de cauſis
propheta pœnitens ſemetipſum inſpiciens: horroreq; peccati, fœ=
torem, putredinem, malignitatem, obhominationem & pericu=
lum animo reputās, uehemēter indoluit, & cū lachrimis affiteri cœ
pit Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco. Damno peccatū
Penitentia a mortuis ſero agitur. iſtud & lugeo. Nec peccatnm ſolum damno, ſed & meipſum ac=
cuſo condemnoq;: me fateor offendiſſe, me reum ago, me dū hic
uiuo reum perago atq; cōuinco. Non ut apud inferos damnatus
peccatum ſuū atq; iniquitatem agnoſcit, ego recognoſco, cum ille
non cognoſcit culpam ꝙ deum offendit, ſed ob pœnam dunta=
xat, quam ſibi perſentit inflictam: ſed cupit non peccaſſe, nō ut
deo placeat, ſed ut pœnam ſolum effugiat. At ſera nimis hæc eſt

pœnitentia

pœnitentia, immo (ut uere dicam) non est omnino pœnitentia, quæ timore pœnæ non uirtutis amore suscipitur. Talis erat pœnitentia diuitis Epulonis, qui dum uixit, pietatis & dei fuit obli-
, tus: sed mortuus & in pœna iacẽs, ita precari cœpit Pater Abra- Luc.16.
, ham, miserere mei. Quem locum Gregorius exponens ait: Oculos Gregorius in omel.
, quos culpa claudit, pœna aperit. Ille nanque suam iniquitatẽ tunc primo recognouit, dum sentit tormentorum inferni grauitatem. Sed ego iam dudum superstes & hic uitam degens, iniquitatem
R. meam agnosco: sciens quod nisi illam cognoscens emendaro, tu me il-
, lam cum Epulone sentire facies in ęterna pœna. Amplius ergo
, tu me laua ab iniquitate, Quoniam iniquitatem meam ego co-
, gnosco sponte ductus, idque corde contrito & humili spiritu. Sed dum ita cognosco, utique confundor. Confiteri tamen haud erubesco, quia nihil hæsitans confido tuæ misericordiæ, quod lauare delereque uelis & remittere, si quod ueraciter agnosco, non minus uere confitear. Nouit id bene Hieronymus, qui sic tibi pol- Detectio uulneris salutẽ parat. Hieronymus.
, licetur Si tu pronuncies in confessione peccata tua, deus ignoscet
, ea tibi: si ponas ea ante te, deus non ponet ea ante se. Si tu cognoscis, ipse abscondet: si tu te ligatum agnoscas, ipse soluet: si tu cognoscas, ipse remittet: si tu te te offeras, ipse te misericorditer acceptabit. Nolis o christiane pœnitens imprudens esse, noli quod imprudentes solent, ipse facere. Multos peccare non pudet, quos suppudet agere pœnitentiam. Habent hi ut quidam uulnere læsi, qui non erubescentes in uulnus imprudẽter incurrisse, de ligatura curationeque uulneris imprudentius erubescunt. Vnde fit, ut ad sanitatem nunquam redeant. Non curat medicus morbum aut uulnus, nisi sibi pręostensum ab eo, qui se suæ diligentiæ totum cõmendare uolet. Ad medicum ergo confuge, uulnus ostende, confitere quicquid est peccatum, age pœnitentiam, dic cum prophe-
, ta, dic Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum con-
, tra me est semper. Dic id (inquam) dic. Sic est enim ut dicis. Peccator & iniquus es, & peccatum cõtra te stat in acie perpetua. Neque contra te solum pctã depugnant, sed & contra cunctos homines

quibus aduerſantur ubiq̧. Semper eſt cõtra me (propheta dicit) me ſemper inquietat, me turbat & diuexat, conſcientiam mihi nõ ſinit interquieſcere, quæ ſimul aduerſus peccatum ſemper obmurmurat.

S. T. 2. ſententi. diſti. 14. art. 4.
Synteresis.
Auguſtin. li. de baptiſmo paruulorũ.
Synteresis quid.

Iſta nanq̧ conſcientia (uti Thomas aſſerit) ortum habet ex naturali iudicio rationis, quod dicitur lex intellectus, & ſynteresis ſupremaq̧ portio rationis, quæ iuxta ſententiam Auguſtini, eſt lumen innatum & animæ cõcreatum, quo dirigimur & mouemur ad faciendum ea, quæ pertinent ad uitationẽ culpæ & pœnæ, atq̧ adeptionem gloriæ. Vnde patet quod ſynteresis (ſeu mauis) conſcientia, ſit quidam generalis habitus, ſiue cõnaturale lumen animæ : cuius officium eſt a peccato retrahere, contra illud ipſum ſemper murmurando, & ad bonũ inclinando alliciendoq̧.

Aug⁹. de Ciuit. dei. capi. 12.

Vbi uero ſuperior aut ſuprema rationis portio dicitur, annotandũ haud ideo ſic dici, ꝙ ratio ſuperior & inferior ſint diuerſæ potentiæ, ſed una ſunt eademq̧ potentia : quæ per actus uarios & officia diſtinguntur. Quare ſuperior portio appellatur, qua ad ſuperiora reſpicit & ęterna, ſicut & inferior, qua reſpicit & diſcernit inferiora & mundana. Fantaſia ergo aliquid menti proponit, ratio uel ſuperna uel inferna reſpiciens aſſentit aut diſſentit, unde conſcientia

Triplex act⁹ cõſcientie.

ſiue ſynteresis concludit. Operatio uero ſiue actus primus huius cõſcientiæ, eſt teſtificari de præteritis. Perhibet enim cõſcientia teſtimonium ſiue bonũ ſit ſiue malũ.

Rom. 2.
Conſcientia aduerſus peccatũ ſemp̃ obmurmurat.

Inquit enim Apoſtolus Ipſi ſibi ſunt lex, teſtimonium illis reddente conſcientia eorũ. Nam ipſa ſub naturali dictamine rationis reclamat malo, conſentiens & cõgaudens bono.

Eccle. 7
Exponitur.

Cui concordat illud Eccleſiaſtici Scit conſcienria tua, qđ tu crebro maledixiſti alijs, qđ tu male uixiſti, & id quidem ſæpius. Bene dicit, Scit conſcientia. Nam tu potes per negligentiam obliuioni dare tua malefacta : ſed conſcientia certo recordatur, remurmurat ſemper & accuſat. Fac te malum eſſe, te mala perpetrare : quicquid egeris, ad quiduis te compoſueris, quocunq̧ te receperis, obuiat conſcientia, moleſtat atq̧ inquietat. Non uigilantem, ſed nec dormientem deſerit, aut requieſcere permittit. Vigili lętitiam aufert & mœrendi cauſas inijcit: dormire uolenti re-

ſiſtit

sistit. Vt somnum innuas, ut ineas aut paulum arripias (nam alte dormire raro datur, secure nūq̄) interea terribilia quoq; somnia ministrat, quibus optatę quietis fores effringit, inuadit, territat, & ex omni latere te perturbat. Si bibas, si comedas, si quidlibet aliud delectabile facias: adest conscientia quæ remordeat, ut quæ nunq̄ certe requiescit, sed nec te requiescere sinit. Quamobrē q̄so sic fit? Ita diuus Augustinus ostendit Iussisti domine, & ita est ut omnis inordinatus animus sit sibiipsi poena: & mellifluus Bernardus Non est poena super poenam morsus conscientiæ: qui nō solum hic tangit & accusat, sed etiam in futuro. Deinde est actus & officium conscientiæ accusare & excusare, reprehendere a reprehensioneq; tueri, remordere & a morsu liberare. Memoria commissorum ubiq; mordet, benefactorum autem animat & exhilarat. Quod bene quis & tempestiue fecit, animū recreat: quod negligenter & perperam omisit, utiq; molestat. De cuiusmodi cogitationum inter se conflictu, in hunc modum Paulus in[illegible]t Ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantiū aut etiam defendentiū, in die cum iudicabit deus occulta hoīm. Tunc enim reddet deus unicui[illegible] secundū opera sua, & recipiet unusquisq; secūdum ea, quæ gessit in corpore, siue bonum siue malum. Nec in illo iudici[illegible] pręsto erunt opera sola, quibus adiudicandi peccatores sunt uel gloriæ si bona sint, uel supplicio si mala: sed & mutua cogitationū altercatio, de quibus tam plane iudicabit omnipotens, q̄ de manifestis uerbis aut operibus. Nihil enim prorsum ibi latebit, ubi iudicabit omniscius, & ubi propria conscientia palam accusabit. Quapropter inquit Augustinus Quem conscientia defendet liber est inter accusationes, & liber sine accusatore esse non potest, si sola conscientia intus accuset. Vides o peccator, q̄ semper contra te peccatū sit. Sed uis a peccato fugere? Ipsum dele per poenitentiam. Non datur aliunde fuga. Si non ita deleueris, ubi ubi es semper erit tecum: intus, foris, ubiq; in uita, in morte, in iudicio, extra iudiciū, semper.

Augusti. Bernar. 2. actus conscientia. Rom. 2. 2. Corin. 5. Auguſti.

S

Si fugere

3. actus.

Si fugere non te potes ipsum, nec peccatum poteris. Conscientiæ tertius actus est ligare uel soluere. Sicut enim corpore ligatus e loco quo ligatur amoueri non potest, nisi religetur ante: sic est ubi conscientia ita uoluntatem obligat ad aliquid faciẽdum aut omittendum, ut aliud sine peccato non possit. Nam ut dicit Apostolus Omne quod non est ex fide, peccatum est. Quod exponens Ambrosius ait Omne quod fit, etiamsi in se & de se bonum: si non sit ex fide, hoc est, si sit contra conscientiam, dum nos scilicet credimus esse malum, peccatũ est. Ergo fieri oportet, quod consciẽtia iubet, & uitari quod ipsa dictat esse uitandum. Verum id uenit intelligendum, ubi circa id quod mortale peccatum est, conscientia uersatur, quale est præceptum aut prohibitum. Nam si dictarit aliquid per modum persuasionis aut consilij: non obligat ad mortale peccatũ, authore beato Thoma. Beatus item Bonauentura scribit, quod aliquando conscientia dictat aliquid esse faciendum quod est secundum legem dei, ad quod homo tenetur ex debito: & illud eum prorsus astringit: aliquando dictat quod est contra dei legem, ut uindictam facere: & tunc non obligat ut facias, sed multo potius, ut conscientiã illã omnino deponas. Talis enim erronea conscientia est, diuinæque legi contraria, tenens hominem ut in portum salutis enauigare non possit. Nam si faciat quod sic cõscientia dictat, mortale peccatum admittit faciens contra dei legem. Sin contra conscientiam operetur, mortaliter etiam peccat: credens enim esse mortale peccatũ & in deum capitale, si committat, facit in contemptum dei. Qualis plane contemptus in mortale peccatum accidit, etiamsi res ipsa longissime distet, deoque alioqui placeat. Nam deus non tantum quod fit, sed & quo fiat animo magis attendit. Abijcienda est igitur talis erronea conscientia: ut quis eo pacto laqueum alioqui ineuitabilem clare deuitet. Dictat aliquando conscientia quod est præter dei legem, quale est Festucam de terra leuare, in ignem spuere, cæteraque similia: & tũc obligatur unusquisque, qui talem sibi conscientiã assumpsit, uel eã omnino deponere, uel si quod mortale peccatum esse iudicat, fecerit, mor-

Vinculũ conscientie.

Rom. 14. Exponitur.

Ambro.

S. T. 2. sent. distin. 39. art. 3.

Bonauẽtura 2. dis. 29 art. 3. q. 3.

Conscientia erronea quatenus ligat.

rit, mortaliter hauddubie peccat, quoniã conscientia id mortem
, iudicat. Ad quod illud Augustini penitus alludit Omne quod fit
, contra conscientiam, ędificat ad gehęnnam. Verum hic estis eru=
diendi mihi. Sunt qui certo sciunt se non habere bonam conscien
tiam, ut qui mortalis peccati conscij sunt, uel quod ante commise
runt, uel committere proponunt, neq; idem pœnitendo diluerũt:
& horum conscientia mala peruersaq; dicitur, & coinquinata, de
quibus Apostlus Coinquinata sunt ipsorum mens & conscientia.
Alij perturbatam & simul incertam habent conscientiam, uel q
hinc nimiã præsumant, uel inde nimis anxie formident: & horum
, consciẽtia cauteriata uocitaṫ, de qua scribit idem Apostolus. Sunt
, habentes cauteriatam conscientiam. Cauteriatam ibi dicit, quæ
corrupta est, prauisq; cogitationibus & concupiscentijs adusta:
quas dum scit homo deuitandas, urgente tamen calore sequitur.
Et metaphorice cauteriata uocaṫ, ubi quis præter animi sententiã
igne concupiscentię ducitur. Nam cauterium instrumentũ est quo
per adustionem carni character imprimitur, unde coruptio carnis
unaquæq; uenit intelligenda, quæ per ignem concupiscentiæ licet
ratione compugnante nobis inuriṫ. Perturbata quoq; conscientia,
sicut aliquando sic supra condignum audet, ut Sapiens ibi profite=
, tur Semper pręsumit sęua perturbata conscientia: sic & plerunq;
, infra se ruit & meticulosa fit, ut per eandem sententiam potest in=
, telligi. Quicquid enim geritur, aliquid sibi mali ueretur impende=
re: sicut ille Caynus ante docuit, qui priusq̃ inflicta fuisset a deo
, pœna, tanq̃ euenturam improbe formidans aiebat Vagus & pro=
, fugus ero super terram, omnis qui uiderit me, occidet me. Dicit
, itaq; Chrysostomus Qui malæ conscientiæ est, semper pusillani=
, mis est atq; timidus. Huius conscientia immensa grauamina fa=
, tetur & scribit Augustinus Nullæ (inquiẽs) sunt grauiores cruces
, in uita ista, q̃ mala conscientia. Et Chrysostomus Conscientia rei
, semper in pœna est, & mens malæ conscientiæ proprię, stimulis
, laceratur. Putant aliqui se bonam habere consciẽtiam, se gratiam
& charitatem habere, cum nihil horum habeant: sicut frigidi qui=
dam chri=

Augusti.
Cõscientia p uersa et coin quinata
Titum. 1.
Conscientia cauteriata.
1. Th. 4.
Exponitur.
Cauteriũ qd
Conscientia perturbata.
Sapi. 17.
Gene. 4
Chryso. su per Matt.
Conscientie male inquie= tudo.
Augusti. li. de uera innocẽtia
Chrys. vbi supra in Matthæũ

dam christiani se deo gratos arbitrati, cum capitaliter eum offenderint, mortalia peccata pro non mortalibus habentes. Erronea nimis est hæc conscientia: a qua si cauere uelis, necesse est ut teipsum probes, uti monet Apostolus Probet seipsum homo, hoc est, conscientiam suam examinet: & sic de pane illo edat & de calice bibat. Fuit aliquando Paulus in hac erronea conscientia, uelut ipse propfitetur. Captus enim Hierosolymis a militibus Romanis, Iudæos ibi, quorum inuidia captus erat, sic alloquitur Ego omni conscientia bona couersatus sum ante deum, usq; in hodiernum diem. Se omni conscientia bona conuersatum ait, qui tamen persecutus erat ecclesiam, se bene facere coniectans. E multis autem procedet hæc erronea cōscientia. Nunc prouenit ex ignorātia crassa. Nam si quis ignoret ea q̄ scire tenetur, si nō mortalia pro mortalibus expēdat uti debet, sed in ea tanq̄ in nō illicita proruat: nihilominus ipse peccat, tantum abest ut excusetur. Quæ uero quis scire tenetur, si negligēter omittat, si non pro uiribus addiscere conetur saluti necessaria: per talem ignorātiam si quid ultra perperā admittat, haud defendi uel excusari poterit. Affirmat enim Augustinus, qđ illis oīno non poterit ignosci, qui habentes a quo discerent, operam non dederunt. Nunc oritur ex affectione praua. Cum quis enim ut debet, aliquid recte facere instituat, & uictus affectu cōscientiam sibi fingat aliud perpetrandi, apprime delirat, & quod improbe iudicat, improbius facit: de quo scribitur in prouerbijs Perit omne iudicium, cum res transeat in affectum. Aliquando procedit e superbia. Nam cum aliquis non captiuet intellectum in obsequium, cum superioribus & se sapientioribus obstet aut non obediat, cum sensum suum & opinionem cæteris oīm anteponat, e cerebro suo sibi legem & conscientiā affingens, spretis aliorum & sapientiū quidē consilijs & sententijs: ille tanto plus peccat, q; peccatis alijs inobedientiam & arrogantiam adiungat Nascit̄ interdū ex obstinatione & ꝑtinacia. Sic etenim infideles & hæretici, dū obnixe suis opinionibus atq; sectis incūbunt, acriter christianos & orthodoxos persequuntur: & se tamen interim bene facere

Margin notes: 1. Cor. 11. — Act. 23. — Cōscientiā erroneā a multis ꝓuenire. — Aug. — Prouerb. vulgare. — Conscientia pertinax.

ne facere

nē facere, & bonam habere conſcientiam arbitrantur, iuxta quod
, ſcribitur in euangelio Venit hora, ut omnis qui interficit uos, ar= Io. 16.
, bitretur ſe obſequium præſtare deo. Sunt præterea nonnulli te= Conſcientia larga.
merarij, & nimis audaces, qui cum reuera mali ſint, ſe pro bonis habent, de uicijs uirtutes opinione ſua faciunt: & dum furantur, rapiunt, aut fęnerantur, ſe licite id facere exiſtimant, ut eleemoſynas inde porrigant, aut dum alijs modis uſurpent ex ſententia: ſe probe admodum facere creduut. Quos ſi de peccatis arguere cœperis: illico reſpondebunt ſe tam bonam hebere conſcientiam
, q̄ habent alij, etiamſi iuſtiſſimi: de quibus ait Sapiens Sunt im= Eccle. 8.
, pij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. Et prælargam iſti dicuntur habere conſciētiam & nihil anxiam, nullum habentes ſtimulum aut remorſum de peccatis: ſed omnia tranſeūtes omnia poſtponentes, magna pro paruis accipientes, & parua nihil omnino timentes. Sunt hi ſimiles aranearum tęlis, quæ dum paruas muſcas irrhetiūt, maiores abire ſinunt: dumq; tenent atomos, grandes amittunt lapides: ſic & ipſi dum parua quædam ſe
, magnifacere ſimulāt, maxima traſiliunt. Tales erant phariſæi, qui Matth. 23.
, nimis aſſidui in offerendis Anetho, menta & cymino omniq; oluſ=
, culo, ad grauiora legis fidem, uidelicet iudiciū & miſeircordiā ob=
, ſurdeſcebant. Sic & tu quiſquis es prolixæ huius conſcientiæ, de paruis ingētia, deq; magnis & enormibus perpuſilla facis aut nulla. Sputum in ęde ſacra mittere reformidas: qui & intus & foris impie iurare, immo peierare non uereris. Ad prandium illotis accumbere manibus religio eſt, & illota mente ad ſacroſanctū dei corpus irrumpis? Si dominicæ precationis uel minutum intermittas, ingemis: qui proximi famam lædere & detrahere nō dubitas. Aliena peccata ponderas. & ad unum uſq; dijudicas, ſed tua ipſius non reſpicis, tantum abeſt ut recte diſcernas. Venialia tu nihilifacis, mortalia multo minus: immo neutra recte perpendis. Talis autem larga conſcientia, rhetis magna foramina habētis, inſtar habet, quo prenduntur magni piſces, ſed minores euadunt. Verū quæ talis eſt, non conſtabit ipſa ſibi: ſed ubi mortis hora ſuper=

uenerit

uenerit, tota uertetur: & quæ leuia prius habebat, tũc qualia sunt & q̃ ponderosa iudicabit. Tunc tunc quasi mons immanis ipsa prement, tunc miseram animulam mirum ni in foueam desperationis adducãt, si non singularem suam gratiam deus interponat.

Conscientia scrupulosa

Sunt deniq; scrupulosi quidam & meticulosi, quorum conscientia nunq̃ interquiescit: sed bona ne sit an mala semper ambigũt, semper tremule uacillant, non timenda timent, trepidant ubi nulla causa timoris: quicquid aut agunt aut omittunt, se peccare putãt,

Quanta pericula e conscientia meticulosa eueniũt.

& ubiq; perplexi sunt, & uacillantes. His nulla facultas recte iudicandi, quæ si non deesset, res ipsas & rerum differẽtias internoscerent operãdoq; secernerent. At surgit istiusmodi cõtracta cõscientia uel ex cerebri leuitate, uel e cordis pusillanimitate, uel ex diaboli suggestione. Non cessat enim tentare diabolus, sed die pariter & nocte, quietẽ hominis interturbat: uigilanti simul & dormiẽti, species malas & illecebrosas immittit. Continuo tentat, ut saltem tedio uincat inquit Gregorius. Cõscientia nimirum ista ualde periculosa est, & plærunq; incurabilis. Hæc est quæ de festuca trabẽ efficit, de lapillo saxum molare, de musca elephantem, de culice camelũ, de bono malũ, de leui & ueniali crimine magnũ atq; ĩtolerabile. Hec per inconsyderatũ peccandi timorem, multa bona p̃terit.

Grego.

Psal. 13. De talem conscientiã habentibus Psaltes illud ait Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Quos ut a tali dehorteť opinione,

1. corin. 10 sic monet Apostolus Omne quod in macello uenit, manducate, nihil interrogantes, propter conscientiam. Ex his certe scrupulo-

1. Mach. 2. sis erãt illi Machabeorum socij, qui cum uidissent hostes in se mouentes arma die sabbati, ne festum diem uiolarent, se miserabiliter ab eis occidi permiserunt. Amouendus ergo talis scrupulus & deus intime rogandus, ut mentem irradians illustret: dans ueram & securam agendorum cognitionem. Dabit autem si sic rite rogaueris, sicut dedit ante Solomoni taliter eum inuocãti. Quomodo

Sapi. 7. data sit, ipse fatetur. Inuocaui (inquiens) & uenit in me spiritus sapientię. Sic itaq; declinanda scrupulosa arctaq; conscientia, at

Conscientia timorata.

timorata nihilominus usq; retinenda & appetenda. Facit autem illa timo-

illa timorata ne sis ingratus erga deum, ne arrogans, elatus, ne præsumptuosus, facit ut omnino pcaueas, ne deum offendas: ne quod male habet, agas: uel quod bene, negligenter omittas: ut omnia prouide cũ timore perficias. A quo non abludit illud Gregorianum Bonarum mentium est ibi culpam timere, ubi culpa nõ est. Verum hinc iam perspicuum euasit, quomodo peccatũ tuum contra te sit semper in hoc sęculo, ut nec te sinat conquiescere, non quiete orare, non aliquid ferme boni facere: quomodo trahat in multas incõmoditates & picula, in nõnullas abhominatiões atq; mala. Attamen sub mortem contra te ualidius insurget: quando Diabolus peccata tua reducet in memoriam: grauitatem, multitudinem, abhominationem & damnabilitatem simul annumerans, ut te in desperationem adigat, & extremæ damnationi subijciat. Tunc (ait Augustinus) præsto aderit diabolus, recitans omnia uerba nostræ professionis, quæcunq; bona uel mala fecimus: tentans nos de fide: & nisi deus subueniret electis, nemo resisteret ei. Quam sane materiam plenius enarrauimus in psalmi sexti quinto uersu. Post mortẽ uero, ualidissima erit peccati pugna contra peccatorem. Deducet enim post mortem non absolutum a mortalibus, in foueam interitus, in mortem ęternam: ubi pœnæ innumerabiles & infinitæ, ubi sempiternus horror, ignis inextinctus, aqua nimij frigoris: ubi tormenta dæmonum, ubi mors sine morte Quærent (inquit) mortem, & mors fugiet ab eis. Quam reueram pœnam si uelis euadere, necesse est, ut hic uiuens peccatum agnoscas, agnitum per confessionem expromas: necesse ut semp habeas cõtra te & corã te (sicut alia litera sonat) ut id omnino doleas, dolendoq; deleas. Clamandum itaq; cum propheta Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tu me domine quẽ redemisti seruato, tu a peccato quod contra me est semper liberato. Nam TIBI SOLI PECCAVI ET MALVM CORAM te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Quid hoc est, tibi soli peccaui? nisi quod homines latuerit peccatum ipsius, deum uero latere non

Gregorius.

Augustinus.

Apo.9.

Versus quintus.

potuerit? Adulteriũ, quando ad se traxit uxorẽ alienam, & ea gratia maritum occidit: nemo hominum intellexit. Homines ex sententia fallere potuit, deum nullo modo celare potuit, cui nihil occultum aut secretum est, sed omnia præsens aspicit. Idcirco dicit Tibi soli peccaui domine deus: quia clancularíũ illud uiciũ, quod
Hebre. 4. hominibus abscondi, tu tu deus, cui omnia nuda sunt & aperta, uidisti. Vides omnia quæ in mundo fiunt: neq; solum quæcunq; hic aguntur, sed etiam quæ in abysso fiunt intueris. Cui astipula-
Iob. 26. tur illud Iob Nudus est infernus coram eo. Iam peccator insolẽs, qui cubiculum intras, & occulta loca subis, ut a nullo uisus, audacius in peccata ruas: an ita te putas abscondi posse? an ita? Sed quid hoc est, quod ait Tibi soli peccaui? An quod est contra deũ
Sunt pctã in triplici gñe. solũmodo admissum, peccatũ intelligit? Nõ. Sunt enim peccata in triplici genere: contra deum, proximum, & seipsum. Contra proximum sunt, homicidium, furtum, adulterium, detractio, & id genus alia. Contra seipsum sunt, gula, mollicies, accidia, prodigalitas, superbia, inanis gloria, quæ qui cõmittit, sibi soli nocet. Ac-
1. Cor. 6. cedit ad hæc & luxuria, de qua scribit Apostolus Qui fornicat̃ in corpus suum peccat: id quod ita commentator enarrat Nihil est
Glos. ordi quod [illegible]tum dehonestet, quod tantum cõmaculet corpus, quantum fornicatio. Contra deum, sunt hęresis, desperatio, blasphemia, periurium, irreuerentia circa diuina sacramenta, inobedientia, & similia. Verum quoniam quicunq; peccat in seipsum aut proximum, in deum quoq; peccat: propheta declamat Tibi soli peccaui. Peccans autem in proximum uel seipsum, in deum peccat: sed modo longe diuerso. Qui patrimonium dissipat & suppellectilẽ prodigit, directe peccat in seipsum, & obiter in deum. Qui perimit hominem aut spoliat, directe proximum, indirecte deum, cuius mandata transgreditur, offendit. Sin quis blasphemet aut peieret, præcipue contra deum, deinde contra seipsum peccat, & etiam contra proximum, quem malo exemplo lędit. Cunq; dicat
Duplex pcti ratio. Tibi soli peccaui: prohibitionẽ & uindictam dei respicit. Propterea quod peccatum duplici ratione contra deum fieri dicitur, uel

quia

quia prohibet, uel quia ulciscitur. Et hæc prohibitio facit, ut peccatum aduersus deũ esse dicatur. Quia nullũ esset peccatum, si nihil esset prohibitum. Nempe prohibitio legem introducit, & ut ait Apostolus Per legem cognitio peccati. Peccati uero cognitio, peccandi desyderium accendit, & occasionem maiorem adducit, secundum illud Apostoli Occasione accepta peccatum per mandatum, operatum est in me omnem concupiscentiam: sine lege peccatum mortuum erat. Quale peccatum Adamo peperisset esus mali, si deus non uetuisset? Hic esus si nude consyderes, in se nihil habet, unde peccatum exurgat. Adde prohibitionem, adde præceptum dei, & qui id prætergreditur, peccati merito condemnatur. Vsus balistę si rex non prohibeat aut contra statuat, de se nihil habet incommodi. Accedat e contrario regium edictũ, & quisquis usurpabit, graue crimen incurrit. Eodem modo noster propheta, rex quidem clarissimus, agnoscens se uiolasse prohibitionem diuinã, nec esse in manu hominum, ut de rege supplicium sumant, mirum in modum iustam dei ultionem pertimescens, eo quod solus deus peccata ęque uel punit uel remittit, quod solus deus posset regem cui nullus homo præest, affligere: & qui nullum peccatum impune præterit, iustissime principes cum ceteris, tum magnatibus, tum paupibus ipse corripit & castigat: magna formidine clamat Tibi soli peccaui, perpẽdens q̃ uerũ sit qđ deus de seipso asserat, Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore. Quod & apostolus asseuerat, dei uocem ita replicans Mihi uindictam, & ego retribuam. Retribuam eis, ulciscar eos, qui cũ ab alijs per eximiã potentiam puniri nequeant, nec in seipsos animaduertunt: talibus ego (deus inquit) retribuã, in hos ego uindicabo, hisce sublimibus & excelsis peccatoribus, ego uindictam in posterum reseruabo. Nempe deus ultor est cuiuslibet peccati: qualis & quantuscunq; sit ille, qui commisit. Ille peccatorũ oĩm ęquus uindex est: ille peccatũ omne punit, ubi homines multa prætermittunt impunita. Hoĩes arrogantiam non puniunt, nõ inuidiam, non pigriciem, non auaritiam non ingluuiem, sed nec uirtutis nouercam luxuriem. Conniuent

Rom. 3. Rom. 7. Deus etiã reges castigat. Deut. 32. Rom. 12. De⁹ aĩaduertit in ea ad q̃ hoĩes conniuent. Hiere. 51.

ad inobedientes deo, dominicę cęterarumq; solennitatum uiolationem haud respiciunt, concupiscentiam uix pro peccato deputãt: ut in summa dicam, nisi paucissima peccata iure retundunt. Hæc & eiusmodi enormia flagitia, quæ a deo pro maximis penduntur, homines pro re nihili habent, & impune dimittunt: nihil ferme plectentes præter id tantum, quod in homines committitur: uerum si dei causa agitur, nil aut parum admodum pensi habent. Qua propter ubi deus aliter rem suam administrat ubi suam peccatis omnibus pœnam asseruat: ab eo propheta formidans inclamat Tibi soli peccaui. O q̃ horrendum est incidere in manus dei, uiuentis. Ait enim, Ego retribuã eis in tempore. Quodnam tẽpus, est hoc, quo deus ipse peccatori retribuet, quo de maleficis supplicium sumpturus est? O homo facito, ut bonitatem dei sedulo cõtempleris. Tu horrendis modis peccata perpetras, tu abominabiliter deum offendis: at nemo hominum pœnas infligit, nec deus ipse puniri te sustinet. Vnde tibi non ut par esset, resipiscẽtia: sed animus atq; peccandi audacia incressit & augetur, neq; id tantum, sed ut perpetuo pergas etiam miseræ ac deplorandę uitæ inhęrere. Porro ipse deus ꝓ infinita misericordia sua & bonitate mittit p̃dicatores uerbi sui, mittit doctores qui doceant te, qui hortent̃, qui uocent, qui dent consilium, qui peccati discrimẽ declarent, qui terribilem illam damnationem, quæ pro peccatis constituitur, denũcient: tu tamen nihil aduertis, nec benignitatẽ dei & diuitias longanimitatis illius respicis, sed pergis semper tui similis esse, pristinis uitijs perpetuo indulges, quotidie in deterius ac corruptiorem uitam prolabens. Neq; adhuc desistit misericordissimus deus tuę saluti consulere, Sed quem indulgentia retinere non potuit, nititur seueritate reuocare. Mittit ergo flagella illa, quibus flagitiosos punire solet, nempe diram inopiam atq; rerum omnium penuriam, exitialem pecorũ atq; armentorum luem, annonæ caritatem, & his similia, quæ mundus ob peccatum patitur: at tu nihil moueris, nihil curas, nisi ut semper idem esse pergas, ut tibi semper cõstes, solito uiuendi genere mordicus adhęrens. Quin adhuc propitius deus no-

Deut. 32.
Qib⁹ modis deus nititur ut peccator resipiscat.

deus nolens mortem peccatoris, mittit pestilentiam, mittit mortiferum sudorem, mittit & aliorum morborum uarias contagiones: ad hęc mittit bellum, mittit stragem, & diram hominum occidionem: & tu interim tot calamitatum expers euadis, inter tot rerum pericula tutus elaberis, attamē tot aliorū discriminibus edoceri nequeas, ut uel ad extremum inueteratam delinquendi cōsuetudinē deseras. At tandem omnibus prius pertentatis, uel infestis hostibus, uel graui aliquo morbo & aduersa ualetudine, ita periculose te inter alios affligit, ut mors potius, q̃ uita tibi speranda sit: ac tū demum uelut piscator ictus (ut habet prouerbium) sapere incipis, tum demum propitium numen inuocas, tum te peccasse agnoscis & fateris, tum precationibus sedulam operam innauas, tum magnifice promittis te ieiunaturum, eleemosynas haud parce elargiturum, diuis uota enuncupaturum, uarias obiturum peregrinationes, multaq; id genus pietatis opera exerciturum: quam diuinæ opis implorationem, quæ uota & promissa clementissimus dominus ueluti pro ratis habens, priori ualetudini te restituit, resarciēs ex pollicitis tuis, q̃ alioqui adēpturus erat. Verum tu, cū dei beneuolentia integer factus fueris, statim in antiquam illam uitiorum sentinam, statim in assuetam uitæ improbitatem recurris, ac præceps corruis: prorsus oblitus tum uotorum, tum promissorū oim. O miserrime peccator, cur ita facere uis? O peccator (inquā) quid tibi in mentem uenit? cur ita agendum arbitraris? Nullum ne cōsilium, nulla exhortatio, nulla penuria, nullum bellum, nullū morborum genus, huic malo tuo medicari potest? Age itaq; age o peccator, audi peccator, quid tibi & tui similibus interminetur deus. Ego (inquit) retribuam eis in tempore. Ipse haud dubie parē tibi referet gratiā, quū uiderit aduenisse tp̄s opportunū. Sed quādo id (inquies) futurum est? Certe quod subsequitur, id satis declarat his quidem uerbis Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. At qualis tandem futura est hæc perditionis dies? Et quæ sunt ista tempora, quæ tantopere festinant adesse? Et quibus iuxta est hæc dies? Quibus festinant hæc tempora?

Fallacia uota afflictorū.

Deut, 32. Exponitur: Iudicii extremi seueritas.

Ibidem. Exponitur.

Haud dubie dies hęc pditionis,dies illa irę & ultionis est: de quā & dn̄s alibi ad Mosen loquens, ita inquit In die ultionis uisitabo & hoc peccatum eorum, id est, in die iudicij: quo die de peccatoribus omnibus uindictam sumpturus est, unicuiq; pro sceleris sui ratione iuste recōpēsans terribili illo uindictę gladio,ancipiti sane & bis accuto: qui dies perditionis nuncupatur, uel hoc nomine quod maligni & miserabiles peccatores citra omnem recuperandę ueniæ spem, in ęternum perdentur. Quando supplicio nunq̄ desituro mancipandi sunt,nunq̄ inde exituri, nec inuenturi amplius misericordiam: quādoquidem prius oblatam toties,ultro respuerunt. Ibi neq; ullum unq̄ refrigerium sentient, neq; pœnarū intermissionem, sed in ęternum & ultra cum tetris dęmonibus, quasi dæmones & ipsi uersantes, intolerabilem pœnam perpetuo luituri sunt, tenebras illas exteriores, & palpabiles quidē illas, fletū, stridorem dentiū, & horrorem sempiternū nunq̄ nō passuri. Atq; hæc eadem tempora sunt, quæ festinant adesse. Neq; abs re dicuntur tempora, propterea quod non unum tātum tempusculum, sed multiplicia & infinita futura sunt. Nimirum tempus calamitatis & miseriæ, tempus magnum & ualde amarum, tempus horrendum & formidabile: tempus, tempus luctus & inexhausti supplicij. Tempus omnibus modis terribile, quando deploratissimi peccarores penitus ignorabunt quo se uertant, quam latebrā petant, quo a terribili, tremendi iudicis aspectu aufugiant, qui tum demum omnibus omnium obtutibus ęquissimam iustitiam suam & iustam indignātiam euulgabit, apud cuius tribunal abiectissimo reo nullum omnino aderit pręsidium, patrocinium nullum, nullum consilium, nulla elabendi ratio, nullus patronus, nullus aduocatus, nullus legum doctor, qualis uel Romæ in curia quæ Rotæ dicitur, uel qualis apud nos in arcubus, aliquando causam uix ęquam magno artificio defendere solet. Nemo hic acturus est causam tuam, nemo patrocinaturus est. Hic legisperitus quantūlibet uersutus fuerit, quantumlibet magno conductus,non audietur causam tuam agere, aut uersipellē clientis sui defensionem adornare.

Exod. 32.
Exponitur.

adornare. Nullum consilium, nulla uafricies, nulla pecunia, nullũ
salarium aut famulitij prætextus, nullum patrocinium uel magi=
stratuum fauor, hic aut tutari aut prodesse possunt: quemadmo=
dum nec forma ulla uel robur corporis, immo ne sapiẽtia quidem
aut quantumuis præclari natales. Illic enim nulla succuret caute=
la, nulla aderit largitionis corruptio, nullus fauor, nulla apellatio,
nulla admittetur inhibitio, nulla audietur excusatio, nulla defen=
sio recipietur: nec mirum, cum hic solus iudex omnibus excelsior
sit, omnibus longe iustior, omnis æquitatis autor, omnibus mul
to ditior, fortior, & potentior. Quo fit ut hic dies optimo iure uo=
cari possit dies iræ, dies calamitatis & miseriæ, dies magna & ama Eccle
re ualde: ut est in lugubri illo ecclesiæ cantico. Et propter multi=
plicem huius diei calamitatem & miseriam, propter illius incredi=
bilem magnitudinem & amaritudinem, propter illius ineuitabi=
lem certitudinem & temporis incertitudinem: dictũ est, tempo=
ra quæ festinant adesse. Et reuera iuxta est hæc dies, tempo= Deut.32.
raq; ista procul dubio festinant. At quibus iuxta sunt & festinãt?
Certe & iustis & peccatoribus, sed diuerso plane euentu. Nam iu=
stis in uitam ęternam festinant, impijs uero in perpetuum crucia=
tum. Porro ut est apud Athanasium Qui bona egerunt, ibunt in Athanasi.
uitam æternam, qui uero mala, in ignem ęternum. Hæc est illa
strictissima rationum dies, quando opportebit omnes mortales
ante supremum illum iudicem sisti, & queq; in sua persona appa=
rere, ad reddendam exactam rationẽ totius uitæ, factorumq; suo
rum: iuxta illud Apostoli Omnes enĩ nos manifestari aportet an= 2.Cor.5.
te tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis prout
gessit, siue bonum, siue malum. Cæterum de hoc metuendissimo
iudicio, de seuerissima iustitia, quæ eo die exhihebitur, quem in=
nuit dominus ipse, quando ait Reddam hostibus meis, & his qui Deut.32.
oderunt me retribuam: fusius in psalmo sexto & tricesimosexto
diximus. Solus deus hominem ut cõmeruit, punire potest, & ęter=
næ poenę damnare. Clamet ergo cum propheta unusquisq; pecca=
tor, clamet poenitens ad dominum Tibi soli peccaui, qui tuã solui
prohibitio=

Deū nihil latere. prohibitionem, tuam legem, uoluntatem tuam transgressus sum. Sane tibi soli peccaui, quia tu solus me quod mereor supplicio potes afficere, potes inferis me damnare: qui solus quoq; peccata remittis, & ab eis liberas. Et malum coram te feci, te uidente, teq; pręsente feci. Tu cognoscis oīa manifesta cū alijs, solus occulta. Manifeste dn̄s ista probat, qui Dauidi suum adulterium in hunc modum exprobrat Tu fecisti abscondite, sed ego faciam uerbū istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis huius. Latuit homines illud adulterium: latuit quod sequebatur, homicidium: latere deum nullo pacto potuerunt: nulla sunt ei non manifestissima, sunt omnia tanq̄ prædicata super tecta. Quare o peccator insulsissime, qui cubiculum ingrederis, aut aliunde latibula quęris, ut ibi peccata licentiose cōmittas, & libidinem expleas, teq; (dum peccas) nemo uideat. An hoc modo celari poteris? Vbiubi fueris, abscondi profecto non poteris: sicq; sapias cum propheta, dices: Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me. Quonam igitur ibo? cum toti mūdo sit deus infusus? cum ipse det omnibus uitam, inspirationē & omnia? Spiritus enim domini repleuit orbem terrarum, quando in ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Ipso terra plena est, plena maiestate eius. Deus enim ubiq; est: potentia eius, maiestas ubiq; præsens. In cœlo, in terra, in inferno, potest, facit, & regit oīa. Nam ait Lucanus Deus est quodcūq; uides quocunq; moueris. Sed dicit peccator ueritatis ignarus Forsitan tenebre conculcabunt me: saltem cogitatiōes meæ tuam domine notitiam fugient. Dic, dic inepte peccator, dic cum propheta quia uerum est. Tenebre non obscurabūtur a te. Nulli nec cogitatus deum fallere possunt Ipse uidet abscōdita cordis: id qđ abūde propheta declarans ait Intellexisti cogitatiōes meas de lōge, ut alias latius declarauimus. Quocirca peccatores ita sedulo cōmonētur Auferte mala cogitationum uestrarū ab oculis meis. Nam ut ait Sapiens Cogitationes

Marginalia: 2. reg. 12. — Psal. 138. — Sapiē. 1. — Act. 17. — Lucanus — Psalm. 138 — Psal. 43. — Psalm. 138 — Esaias. 1.

, gitationes peruersæ separant a deo. Quæ res adegerunt huc pro= Sapiẽ.1.
, phetã ut clare dicat Malũ coram te feci. Et sequit. Vt iustificeris in
, sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris. Peto ut iustificeris in sermo
nibus tuis, ut in ꝓmissionibus tuis uerax sis: pœnitẽtibus enim ue
, niam promisisti dicens Pœnitẽtiam agite, & appropinquabit re= Matt.3.
gnum dei. Ecce me peccati pœnitet, ecce doleo, lamentor, & con= Bona penitentie.
, tristor: & tu per apostolum ais Quæ secundum deũ est tristitia, 2.Cor.1.
, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Contristor igitur & clamo miserere: quia nihil præter unam misericordiam iuuare potest indignum peccatorem: sola misericordia iuuare solet, & parata ubiq; est: citra quam actum esset de nobis, citra quam actum
, esset de mundo. Nam si iniquitates obseruaueris domine, domine Psal.129.
, quis sustinebit? Igitur peto ut iustificeris in sermonibus tuis: illo inquam sermone, quo docemur nunq̃ non esse pœnitendi locum,
, sed quacunq; hora peccator ingemuerit, saluus erit. Atq; ego ge= Ezech.18. &.33.
mo, ploro, & peccata mea nunc lugeo, peccata confiteor, & iniquitatem deleri cupio: tu uero ut iustificeris in sermonibus tuis instanter exposco, quibus quandocunq; pœnitentiã agenti, ueniam es pollicitus. Huius immensæ misericordię memor, me continere non possum, quin exclamem. O miserandam sortẽ pœnitere nolentium. Nihilominus multi scelerosi blaterones & homunciones Quã detestãda desparatio.
deplorati, pelagi, & immensę diuinę miæ prorsus obliti: impijssime coniectant & cõmurmurant, ꝙ plura maioraue peccata cõmiserint, q̃ ut deus illa remittere uelit. Eccam uersipellis diaboli cathenam, qua peccatores alligat, en muscipulam qua captat, en laqueos & mille meandros, quibus in peccata multos illicit. Hæc eius astutia est, istæ insidiæ, ut anteq̃ homines peccarint, suggerat eis dei misericordiam, cuius opinione & fraudulenta spe pelliciat ad peccãdum. Vbi peccauerint & in peccatis diu steterint, stilum uertit, ac misericordię crudelitatem & iustitiam supponit, qua desperantes ad impœnitentiam intrudat. Id Caynũ fefellit, quem Gene.4.
, diabolicus suasus huc pertraxit, ut diceret Maior est iniquitas mea
, q̃ ut ueniam merear. Fefellit Iudam, qui abiectis argenteis in templum de=

Ephe. 4. plum desperans, se laqueo suspendit. De talibus Apostolus ait
Desperantes semetipsos tradiderunt omni immundiciæ, ut nihil
Prouer. 18 quod immundum sit, prętermiserint: uti Glossator adiungit. Qua
les cum in profundum malorũ uenerint, contemnunt. Verũ enim-
uero nemo dicat, nemo sic existimet. Ego damnandus sum, pecca
tis quæ commisi, non ignoscet deus: & ob id (derelicta spe futurę
uitæ) cur non ad hanc uitam, ac huius uitæ delicias & præsentem
uoluptatem, me conuerto? cur non addo peccata peccatis? cur nõ
fruor hoc seculo? quare corporis & fortunæ cõmoda perdo? cur
Sapi. 2. uoluptate, lasciuia, uel iocis abstineo? Venite fruamur bonis quæ
sunt. Vino precioso & unguentis optimis nos impleamus, non
prætereat nos flos temporis. Nemo sit exors luxuriæ nostræ, sit
fortitudo nostra lex iniustitiæ, relinquamus signa lętitiæ, quoniã
hæc est pars nostra, & hæc sors nostra. O peccator, noli sic dicere,
noli talia cogitare, noli desperare peccator iniustissime: sed mise-
ricordiam de qua superiore die locutus sum, memoria tene, sæpi-
us hanc tecũ ipse reputa, quod sit tam sublimis & excelsa, tam humilis
& ima, tam sparsa, tam lata, tam longa, tam profunda, tam magna
tam ingens, immo decumana ac plusquam maxima, excellit, infinitis
partibus excellit hominũ peccata. Hæc quotcunque sunt quantũuis
numerosa, tamen infinita non sunt: est infinita dei misericordia.
Et finiti ad infinitum nulla (quod scitis) est proportio. Nunc al-
terum alteri confer si queas, an est hæc iusta, an est ulla compara
Inter diuinã miam et peccatũ nulla proportio. tio? Quæ collatio cerasi lapilli ad ingentem molarem? Molaris ad
sublimem turrim? Quid comparationis inter minimam harenu-
lam & arduum aut uastũ montem? Impone si lubet in altera tru-
tinæ lance minutissimum sabuli puluisculũ, in altera uero ipsam
mõtis molem, & subito ipse mons pondere suo puluisculi corpus
in altum rapiet: eodem modo peccatum misericordię diuinæ si cõ
feras, multo citius totam peccati uim atque grauitatem penitus de-
lebit. Quod & respexisse sanctissimũ Iob credibile est, quum ait
Quasi harena maris hæc, sed hæc grauior & amplior. Sed quis
sufficiet narrare misericordiam dei? Ne desperes ergo peccator,
quan-

quantumuis impure, quia Maior est dei misericordia q̃ quęuis nostra miseria. Vnde dominus per Ezechielem clamat. Quacũq; hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum quas operatus est non recordabor. Non dicit, si peccator offenderit semel, bis, aut ter: sed quotiescũq; ingemuerit, ei remittetur offensa. Si millies peccaris, millies ingemiscenti tibi peccata remittet dominus. Si centum milia peccatorum aggregaris, si peccata perpetraris innumera, pœnitens tamen, apud deum gratiam inibis. Si totam hactenus uitam uicijs & sceleribns oneraueris, quacunq; hora postmodum ingemueris, deus remittet tibi. Sic remittẽdi quoq; fratri tuo quod peccauit in te, necessitatem iniunxit: ut ex ore Petri docuit. Ait illi Petrus Domine quoties peccabit in me frater, & remittam ei? septies? Respondit Iesus Non dico septies, sed septuagesies septies. Petrus hanc quęstionẽ a Christo percontatus est, ut præscriptum aliquod certũ de condonandis proximo erratis, intelligeret: arbitratus magnum quiddam esse, delinquẽti fratri uel septies ignoscere. At Christus statam quandam legẽ remittendi sanciuit, dicens Non dico septies, sed septuagesies septies, id est, quotiescunq; quispiam in te peccauerit, toties remittendum ei. Quod si septies tibi offendiculo fuerit, septies ĩdulgebis: si uigesies septies, uigesies quoq; septies ignosce: si centies quadragesies, toties etiam uenia concedenda: si septingenties, & septingenties condona, si septies millesies, & toties quoq; relaxa. Adeo ut per hũc locũ nihil aliud intellexisse Christum apparet, q̃ ut quotiescunq; peccauerint in nos homines, toties ignoscendos oportere, etiam si infinities id fieri potuit. Nam quotiescunq; & quacunq; hora petieris a patre cœlesti, donabit tibi. Commendat autem charitatem suam in nobis deus (ut inquit Apostolus) quoniam cum peccatores simus & inimici, salui tamen erimus ab ira per ipsum, si deo reconciliari, fratrumq; misereri studeamus. Sic Dauiticum crimẽ obleuit, sic Achab recepit, sic publicanum exaudijt, sic in adulterio depręhensam excusauit, sic meretricẽ insignem non repulit, latronem in paradisum p̃misit: sic Petrum transfugam ad se reuocauit, Centurioni uo-

Bernard.
Ezech. 18.
Matth. 18
Quoties ignoscendum proximo.
Matt. 18.
Rom. 5.

Z.

turioni uotum impleuit, & Longiuo salutem addidit. Quid hæc multifaria exempla uolunt? quid reliqua scriptura? quid præcepta legis? Sunt profecto hęc omnia ceu clamores quidam in auribus peccatorum perstrepentes, & fortiter insonantes, ut audiētes cogantur ad dei misericordiam accurrere. Iam agnosce christiane tam bonum, tam mitem, & tam blandum principem, qui quotiescunq; deserto peccato reuerteris ad eum paratus est ad cōdonandum. Deprecare ergo cum propheta Vt iustificeris in sermonibus tuis. Et sequit. Et uincas cum iudicaris. Iudicatur deus ab insanis & immedicabilibus istis capitibus ad desperationem usq; prouolutis, crudelis & immisericors. Sed uincas dicit Propheta pœnitēs, uincas eos, ut misericordiam quam soles resipiscentibus impartiri, passim ostendens, falsam illorum opinionē & ab omnibus refellēdam esse probes. Ostende mihi misericordiā quam spero, quā opto, quam ex præcordijs imploro: ꝙ immensam esse sciam, licet isti talem in te non putent, nullam esse iudicent. Verum ego peccatum meum intelligo, intellectum confiteor, & pro delicto certissimam a te miam expecto, agnoscens q̃ uerū sit quod sequitur:

Quidam a deo misericorditer castigati deum immisericordē iudicant.

Versus sexus.

ECCE ENIM IN INIQVITATIBVS CONCEPTUS sum, & in peccatis concepit me mater mea. Propheta qui prius in genere peccata dinumerauit, nūc speciatim exprimit, originalis se peccati primum reum peragens, ecce in iniquitatibus conceptus sum. Locus iste primam & totius humani generis ruinam aperit, aperit uiam qua facti sunt omnes obnoxij peccato, ut iam quod Iob affirmat Nec infans unius diei mūdus sit a peccato, nisi ꝑ grām in baptismo purgatus emergat. Sin puri sint infantes & innocui, cur parentū imprimis ea sedulitas est, ut si lāguor aut infirmitas obuenerit, ad ecclesiæ beneficium illico confugiant? Si loqui possit infantulus, in hanc haud dubie uocē erumperet. In iniquitatibus conceptus sum, & in pc̄tis cōcepit me mater mea. Sed uide, quomodo uerus iste pœnitens culpam exaggerat suam, qui non solum actualem, de qua præmisit Tibi soli peccaui: sed & hic originalem se contraxisse demonstrat Ecce (inquiens) in iniquitatibus

Asserit hic propheta totū genus humanū originali peccato obnoxiū esse.

Iob. 15.

tatibus cōceptus sum: in ortu, in conceptu meo peccatum incurri, peccatum contraxi, madiante quo iustitiam illā originalem deperdidi. Nam peccatum originale est carētia iustitię originalis debitę, quæ cum in solo protoplasto fuerit, per eum posteritati desijt. Etenim deus creauit hominem rectum, quando partes inferiores ut superioribus obedirent instituit, & corpus animæ, carnem spiritui subiecit: nec ullum morbum intus, nullā affectionem, passionem, aut perturbationem sic inualescere permisit, ut animę principatum infringeret, corpori seruitium, animo imperium ascripsit: & uires infernas, quales sunt irrascibilis ac concupiscibilis, ut rationabili tanq̃ superiori parerent effecit. Effecit ut postq̃ inter bonū ac malum ratio discreuerat, irascibilis malum respueret, & bonum concupiscibilis expeteret. Hic ordo rectus atq; cōcinnus erat. Hic ordo iustitia est originalis. Iustum est enim, ut inferiora superioribus obediant. Huic aduersatur originale peccatū, quod nihil est aliud, q̃ carentia istius originalis iustitiæ, sicut ante diximus. Si quis nunc querat, cur hęc originalis iustitia uocitetur? is ideo sic dictam intelliget, q; in posteros ab origine transferenda foret, si Adam ipse iustitiam illam non amisisset. Nam posteaq̃ ipse dei præceptum temere uiolarat, & ab eo se per cōtemptum auerterat: rationis ordo poscebat, ut qui suo superiori subiectus esse noluit, nec inferiora sua sibi subiecta reperiret. Obediēti obediebant oīa: inobediēti, omnia inobediunt. Sic caro statim pugnare cœpit aduersus animum: & cōtrarię passiones, rebelliones, & perturbationes corporis in spiritum insurgebant. Hinc colligimus, qualiter ab initio mens humana deo, sensitiua pars rationi, & spiritui corpus opponi ac contraniti inceperit. Et hinc nascitur ista quam nimioq̃ sentimus pronitas in malum, hinc difficultas ad bonū, hinc infirmitas, commotio ad peccatum, & peccati perpetratio. Peccati fomes, ista procliuitas appellatur: quam deflebat David cū diceret Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Se conceptum in peccato fatetur: neq; solum se, sed cunctos etiam homines, quos nō ideo dicit in peccato concipi,

Scotus distin. 32.

Tres potentie aie, rationalis, concupiscibilis, irascibilis

Originale peccatū quid

Nota.

Augustinus.

Fomes pcti.

Hebre. 13. ꝙ peccatum ſit, coniugibus ullo modo commiſceri: honorabile nanq; coniugium & thorus immaculatus, opus nuptiale ſanctum opus caſtum & promeritorium eſt, neq; culpam ullam habet, cũ deus ipſe copulam hanc maritalem & connubiale uinculum inſtituerit: Gene. 2. qui maſculum & fœminam fecit ab initio dicens Erũt duo in carne una. Qui citra quodcũq; peccatum filios indubie procrearent ſi conſtantes in obediẽtia perſtetiſſent. Vbi uir muliebri ſuaſu peccando corruit, peccati pœnam in filios deriuauit. Hæc eſt carnalis iſta delectatio, quę radicitus infixa, nullum non inquinat e radice propagatum, mundoue progenitum. Sic quæ pœna peccato primi parentis erat, commune in poſteris peccatum innaſcitur. Id quod propheta probat cum dicit In peccatis concepit me mater mea. Concepit in hiſipſis concupiſcentijs, quibus ad unum inficimur omnes, quibus ſic natura noſtra uulneratur, ut multo ſit ad id quod malum eſt, q̃ quod bonum inclinatior, & propenſior ad uitia q̃ uirtutes. Per hanc concupiſcentiam illiciuntur, ne dicam trahuntur homines in peccatum. Quædam etenim illinc rebellio conſurgit inter carnem atq; ſpiritũ, lis & diſcordia inter corpus ac animam. Talis talis ac tanta rebellio naſcitur in ipſo corpore, ut totus homo quaſi rapiatur a deo ad diabolum, a ſpiritu in carnem, a condelectatione ſpirituali in affectionẽ carnalem, a cœlo in mundum, a ſtatu ſuaui immo cœleſti, in conditionem miſerabilem: in execrabilem & perdolendam concupiſcentiam. Ab hac nimirum concupiſcentia, totius in hoc mundo miſeriæ prouenit occaſio. Eſt ipſa plerunq; tam acris, tam uehemens atq; importuna, ut ipſum hominẽ prope carnalem atq; bęluinum efficiat: dei facit obliuiſci, facit aĩæ ſuæ ſalutis immemorem. 1. Cor. 2. Animalis enim homo (ut inquit Apoſtolus) non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Vnde cõcidit in uitam pecuinę ſimilem, in carnalitatẽ labitur, ruit ad ſenſualitatem, in obſcœnã, deteſtabilem, immo diabolicam uiuendi rationem, in omne genus peccati corruit. Et hæc omnis reuera naturæ corruptela inde ortum habet, de quo propheta quęritur in hoc uerſiculo In peccatis (inquiens) cõcepit me mater mea: ſic pro=

Querimonia prophete de pctõ primorũ parentum.

sic profecto q; ex hac carnis concupiscentia seu propensione, ad id quod malum est, quæ per peccatum protoparentis continua generationis serie traducitur e parentibus in filios: manet & prouenit omne peccatum, quicquid est mali uel in dictis, cogitatis, aut factis. Talis inter spiritum & carnem pugna fit, ut homo sæpius ad concupiscentiam contra spiritum, per carnē peccato corruptam trahatur. An hæc concupiscentia sic totum genus humanum inuasit? Nemon inde tutus euasit? Nemo plane: nec si papa foret aut cardinalis, non imperator aut imperatrix, non rex aut regina, non dominus aut domina, non episcopus aut sacerdos, non diues aut pauper, non sublimatus aut in imo relictus, non senex, nō iuuenis. Nemo, nemo cuiuscuius ordinis, gradus, ætatis, sexus, aut conditionis extiterit. Hic de Christo tacendum & christipara: quorum ipse per se semper intactus, per ipsum ista præseruara. An honor aut potestatis aliquem excludit, & ab hac labe præseruat? certe multo magis ad eam pellicit. Nam qui magna possunt, indigna sæpe præsumunt, carni suæ, carni sic indulgent: ut obliuio spūs occedat. Quo magis hoc fragile corpus curatur, quo tenerius accipitur, quo lautius & suauius enutritur, quo magis otio delicijs, otio uoluptate cæterisq; carnis affectibus & prauis assuefactionibus usq; pascitur: tanto fit ipsa caro rebellior, tāto pugna corporis aduersus spiritum acrior atq; irritatior, tanto cōcupiscentia maior ac grauior. Hinc uidere est, ut magnates orbis & potētes, mundo se magis applicent. carni se dedant, ad carnalem uitā q̄ spiritualem se magis extendant, obliti dei pariter atq; sui. Id uero prophetam nostrum, & eundem pœnitētem regem, impulit ad agnoscendum suam fragilitatem, ad imbecillitatem & impotentiā
, profitendam, succlamantem in hunc modum In peccatis conce-
, pit me mater mea. Nec conceptionem solum suam & partum accusauit, sed & corruptam assuetudine uitam. Ad quod enim illa pronitas instimulat, mala cōsuetudo perficit. Accusat itaq; omnē abhominationem peccati undecunq; proueniet, accusat multiformem hanc miseriam, ad quam per originale peccatum deuolutus

erat, adeo nimirum ut per eam ſteterit, ne tentationem oppugnare ualeat, ut inhabilis omnino fieret ac inferior in ea pugna, quam anima cum diabolo, cum mundo corporeq; ſuſceperit. Vnde clamat cum Apoſtolo, clamandoq; fatetur Carnalis ego ſum, uenũ datus ſub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non quod uolo bonum illud ago, ſed quod odi malum hoc facio. Carnalis (inquit) ego ſum, ego me carnis irritamento ſubieci: rationalitatẽ quæ deberet imperare, ſenſualitati parere feci. Carnalis (inquit) ego ſum, ſum fragilis, impotens & infirmus ad reſiſtendum diabolo, mundo & carni. Carni nimis aquieſco, carni nimis adhæreo: carnem ego foueo qui ſpiritum extinguo, carni inſeruio dum ſpiritui repugno, carni indulgens ſpiritui reſiſto: carnis ego impulſum ſequens, ſpiritum prorſus abijcio. Nec carnalis ego ſolum, ſed uenundatus etiam ſub peccato. Vere ſub peccato uenditus. Sed a quo uenditus? Quis ille qui me uenundedit? Profecto parens ille primus, qui per delectabilem eſum cibi uetiti, peccati uinculo ſe ſuoſq; poſteros implicuit. Vultis id exemplo manifeſto peruidere? Qui uendit arborem, ramos ſimul & fructus ipſe diuendit. Sic qui ſe ſub peccato uendidit, nos etiam ab ipſo pullulantes una uendidit. Sic ipſi captiui facti ſumus, ſic ſerui. Sed unde captiui ſumus, & unde ſerui? Protoplaſti peccato nos irretitos oſtendi. Sed & noſmetipſi uendidimus, qui peccato ſeductoriq; conſenſimus. Vendere noſmet potuimus, at redimere plane nõ poſſumus Gratis (ait propheta) uenundati eſtis, & ſine argẽto redimemini. Poſſemus noſipſi redimere, ſi argenti ſolutio intercederet. Sed Chriſtus ipſe nos redemit, non corruptibilibus, auro & argento, ſed precioſiſſimo ſanguine ſuo. Ipſe nos ſanguine lauit a pctis. Gratis (inquam) uenundati, non coacti, ſed noſtrapte ſponte. Nec tamẽ abludit a uero, quod affirmat Apoſtolus Non quod uolo bonum hoc ago, ſed quod odi malum illud facio. Facio quod malum eſſe ſcio, facio quod nolo, quod odi illud ago. Quomodo id fit, ſi nil niſi ſponte faciam? Certe q; per rationem malum intelligo, ad id me ſenſualitas adigit. Duo nanq; ſunt in me: ratio dirigens & ſenſuum

Rom. 7. Exponitur.

Interdũ uelut cogimur ad peccatum

Eſaiæ. 52. Exponitur.

1. Pet. 1

Apo. 1.

Rom. 7.

ſenſuum appetitio peruertens. Ratio, quod eſt uere bonum con=
ſulit: appetitio ſuadet ad malum. Quod ergo nolo ratione mo=
uente, illud ago appetitu pertrahente. Sic quod nolo malum ago,
& bonum quod uolo, non facio. Sic uideo aliam legem in mem= Rom. 7.
bris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in le
ge peccati, quæ eſt in membris meis. Inſtigor ſic ad malum: &
ſi non prębeā aſſenſum, nondū uici, ſed uſq; confligo. Magnū mi=
hi certamen oritur, dum uitare ſtudeo: nec tamen ſemper euito,
quod concupiſco. Quamobrem propheta inclamat In peccatis cō
cepit me mater mea. Me cum hac delectatiōe carnali, cum hac cō=
cupiſcentia ſeu libidine concepit mater mea, pctō ſemper obno=
xia: in qua conceptus, ego particeps factus ſum delicti illius ori=
ginalis. Vnde procliuior ad malum, q̄ bonum natus ſum: ſed qđ
e natura deprauata cœperim, tāto ueniæ propinquior ſum. At hic Pctā etiā cū circūſtantiis uere confitē dum.
quiſquis es pœnitens, attendas & diligenter obſerues, quomodo
propheta noſter ſingula ſua peccata confitetur, qualiter omnes cir
cunſtantias examinat, te admonens idem faciendum, quoties cō
fiteberis ipſe. Vniuerſa tua peccata confitere, circūſtantias omnes
explica, quo uel loco, quo tempore, cum qua perſona, facile ne an
difficile, frequenter an raro, clam an manifeſte, ceſſans an perſeue=
rans: & ſi quæ ſint aliæ quæ peccatum aggrauant. Sic etenim hic
propheta fecit, & cur fecerit cauſam adiūgit. ECCE ENIM Verſus ſeptimus.
VERITATEM DILEXISTI, incerta & occulta ſapientiæ
tuæ manifeſtaſti mihi. Inter hoīes multa doloſitas, in te domine Veritas tribus in rebus potiſſimū cōſiſtit.
ſola ueritas: illi promiſſa uiolāt, tu quod promittis ubiq; pręſtas.
Par igitur eſt ut ex promiſſo pœnitenti peccata remittas. Verita=
tem dilexiſti: ueritatem iuſtitiæ, quæ cuncta iuſte diſcernit ac di=
ſtribuit: ueritatem doctrinę, quę cuncta uere uidet ac conſyderat:
& ueritatem uitæ, qua recte ac honeſte ſe quiſq; gerit. Verita=
tem iuſtitiæ diligit deus, qui nullum delictum deſerit impuni=
tum. Quia ſi non ſe puniat homo, qui commeruit per pœniten=
tiam: multo grauius deus puniet per uindictam. Nulla nulla, nul
la inquam, neq; magna neq; parua iniquitas eſt, contra quam nō

æquissime diuina sentẽtia feretur. Quod non punitur ab homine pœnitente, punietur a deo iudicante. Non parcit delicto deus, nec sine uindicta peccatum relaxat, sed ita ueritatem omnino diligit, necubi iustum iudicium prætermittat. Si mihi non credas, audi

Psalm. 74 prophetam iditerum ac tertio comprobantem Ego (inquit) iusti-
Psal. 10. tias iudicabo. Iustus dominus & iustitias dilexit. Deus iudex iu-
Psalm. 7. stus, fortis & patiens. Hic ergo seipsum peccator puniat, ut non alibi puniatur a deo. Peccatum hic in mundo committitur, uindicta tamen de terra clamat, ascendens in aures domini Sabaoth, & e cœlo eam efflagitat: deum cœli ac terræ iudicem, ad flagellandos homines prouocat. Sunt inter multa uel hæc præcipua, quæ dei ultionem in se lacessiuit, legis trangressio, uerbi diuini despectio, uitæq; carnalis abhominatio. Transgressori præceptorum

Deut. 28. sic interminatur omnipotens Si non custodias mandata mea, uenient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictũ horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus uẽtris tui & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum & greges ouium tuarũ. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Mittet dominus super te famem & esuriem, & increpationem in oĩa opa tua quæ tu facies, donec conterat te, & perdat uelociter propter adinuentiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Et quæ ibidem sequunt̃ Multa in parẽ sententiã. Eadem Israelitis mandata pręuaricantibus obuenerunt. Factus est Israel in primis seruus in Egypto, quadringẽtis annis Pharaoni subiectus. Octodecim aliis Eglon regi Moab inseruijt. Inde Nabuchodonosor eos in Babilonia septuaginta septem annis tenuit. Vnde diuina tantum pietas eos pręteritæ iam uitæ peccata pertęsos, per Esdre ac Zorobabelis obsequium eduxit. Nunc uideamus quod maxime conamur, an diuina præcepta seruentur a nobis? Præcepit cultori suo deus,

Ibidem. Deus tuus unus est: hoc præceptorum primum instituit Non habebis deos alienos. Surrepit illic humanæ salutis aduersarius diabolus, & e diuerso suadet Sint tibi dij, sint tibi idola. Si nolis aperte, bona

Consiliũ diaboli cõtra diuina pcepta.

te, bona saltem tpalia, illorum instar excole. His ante deum subseruito. Vę uitæ hominum. Nos miseros: quanta idololatria terrā occupat? Quanta mortalium cęcitas? non solū illam factitiorū deorum, idolorum, simulachrorum stolidissimam adorationem, cōprecationem, aut sanctificationem intelligo: sed hanc etiam iniquissimam humanæ uitæ corruptelam, qua a deo ab amore dei, ad amorem mundi conuertuntur, ad amorem eorum quæ in mūdo possidentur: qua, uerus amor, qui soli deo creatori debetur, creaturæ multis & eisdem nequissimis modis impenditur: usqueadeo ut corpus maiori studio prosequantur, q̃ animam ipsam, mundū q̃ cœlum, diuitias ac mammonā plus q̃ deum ipsum. Quod qui faciunt, non minus impie faciunt, q̃ de quibus Apostolus inquit Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, uolucrum, quadrupedum, & serpentiū. Animi tui pręcipuum amorem oportet exhibeas deo, si ulli creaturarum exhibueris, idololatra es, & falsum ac inanem deum adoras. Siquidem illud pro deo accipitur, quod præ cęteris ante diligitur, ut ait Augustinus. At caue sic amorem inuertas, ut quē uni debes deo, multis in mundo rebus communicare pręsumas: his addictus, his deditus, & his totus inhians. Iubet deus Non assumes nomen dei tui in uanū, quod tribus modis fieri assolet. Aut quando pro re friuola & nihili, ad iuramenta prorumpis, quando quod scis falsum, uerum asseris iurans: aut si quid iniquū & impium iureiurando firmes, ad quæ diabolus instigat: instigat ut sis periurus, ut sis blasphemus, ut dei nomen & sanctorū maledictis incessas, & in cantiunculis leuibus atq; inhonestis dei nomen inuoluas. Contra quos intonat terribilis illa dei comminatio Non usurpabis nomen dei tui frustra, quia non erit impunitus, qui super uana nomē eius assumpserit & Leuitici.24. Qui blasphemauerit nomē dn̄i, morte moriatur. Deus imperat Memento ut diē sabbati sanctifices. Hanc memoriam dęmon auferre studet, suggerens ut dies dominicos & alioqui festos, negligenter aduertas, ut nulla recordatio salutis animæ tuæ subsit, ut ecclesiastica passim officia

Neuaria mūdi idololatria.

Rom.1.

Exod.20.
Quot modis inaniter sumitur nomē dei

Deut.5.

Leuit.24
Deut.5.
Exo.20.

officia negligas, aut inofficiosus exigas, ut illum diem in uolu=
ptatibus, ac inhonestis coporis illecebris insumas, non aduertens
Exo.31. quod in Exodo scribitur Custodite sabbatū meum, sanctum enim
est uobis, qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus
Exod.20. peribit anima illius de medio populi sui. Mandat deus Honora
patrem tuum & matrem tuam. His qui te procrearunt & impotē=
tem educarunt, quae necessaria sunt ubiq; reuerenter exhibe. Con
tra daemon inducit, ut ingratus, infestus, & immitis esse nō suffor=
mides: ut eos impie uituperes, nihil ueritus fulmen illud diuini
Deut.27. oris Deuteronomij .27. Maledictus qui non honorat patrem suū
Exo.20. & matrē suam, & dicet omnis populus amen. Mandat deus Nō
occides. Suadet diabolus, ut nullam iniuriam inferre timeas, illud
Leuit. 24 naucifaciens quod in Leuitico scriptū est Qui percusserit & occide
Matth.26 rit hoīem, morte moriat. Quēadmodū & illud Qui gladio pcutit,
Exo.20. gladio peribit. Deus infit Non moechaberis, non furtū facies, nō
dices falsum testimonium, non concupisces rē proximi, non uxo=
rem, non seruum aut famulam. Diabolus insusurrat, adulterium
aut fornicationem ne metuas: suffurari, rapere, prędari, diripere
non erubescas, concupiscentiam omnem expleas. Cum tamē dn̄s
Matt.19. contra inclamet Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Audistis
cultores dei, audistis diuina pręcepta, suggestiones quoq; diabo=
licas inaudistis. Sed o nos improbos, nos infoelices, o q̄ modo lon
ge plures ad diabolum suggerentem, q̄ deum pręcipientem ad=
uertant. Veh q̄ plures sint diaboli quàm Christi imitatores, ultro
Sapi .5. nei & certi. O q̄ lassati sumus (ut sapientia docet) in uia iniquita=
tis. In peccatis & iniquis desyderijs plęriq; consenescunt, optimas
horas pessime collocant: immo dies, menses, annos, omne tem=
pus in peccatis absumunt. Nullam animi curam plusculam cor=
poris habent, occasionē uoluptati quęrunt, ad uicia corpus inflam=
mant, & ad omne malum illectant, ad ferenda quęuis uoluptatū
genera robustum appetunt, & tale reddere satagunt: corpus nul=
lo non abusu conspurcant, corpus ocio, delicijs incalescit, despu=
mans in libidinem, excessu luxuriat, luxuq; ferocit, animū perdo=
mat, ac

domat ac illius dominatur. Iniuriam animi uix ullus attẽdit: esu-
riem animi, famem uerbi dei, nemo respicit: cœlestem alimoniam
quasi nemo porrigit, porrectã quisq; spernit, aut infructuose susci
pit. Diuinam insuper ultionem excitat indignissima uerbi dei de-
spectio. Vbi iam sunt, ubi qui sacras cõciones, qui salutiferas ex-
hortationes, qui uerba dei libenter audiunt? Nunc uenit ille dies
de quo scribit Apostolus Erit tempus cum sanam doctrinam nõ
sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pru-
rientes auribus, & a ueritate auditum auertent, & ad fabulas con-
uertentur. Propheta quoq; dolens in idem detonat Non est ueri
tas, non est misericordia, non est scientia dei in terra, sed maledi-
ctum, sed homicidiũ, furtum, adulterium inundauerunt, & san-
guis sanguinem tetigit. Sanguis e sanguine, peccatum e peccato
succreuit. Abhominatio una alteram peperit, & damnatio dãna-
tionem introduxit. Si superbo prędicetur humilitas, exosam ha-
bet: & Abhominatio est superbo humilitas. Si luxurioso casti-
tas, audiet luxuriosus, & displicebit ei. Si liberalitas auaris Exe-
C cratio diuitum pauper: quod facere non uult, nec libenter audiet.
C Propter hoc ita dominus per Hieremiam prophetam intermina-
tur, dicens Mittam in eos gladium, famem, & pestem, quia non
audierunt uerba mea. Quinimmo beati, qui audiũt uerbum dei,
& custodiunt illud. Beatos appellat auditores & promptos custo
des uerbi sui. Beati sunt enim mundi corde, & uerbum istud mun-
difacit homines, uti Christus apostolis affirmat Iam uos mundi
estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Dat intellectũ
& illuminat. Vt ibi propheta prædicat Lucerna pedibus meis uer
bum tuum, & lumen semitis meis. Deniq; sanat, & morbosas ani-
mas ubiq; curat, sicut illa sententia probat. Misit dominus uerbũ
suum, & sanauit me. Quod homines abhominandis peccatis in-
fecti, & uiuendo satanæ similes, ad piam antehac cõcionem acces-
serunt, qui sani, casti, integri, & (ut semel dicam) angelici redierũt?
Hoc est uerbum singularis efficaciæ, hoc uerbum a peccatis auo-
cat, hoc mundat & purificat, hoc illustrat, hoc sanat: hoc uerbum
fidem effi-

Verbum dei iã pro nihilo habetur.

2. Tim. 4.

Oseæ. 4.

Eccle. 15

Eccle. 21.

Eccle. 13.

Hiere. 19.

Luc. 11.

Verbi dei efficacia.

Psalm. 118.

Psal. 106.

fidem efficit, & christianam uitam persuadet. Hoc uerbum uniuersum orbem ad fidem pellexit, mũdum cœlo copulat, & totum dei subdit orbem legibus. Hoc in bello fidei fortes efficit. Tolle uerbum istud, & quid hominem esse iudicabis? Num uermem, aut uerme uiliorẽ? Erit plane sine hoc uerbo uitæ, minus nihilo: cum sit satius non esse q̃ male esse, potius non uiuere, q̃ miserum & sine spe salutis ęternæ uiuere. Beati sunt itaq; qui audiunt & custodiunt uerbũ illud. Tantũ audire uerbũ nõ beatificat, sed custodire simul & ꝑimplere. Cui respondet illud Apostoli Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Illa promptitudo bonæ uoluntatis, qua pręsto sumus ad implendum quæ nobis uerbo dei pręcipiũtur, gratos deo facit. Huic sententia Bedæ consonat Hi uerbum dei custodiunt, qui quod aure audiunt mente recondunt, & opere adimplent. Nonnulli tamen uerbum istud audientes, nec implent nec custodiunt, sed derident despicantur ac contemptui habent: detorquent ac in repugnantẽ sensum inuertunt. De quibus in euangelista Iohanne legimus: quum Iesus sub mysterio sui corporis edendi & bibẽdi sanguinis, admonuitq; discipulos ad communicandum dicens Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in ęternum: & panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi uita. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sangninem, non habebitis uitam in uobis. Quod cum audissent Iudęi litigantes, dixerunt. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandũ. Et ex discipulis etiam non pauci, non assequentes quid Christus intellexerit, dixerunt. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire. Et multi eorũ abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant, Interrogatis autẽ duodecim apostolis, an & ipsi uellent abire. Respondit Simon Petrus. Dñe ad quem ibimus, uerba uitæ ęternæ habes. Erat ille sermo seu uerbũ apostolis uita & spiritus: pharisęis autẽ, iudęis, & quibusdam infirmis discipulis, mors & condemnatio: non ꝙ illud uerbum quid in sese malignum habeat, quo seu ueneno bonas mẽtes inficiens, perimat: sed

Iaco. 2.

Beda

Verbum dei alijs dulce, alijs amarum

Ioh. 6.

Ibidem.

mat: sed q auditorum malicia non (ut oportet) accipientiũ, uer=
bi ueritatem excludat. Hodie quoq; uerba quæ loquitur Iesus, spi
ritus sunt & uita quibusdam, qui sequũtur illum, & præceptis obe=
diunt: alijs quos presens uita corrupit, dura uidentur & uirulẽta.
Ad quod apostolica illa sententia spectat Alijs sumus odor uitæ 2.corn.2.
in uitam, alijs odor mortis in mortem. Quibus ea uerbi suauitas
haud placet, miserum solatium aliunde querunt: querunt in hoc
mundo ubi nulla satietas, ubi non est uera fœlicitas, ubi caro non
spiritus, mendacium non ueritas uiget: quibus deus uelut in pla=
teis coram inclamat Lata & spaciosa est uia, quæ ducit ad perditi= Matth.7.
onem: at uos intrate per angustam portam & arctam uiam, quæ
ducit ad uitam. Sic premonet, ut spaciosissimã gentilium uiam
inambulantes, reuocet in angustam christianorum: ut oberran=
tes in lata uia peccatorum, reducat in arctam pie uiuentium. Et id
continue clamat, & ut propheta canit Semel locutus est deus. Se= Psal.61.
mel utiq; q semper idẽ insonat. Nam una & eadem non interpel= Exponitur.
lata, sed continua, sed perpetua locutio est: qua peccatores a pec=
catis reuocat, qua monet & inspirat, ut conuertantur ad cor: & qua
mersos in erroribus nec reuocari uolentes arguit. Attamen multi Multi pctã
letantes cum male fecerint, potentes in iniquitate, gloriantes in sua palliare
malicia, secundum carnem & non secundum spiritum ambulãtes: student.
audientes uocem dei, non ipsam approbantes, sed recusantes, sed
detestãtes & condẽnantes: fugiunt & abscondũt se in morẽ Adæ
preuaricatoris, qui consuit folia ficus & fecit perizomata. Sic isti
querentes operimenta & loca abscondita, quando putant se deum
celare posse, intexunt folia: talia querunt operimenta, quæ nihil
certe iuncture, nihil uere uirtutis, nihil soliditatis aut calefactiõis
habent, sed fluida sunt, sed fluxa sunt atq; impermixta. Adam
abscondens se a facie domini dei in medio ligni paradisi, deum nõ
latuit, & peccatores in hoc mundo latere se putant? Non poterũt
(bone deus) non poterunt, sed miseri, sed nudi deprehenduntur,
quando ueniet dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ 1.Cor.4.
& manifestabit consilia cordium. Tũc nihil opertum, quod nõ re= Luc.12.
ueletur:

ueletur: tunc nihil occultũ quod nõ sciatur. Non erit tunc quo cõ
fugiat homo peccator, quo petat latebram, ubi lateat miser. Fru=
Luc. 23. stra tunc dicent infœlices montibus Cadite super nos: & frustra
collibus, operite nos: quando nudos & apertos stare oportebit
ante tribunal Christi, ut audiant uocem iudicij, qui uocem consi=
Luc. 13. lij contempserunt. Ecce quid hic loquatur Christus amicus inti=
mus, consultor optimus, & monitor clemens ac humilis Agite
pœnitentiam, quia si non egeritis pœnitentiam, omnes simul pe=
ribitis. Audire tamen multi dissimulant, & multi aures suas ob=
Ioh. 6. struunt dicentes Durus est hic sermo. Qui tamen ijdem dissimu
lare non poterunt, fugere nequibunt, quando sonabit durum il=
lud uerbum, & auditio seuera summi iudicis & extremi Ite maledi

Satius est tē pestiue recte admonentē audire q̄ sero subire supplicia.

cti in ignem ęternũ. Vtilius utilius, salubrius ac multo satius est
hodie consulentẽ, monentẽ, docentẽ, arguentẽ, increpantem, corri=
gentem audire, q̄ in illa die magna & amara ualde, q̄ in illa die
iræ, calamitatis & miseriæ, lugubri ac tenebrosa: audire iudicantẽ,
indignantem, ulciscentem, seuientem & condemnantẽ. Audi nũc,
audi libenter: audi uocem dei corripientem & increpantem. Quod
si q̃d amaritudinis initio ꝓpinet, at plenã in exitu dulcedinẽ ostẽ=
Abacuc. 3. det: quia cum iratus fuerit, misericordiæ recordabitur. Ni tua pra
uitas obsistat, ubiq; misereri solet. Sed & ipsa quam putas indi=
gnatio, non aliunde q̄ e misericordia prodit. Sic pater filium quẽ
intime diligit, egre nõnunq̄ excipit: ut immitis ac seuerus uultus
calcar in uirtutis studium admoueat, & proficientis cursum inten=
dat. Quapropter audi uerbum dei patris tui christiane fili? Au= D.
dire te uelle dices: sed & obserua sedulo. Sicq; uere sic audias, ut in D.
Luc. 11. tegre custodias, assertore Christo beatus eris: quia Beati qui au=
diunt uerbum dei, & custodiunt illud. Non audire tantũ, sed au=
ditum seruare, uitaq; referre, futuræ beatudini fundamentum ia=
cit. Reliquum modo tertium, quod deum ad ultionem uocat,
obhomitatio est carnalis, & uiciosæ uitæ: de qua quia alibi non=
nulla diximus, sufficiet hic dicere, q̃ deus illã oderit, & certo sup=
plicio reseruet. Nempe uicia perosus, ueritatem diligit Ecce enim
ueritatẽ

ueritatem dilexiſti propheta clamat. Triplex autem iſta ueritas inuenitur, uitæ,doctrinæ, ac iuſtitiæ. Veritas uitæ ad omnes, iuſtitiæ ueritas ad iudices, & ueritas doctrinæ ad prælatos & doctores attinet. Vitæ ueritas nuſꝗ omitti uel interrumpi debet, ad quā Apoſtolus quoqꝫ nos excitat State in ueritate. Sed quia rem iſtam & huius ſententiæ pleniorem enarrationem adduximus in ea concione,quam ſuper hoc themate(confortemini in domino)protulimus, hic pauciora dicemus: & cum propheta loquemur Ecce ueritatem dilexiſti. Diligit deus ueritatem uitæ,diligit doctrinæ ueritatem. Cum tu ueritate uitæ perdita, doctrinę quoqꝫ ueritatem contempſeris, ſaltem iuſtitiæ ueritatem aſſume. Iſta delinquentē punit, iſta contemnentem corrigit, iſta hominem in rectum tramitem conducit & conſeruat. Iamiam teipſum corrige,priuſquam peruenias ad iudicium dei. Inueniat ille iudex te iudicatū, ut retro ad iudicium non deuocet. Iudica teipſum,& ipſe te non iudicabit: puni teipſum, & ipſe non puniet: accuſa teipſum, & deus excuſabit. Spiritualis autem homo omnia iudicat, & ipſe a nullo iudicatur: ſed nec a deo præterea iudicandus, quia ſeipſum ante iudicās & accuſans,condemnarat: & deus nō punit bis in idipſum. Quare monet Apoſtolus Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immundiciæ, & iniquitati ad iniquitatem. Ita nunc exhibete eadem membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Sicut mēbra corporis ueſtri ſeruire feciſtis immūdicię,ſeruire peccatis,illecebris & carnalibus deſyderijs, ſcilicet os gulæ, renes luxuriæ, oculos impudicitiæ,reliquum corpus cęteris immundicijs. Et iniquitati ad iniquitatem. Spirituali ſane nequitiæ,prauitati cordis internæ,delectationi nimirum & conſenſui: ita nunc exhibete membra illa ueſtra ſeruire iuſte in ſanctificationem. Lumbos accingite, & parate totum corpus ad ſeruiendum iuſtitię,ut uera uoſmet iuſtitia, ueraqꝫ pœnitentia caſtigetis & puniatis eadem membra, quæ peccatum contraxerunt, contrahendoue dederūt occaſionem,iuſtum de eis ſumēdo ſupplicium,ut ita iuſtum dei iudicium euadere poſſitis. In ſanctificationem. Vt eadem iuſta pœna ueraqꝫ pœnitētia

Triplex ueritas.

Ephe. 6.

Veritatis iuſtitie effect⁹.

1.Cor. 2.

Rom. 6.
Exponitur.

Tam parati ſimus ad pœnitētiā ꝙ eramus olim proni ad peccandum.

ſanctificati ſeruemini, & ſalute fruamini eterna. Sic iſtam uitæ ueritatem, aut ubi deſit illa, hanc iuſtitiæ ueritatē a nobis deus exigit, uti propheta prędixit Ecce enim ueritatem dilexiſti. Iamq̧ pręmiſſa ueritate (quæ eadem eſt iuſtitia) qua pœnitentiam peccatoribus iniungit: ſubdit ſpem pœnitentis, & fiduciam remiſſionis, quam & ipſe propheta habuit, & habere quiſq̧ debet. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Qui non eſt ſecurus pręmij, non eſt uehemens in opere: qui de uenia dubitat, frigide precatur: & qui certus eſt quid ſeq̄tur, ſedulus eſt & ſtrenuus in executione. Multis incerta fuit remiſſio peccatorum ante Chriſti aduentum. Dauid tamen, qui Chriſtum ut peccata mundi tolleret, aduenturum intellexit, de peccatorum uenia nihil addubitat. Niniuitis multo aliter euenit. An non ueniæ fuerunt incerti, qui pœnitentiam agentes, ad prędicationem Ionę dubitando ſic rogitabant Quis ſcit ſi cōuertatur & ignoſcat deus? Sic incerti, tamē pœnitentiam agere uoluerunt, & ea pœnitentia peccatorum ueniam adepti ſunt. Certi non erant de miſericordia, ſed nec miſericordiā deſperabāt. Timētes uero uindictam, ad pœnitētiæ remediū præſentaneū confugerūt: rex ſimul ac ciues omnes, iuuenes ac ſenes, iumēta & pecora. Quis ſcit (inquiūt) quis certo cognoſcit, an deus miſereri uelit ſi nos pœniteat? Hinc aīorum apta fit dubietas ac incertitudo, pœnitere tñ inde cœpit: unde ſequebať miſericordia certiſſimum pœnitenti pręmium. Nemo ſecurus erat quiſq̧ pœnitens & unuſquiſq̧ ueniam conſecutus. In nobis chriſtianis alia conditio, mores alios poſtulat. Eadem pœnitentia nobis utilis ac neceſſaria, ſed incertitudo tollenda. Deus enim nobis theſauros occultos magnæ miſericordiæ ſuę, ſecreta fidei, myſteria & archana ſacramentorum adyta manifeſtauit. Quæ prius erant abſcondita, iam ſunt aperta per Ieſum Chriſtum filium dei unigenitum, idipſum hoc modo teſtificantem Confitebor tibi domine pater, φ abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Abſcondiſti hæc a ſapiētibus, nimirum ſcribis & phariſęis: qui cum uix corticem legis tenebant, ita tamen peritos ſeſe in omnibus

Ioel. 2.
Niniuitę adhuc heſitantes de uenia, penitentiā agentes, eam aſſecuti ſunt

Quod hūilitas acq̇rit, amittit ſupbia

Matth. 11.
Exponitur.

in omnibus iactitabant, ac si uniuersam legis intelligẽtiam simul in aluũ suũ ingurgitassent, cum mysticam illius ueritatẽ adhuc nõ habuerunt, nec quã poterant habere, dignanter acceperunt. Adeo ut quã humilitas mereri debuit, ceruicosa superbia repulit. Quare Christus adiecit Reuelasti ea paruulis. Paruulis reuelasti, reuelasti christianis, e colluuie gentilium in humillimum ac sanctissimum coetum magna ex parte cõgregatis. Itaqꝫ nobis paruulis ac humilibus christianis reuelauit pater Christum natum, Christum passum, Christum crucifixum, mortuum, sepultum, resurgentem, ad inferna descendentem, in coelos regressum, ad dexteram patris sedentem: & demissum spiritum sanctum in remissionem peccatorum. Hæc incerta, hæc occulta sapientię dei, hæc abdita Christi mysteria, prius ferme cunctis erant abscondita: sed modo reuelata, modo cognita, modo certissima. Inter hæc mysteria, Christi passionem annota. Ex hac passione, ex hoc sanguine fuso, septem emanarunt sacramenta, in singularẽ ecclesię prerogatiuam, & unicum christianorum iuuamen. Hoc sanguine uelut aspersa sunt cuncta remedia peccatorum. Baptismi sacramentum, originale peccatũ & actuale omne abluit. Confirmationis infirmum solatur, roborat, & confirmat. Sacramentum poenitentiæ peccatorẽ sanat: eucharistiæ gratia nutrit & uirtute stabilit. Matrimonij sacramentum, uitata fornicatione mundiciem, puritatem, & castitatem nuptialem introducit. Ordinis, docendi potestatẽ facit, ut erudiantur indocti, & in fide dormitantes, ad exercitiũ spirituale pertrahantur. Postremo sacramentum unctionis extremæ, pro uiatico est supremum iter ingressuris: ducit, fouet, atqꝫ ditat. Omnia ista possunt hæc sacramenta, uirture passionis ac sanguinis Christi: conspersa & tincta sunt eodẽ sanguine. Sanguis enim ille est qui mundifacit, & uim emundandi sacramentis indit, ut inibi patet Lauit nos in sanguine suo. Per hunc sanguinẽ suũ dedit omnipotens deus sacramentis ecclesię uirtutem infinitam, purgandi tollendiqꝫ peccata. Habent itaqꝫ uirtutem inuisibilem, immensam mysticam atqꝫ archanã operationem, ut quotiescunqꝫ sumat aliquis

Ibidem.

Uirtus sanguinis Jesu Christi.

Apoc. 1.

Var. 7.

Typus sanguinis Christi. quis illorum sacramentorū quoduis, in fide, spe, ac humilitate debita, ad remedium, certam ibi sanitatem, certam mundiciem indipiscitur. Sed qualiter hoc fore significatum est, ex his quae sequūtur intelligite Pręcepit deus Mosi nocte, qua egressus est Israel ex Egypto, ut agnū immolaret unusq́sq; sine macula, cuius sangnine intingeret fasciculus hysopi, quo liminare suę domus aspergeret quisquis angeli uindictam euadere uellet. Percussit autem angelus omnia primogenita Egypti, ab homine usq; ad pecus: in domus Israelitarum, quarum liminaria sanguine pręfato fuerant aspersa, plaga nulla cecidit: sed signū istud sanguinis aspersi, cunctos Hebręorū primogenitos, a tam dira morte liberauit. Signū uero seu figura, hoc fuit sanguinis a Christo fundēdi, quo frontes oīm christianorū baptismo inseruientiū imbuerētur, ut illic sub ecclesiastica forma quotquot intingendi erant, ab ęterna morte uindicarent. Assumens pręterea Moses uolumen fœderis, legit audiente populo: sumptum uero sanguinem, respersit in populum dicens Hic est sanguis fœderis qd' pepegit dominus uobiscū. Quo portendebatur nouum testamentum, per quod iunguntur homines deo fœdere perpetuo, precioso Christi sanguine firmandum: & per eius effusionem mortales homines ab aduersarij tyrannide liberandos. Pręcepit itaq; deus, ut lepra mūdandus aspergeretur hysopo intincto septies sanguine passeris immolati: nō q peccatum (cuius typum lepra gerit) ita posset elui: sed ut ille sanguis Christi hysopo sic aspersus, designaret sanguinē a Christo pro nobis humillime profundendum, quo purgaremur omnes a peccatis omnibus. Hysopus enī herba humilis & purgandi uim habēs, Christi corpus denotabat, quod humiliter sanguine passionis intinctum, peccata expurgabat, & uim purgandi sacramentis ecclesiae reliquit. Id quod in spiritu propheta probe uidit. Videt haec mystica sacramenta passionis & sanguinis Christi, sine quibus nemo peccator potest a peccatis ablui: & ideo succlamat.

Exod. 12 · Exo. 24. · Leui. 14.

Versus octauus. ASPERGES ME DOMINE HYSOPO ET MVNdabor, lauabis me & super niuem dealbabor. In hoc & in quinq;

alijs

alijs huius psalmi uersibus qui sequuntur, multiplicem propheta gratiam insinuat. In hoc pręsenti uersu gratiam implorat humiliantem. In illo Auditui meo dabis gaudiũ & lętitiam: Gratiã exhilarantem. Illic Auerte faciem tuam a peccatis meis: Gratiam desyderat absoluentem, ubi superaddidit Cor mundum crea in me deus: orat a deo iustificantem gratiam, denicp cum dicat Ne proijcias me a facie tua: gratiam rogat, & obtestatur illuminantẽ, adijciens Redde mihi lętitiam salutaris tui, ut consummatæ sequelam gloriæ demonstret. Vnius dei, gratia unica, nec ita tamen unica, quin sit etiam multiplex. Enimuero distinguitur ipsa dei gratia, secundum alios atcp alios affectus eiusdem. Principio quocp dixi, gratiam hic postulat humiliantem, ut qui se peccando contra deum erexerat, contemptis mandatis eius, iam se per pœnitentiam humiliet, & deo plene subijciat. Dicit itacp Asperges me domine hysopo. Vt quid hysopo se pdicat aspersum, aut asperg olẽtem. Quid hic hysopus indicat? Certe per hysopi naturã, pœnitẽtis hominis conditionem insinuat. Parua nimirũ hęrba hysopus est, humilis, medicinalis atcp odorifera, purgatiua pectoris & pulmonis, radicem habens adhęrẽtem petræ. Omnes hæ qualitates in uero pœnitẽte cernuntur. Paruus est & humilis in sui reputatione pœnitens, sed & eo maior in cũspectu dei. Nam scripturę testimonio Qui se humiliat exaltabitur: & Quicũcp se humiliauerit sicut paruulus, maior uocabitur in regno cœlorum. Quanto te magis depresseris, tanto sublimior habeberis ante deum. Quo te summissiorem in terra geris, eo fies altior in cœlo. Quanto te minorẽ corde iudicas, quanto te uiliorem & abiectiorem existimas, tanto deo gratior & acceptior eris. Paruitas hæc & humilitas, pectori medetur & pulmoni, tumorem mentis & inflationem pectoris prorsus abstergit. Hęc paruitas, hæc humilis pœnitentia, radicem figit in petra, petræ adhęret, petrę se iunxit, petrę auxilio crescit, petrę uirtutem exsugit, & sibi & alijs medicinam pręstat. Christus autem est petra. In Christo spẽ totam & fiduciam sitam habet, quisquis uere pœnitens crescit in Christo, in Christo uirescit. Vnde rore gratiæ statim

Hysopus herba salubris.

Luc. 14.
Matth. 23.

tiæ statim aspergitur, a labe culpę abstergitur, a tenebris animę liberatur, in Christo Iesu roboratur, & salubriter ac cœlitus exaltatur. Ponamus ante oculos Saulem regem Israel. Nonne hic cū se deprimeret, exaltatus est coram deo? Audi quid Samuel ei dicat
1. Reg. 15. Nōne cum paruulus esses in oculis tuis, caput factus es in tribubus Israel? Non tam pectoris inflationes & pulmonis purgat hysopus, q̄ ipsa humilitas (si uera sit) superbiam mentis & arrogantiam omnē purgando depellit. Et sicut superbia peccati omnis est initium, sic humilitas totius uirtutis ac mundiciæ fundamentum. Humilitatē purgatio mentis, & animæ perfectio sequitur. Donū igitur gratiæ humiliantis propheta hic rogans, ait Asperges me domine hysopo, & mundabor. Veram mihi dabis humilitatem, & a peccato liberabor. Nec solum orat, ut se deus aspergat quo mūdetur, sed uti lauet etiam, ut dealbetur. Non solum ut a peccato
Tria penitētiū genera. liberetur, uerumetiam ut liberatus, uirtutibus exornetur. Plures enim asperguntur, qui non lauātur: & cōplures lauantur, at non dealbantur. Ponuntur igitur hic tria uerba, uidelicet aspersio, lo-
Aspertio. tio, simul & dealbatio: quibus totidem status hominum inclusi
Lotio. denotantur. Incipientium scilicet, proficientium & perfectorū. Incipientium status aut conuersorum ait Asperges me domine hy-
Dealbatio. sopo, & mūdabor. Proficientiū seu ad meliora assperantiū, clamitat unusquisq; Lauabis me. Perfectorū siue iustorū, in fine quisq; superaddit Super niuem dealbabor. Minus est aspergi q̄ lauari, & lauari minus q̄ dealbari. Ab uno horum statuū, fit progressus in alterum: a minus perfecto in perfectiorem. Incipientes & iam conuersi ceu nouiter asperguntur, primis gratiæ rudimentis imbuuntur. Proficiētes atq; potiora conantes, plenius abluuntur, solidiore doctrina firmantur. Perfecti deniq; dealbantur, per gra-
1. Cor. 15. tiam ad gloriæ solamen euehuntur. Id quod plane fiet Quando mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet
Matth. 13. incorruptionem. Tunc enim fulgebunt iusti sicut sol in regno
Matth. 17 dei. Tunc uestimēta eorum erunt alba sicut nix. Nempe per Christi sangninem & baptismatis undam, mundantur animæ, tam a

poena

pœna q̃ culpa. Siquidem uitæ perfectio gloriæq; possessio comitantur. Quare pronũciat Asperges me, certe Christi sanguine: & me lauabis aqua baptismi. Sic utiq; mundabor, immo dealbabor. Mundabor ab omni macula, dealbabor indutus stola gloriæ. Dealbabor (inquit) super niuem. Quid est super niuem dealbabor? Imcomparabilis mea dealbatio, tanta mea dealbatio, ut quanta sit, exprimere non possim. Quid enim niue cãdidius? At nix præ claritate spirituali, candoreq; iustitiæ fuscatur. Quid autẽ albedo niuis ad inestimabilem gloriæ fulgorem? quid albedo corporalis, ubi spiritualis aut cœlestis attrectat? Nec est prętereundũ q; hysopo se dicat aspersum. Alludit enim ad legem ueterem, in qua fiebat aspersorium partim ex hysopo, idq; in figurã & quandam mysterij rationem. Passerem (inquit) uiuum, cum ligno cedrino, cocco & hysopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget leprosum septies, & mũdabitur. Factũ est ig[redacted]aspersoriũ ex his tribus, ligno cedrino, cocco & hysopo. Quibus tres uirtutes aperte signantur, per quas nos ceu Christi sanguine debemus aspgere. Per cedrum quæ est arbor alba, fortis, imputribilis, & serpentes odore fugans, spem accipe, quæ cum sit de rebus a[redacted]is & cœlestibus, adeo fortis esse debet, ut homines ob amo[redacted]m dei, cunctas aduersitates patienter admittere faciat. Spes a[redacted]m (inquit diuus Thomas) est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex dei gratia meritisq; nostris prouenieus. Hęc est illa turris, de qua propheta Turris (ait) fortitudinis a facie inimici. Turrem (inquit) fortitudinis, ut quæ cum sit inexpugnabilis, instrumenta bellica repulsat. Spes arma tormẽtaq; diaboli pellit, sęculi timorem expugnat, mũdanas cupiditates & consolationes carnis superat, superbiã auersatur, & luxuriam uitat: iram, inuidiã, socordiam fugat, & omnia uicia simul exterminat. Quis potest seruorum dei mentem infringere, quis infirmare si causam eorum apud deum spes cœlestis agat? si alleget aut interpellet? Quomodo nocebunt eis tyrannorum fulmina fortuneue pręcipitia, quibus mens tota est in deo solidata? Spes cogitationem in deum dirigit, ut in eo perseueremus

Leui. 14.

Aspersoriũ ex tribus fiebat.

Cedrus

S. Tho. 3. distin. 26.

Spes turris inexpugnabilis.

Psal. 60.

usq; ad

usq; ad mortē irreuulsi. Per te o spes, stat ut nunq̄ titubemus in eo
quod tendit in deum. Per te, uiri omnes pij ac religiosi, per te, pa=
triarchæ grauia quæq; contingentia perpessi sunt. Per te, prophe
tæ in quibus locutus est deus, ostendens eis secreta sua, uenturaq;
tanq̄ præsentia, tormenta corporis & dura quæq; patientissime
Act. 5. sustinuerunt. Per te, apostoli magnanimi abierunt a conspectu
consilij, gaudentes pro nomine Iesu cōtumeliam pati, & ad mortē
cum gaudio proruperunt. Per te, martyres in agone steterunt in=
uicti multiplici cruciatu, immo omni tormentorum genere (ut le=
gitur) afflicti: alij ferro confossi, alij flammis exusti, alij flagel=
lis attriti, uectibus alij perforati, alij patibulo suspensi, alij pela=
gi periculis immersi, alij turpiter excoriati, uinculis alij mancipati,
alij lapidibus obruti, linguis alij priuati, alij frigore famæq; con=
fecti, truncatis alijs manibus, cæterisq; cæsis alioqui membris
contumelo[illegible]m sui spectaculum propter dei nomen in populo
Hebræ. 11. præbebant. Alij uero (ut scribit Apostolus) distenti sunt non su=
stinentes redemptionem, ut inuenirent meliorem redemptio=
nem, ut inuenirent meliorem resurrectionem: alii ludibria ac uer
bera exper[illegible] sunt, insuper & uincula & carceres: lapidati sunt,
Ibidem. tenti sunt in occisione gladij mortui sunt. Per te o spes, san=
cti confessores ([illegible]t scribit idem apostolus) circuierunt in melo=
tis & pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus di.
gnus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus,
in speluncis & cauernis terræ. Per te spes, uirgines beatæ sibijpsis
minimū pepercerunt, sese macerauerunt ieiunijs, pijs uigilijs, ora=
Psalm. 43. tionibus, contemplationibus, tūsionibus & laboribus alijs: ut de
se potuisset ipsarum unaquæq; dicere Propter te mortificamur to=
ta die. Per te spes, uiduæ se ad castitatem astringunt: per te mari=
tatæ lumbos sibi pręcingunt. Per te, languentes & orphani: per
te, tristes & aggrauati, per te pauperes & oppressi ad gaudia spi=
rant: per te, laborantes anhelant ad finem, per te, peregrini ter=
minum expectant, per te, omnes gaudia sperant & expectant. O
spes, spes, omnia tu simpliciter edulcas, tu cuncta suauiter accipi

sustineri=

sustineriue facis, dura tu mollia, tu quæ sunt acerba dulcia, grauia tu facilia efficis. Sic tu spes ad omnia uales. Per te propheta fiducialiter loquitur ad dominũ deum suũ Asperges me domine hysopo: tu quasi quoddam es manubriũ illius aspersorij, quod e cedro, cocco fit & hysopo, Hysopus hęrba humilis (ut diximus) in petra nascens, pectus purgans & pulmonem. Humilitas est, quę mentis inflationem excludit, quæ iram atq; inuidiam fugat, quæ omnem superbię speciem usquequaq; profligat: cuius absolutum in se nobis Christus præbuit exemplum. Coccus seu filum coccineum ac rubrum, quo colligatum est aspersorium, charitatẽ indicat, quo ceu colore rubro atq; igneo feruorem sanctispiritus insinuat. Cedrus continuam charitatis perseuerantiam aperte significat, & spei fortitudinem. Hoc igitur aspersoriũ, quod e cedro, cocco, hysopoq;, hoc est spe, charitate, humilitateq; conficitur, sanguine Christi tingimus & nos illo aspergimus, quando memores passionis Christi, spẽ totam in illum reponimus, humilitatẽ eius assectamur, & in eum proximumq; charitatem seruamus. Monet ergo scriptura Fasciculum hysopi sanguine tingite, & aspergite ex eo. Quod & ab ipso domino propheta rogat Asperges me hysopo, & mũdabor. Nec ab re profecto rogat. Habet enim talis aspersio, multiplicem in sese uirtutem. Per ipsam primo peccata mundantur, sicut & Apostolus approbat Si sanguis uitulorum & hircorum aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis Christi sanguis emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis? Discordes inde pacantur In aspersione sanguinis Christi, gratia uobis & pax multiplicetur inquit Petrus. Cœli præterea porta reseratur. Quod ex illo Matthęi denotatur. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum. Fit per hunc sanguinem remissio peccatorum, igitur & apertio cælorũ. Secundum quod ita scripsit Esaias Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? Est enim ista uox angelorum, qui Christi mirabantur ascensionem & mysteria demirandę passionis: cuius alma uirtute coelos aperuit, sanctos

Humilitas.

Coccus.

Cedrus

Exo.12. 22

Aspersio sanguinis Christi q̃d efficiat

Hebræ.9.

1.Pet.1

Matth.26

Esaias.63

ſanctos patres introduxit, & poſſeſſionem ęternæ gloriæ Adamo poſteritatiqꝫ tradidit. Cum dicat ergo propheta Aſperges me domine, & mundabor, deum orat ut particeps fiat Chriſti paſſionis ac ſanguinis: quo ſi quis aſpergatur & uirtutem eius attingat, plene mūdabitur. Ioannes enim ait Sanguis Ieſu filij dei, mūdat nos ab omni peccato. Nec contentus erat ut eo aſpergeretur, quinetiā ut plene lauetur deprecatur, ut ad plenum peccata deleātur, ut ita permundetur, quo nihil in ſe remaneat, unde uirtus huius ſanguinis impediatur, ut in ſeſe nil ſuperſit quod purgationem ignis expectet, quando ſit ab hac luce migrandum. Oh q̄ petax uideri poſſit iſte ꝓpheta, ut tā ſedulo precaret̃, neqꝫ repulſam pati uelle uideret̃: qui talē in ſe ſacramētorū huius ſanguinis efficaciā aperiri uoluit, ut nihil aut criminis aut pœnæ ſibi remaneret. Minus (ut diximus) aſpergi q̄ lauari, minus lauari q̄ mundari, minus mundari q̄ dealbari, minus dealbari q̄ ſuper niuem dealbari. Sed ideo hæc plura uocabula hic ponit, ut omnia memoret, quæ ad animę purificationem attinent. Super niuem dealbari cupit, hoc eſt integre pfecteqꝫ expiari. Nā eſtimari nequit, quāto ſit albedo ſpūalis corporali ſupior, quāto candor internus externo melior, quāto pulchritudo morū ruſticitate maliciaqꝫ ſerenior, & quanto deniqꝫ uenuſtas cœleſtis mundana pręſtantior. Qui lauātur intus a deo qui dealbant̃ a uirtute, ſplendidiores ſunt ipſo ſolis lumine. Fulgebunt iuſti ſicut ſol inquit Chriſtus. Chriſtus autē lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Vnde dicit Lauabis me, lauabis in ſanguine tuo, lauabis in uirtute paſſionis tuæ, lauabis per eccleſiæ ſacramenta quæ nituntur eo ſanguine, lauabis in ſacramentalibus: quibus oībus adeo lauatur & dealbatur homo, ut ab omni peccato liberetur, ut a pœna ſimul & culpa permundetur, ſi nō indigne receperit. Rogat ergo propheta quatenus aſpergatur, rogat ut lauetur, orat ut dealbetur. Orat ut aſpergatur immo lauet̃ Chriſti ſanguine, rogat ut paſſione Chriſti dealbetur: ut precio ſanguinis innocentis illum effectum inueniat, quo remittitur & aboletur omne peccatū, quo totius orbis debita relaxantur. Aſperges itaqꝫ

(dicit)

1. Ioh. 1.

Gradus lotionis.

Quid ſit ſup niuē dealbari

Matth. 13. Apoc. 1.

(dicit) me hysopo, lauabis me, & super niuem dealbabor. Vtimur
hoc uersiculo, quoties in templo lustralem aspergimus aquã, quæ
præsignata est per aspersionem aquæ expiationis, qua aspergeban
tur immundi ut inde mundarentur. Qui tetigerit (inquit scriptu= Num. 19.
ra) cadauer hominis mortui, septem diebus erit immundus: asper=
getur aqua expiationis die tertio & septimo, & sic mũdabit. Quis
potest hominis mortui cadauer dici tangere? Certe quisquis ab
Adami semine nascitur. Is enim peccato suo, semen omne suũ in=
fecit, & morti obnoxium effecit. At & hoc uniuersum mundatũ est
per illum preciosum sanguinẽ & aquam profluentem e latere Chri
sti. Aqua nimirum expiationis, quæ facta fuit ex cineribus uaccę Aqua expiationis.
rufæ, uocatur aqua lustralis sale mixta, uerbisq; sacris sanctificata; Aque benedicte uirtutes.
per quam dæmones & ipsorum insidiæ profligantur, per quam
sterilitates rerum emendãtur, per quam uersutiæ spirituales amo=
uentur, procul immundiciæ pelluntur, peccata uenialia curant, no
xia delentur, totus homo sanctificat, gratiaq; multiplicatur. Qua
re quintus Alexander ita sanxit Aquam sale conspersam populis
benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur,
quod oĩbus sacerdotibus faciendum esse mandamus. At hęc aqua
quanq̃ bona & sacra, nõ tamẽ ad illam baptismi: de qua scribens
Augustinus Aqua (inquit) illa non solum corpore sordes mũdat, Augusti.
sed & animã a peccatis liberat. Virtus aquæ illius, & animæ pro=
dest & corpori. Non enim omnis aqua mundat. Hæc aqua mun= Virtus in uerbo.
dat, hæc aqua sanctificat, etiam quæ sacra sunt, sanctiora reddit.
Sanctificatur per consecrationem uerbi. Tolle uerbum, & quid est Augusti.
aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elemẽtum, & fit sacramentũ.
Virtus uerbi per aquam mundauit, quia super aquas ambulauit.
An ne uides ut aqua uerbis a sacerdote prolatis consecrata, sordes
animæ diluit? Non habet ut id faciat q sit aqua, sed q uerbo di=
uino benedicta consecrataq;. E uerbis uirtutem habet, e uerbis ro
bur & uirtutem accipit. Quam e uerbis accipit, eandem uerbis ad=
ministrata, pbet. E uerbis habet ut animam a diabolo defendat,
ut peccatis infirmatã purget atq; sanet. Si uituli cinis aqua asper= Hebræ. 9.
sus popu=

sus populum mundabat ac sanctificabat, multo magis aqua sa-
le respersa precibusq; sacrata diuinis, populum sanctificat. Sicq; sal
ab Heleseo proiectus, amaritudinem aquæ defectumq; sanauit:
quanto magis inuocatio sacerdotis electi, ac consecratio per eũ a
deo facta, sterilitatem rerum & mentiũ immunditiam emendat,
homines purgat & sanctificat, uirtutes adauget & a uicijs defen-
dit, insidias diaboli repellit, uersutias & phantasmata prorsum ex-
cludit & auertit? Sed unde tanta uirtus aquæ, ut quæ corpus tan-
git, animam quoq; lauet? Mirabuntur fortasse mirabuntur multi,
ꝙ dicamus per hanc lustralem aquam peccata si nõ mortalia, sal-
tem uenialia remitti, dęmones expelli. Cum res sit materialis, qd'
potest in animam, aut expellendo dæmones aut uicia purgando?
Placet enim physicis, corpus in animam agere non posse. Nã cor-
pus per contactum agit, spiritus autem tangi non potest. Certe
uirtus hæc, e uerbo manat. Verbo sanctificatur aqua, uerbo fit con
secratio. In hoc uerbo, aliud sonus trãsiens, aliud uirtus immanẽs.
Vox trãsit, uirtus ipsa ꝑmanet. A prĩcipio creauit deus oĩa uerbo.
Psal.146. Dixit, & facta sunt omnia, mandauit & creata sunt uniuersa. Di-
Gene.1. xit deus, fiat cœlum, & factũ est: fiat terra, & facta est terra. Di-
xit, fiant duo luminaria in cœlo, & facta sunt. Producat aer uola
tilia, mare pisces, & terra iumenta & reptilia, arbores ac hærbas &
similia, factaq; sunt omnia. Dixit animantibus, herbis & arbori-
bus, ut speciem sui cõtinua productione seruarent, quo decor uni-
uersi manet, & parebant omnia in hunc usq; diem, sui similia pro
ducentia. Verbo, sacramẽta fiunt, quibus salus nostra nititur. Sa-
cerdos uerbo corpus Christi consecrat. Verbo iuuerunt apostoli
cæcos, claudos, surdos, leprosos, immo mortuos. Quæ uerbi uir
tus ibi fuit, manet eadem hodie dum benedicitur ac consecratur
aqua. Manet uirtus purgans, manet & expellens. Manet quæ ue
nialia peccata purgat saltem in fide suscipientibus: manet etiam
An materiale in spirituale agat. quæ dæmonum insidias excludit, & tentationes auertit. Si rei ma
teriali uirtutem istam omnino neges: unde uirtus sanguini Iesu
Apoc.1. Christi? Materialis est, atqui nos a peccato lauat. Christus enim

lauat nos

lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Quid p̄terea de igne
dicis infernali? Materialis est scd'm quosdam, qui tamen per uirtu
tem sibi datam a deo, cruciat animam: sicut & Christi sanguis effe
ctū habet a uirtute diuinitatis sibi connexæ. Sic & aqua non ꝙ ta
lis, sed quod e uerbo uirtutē habeat spiritualē, purgat & sanctificat
animā. Quam uirtutē qui consyderant, intus accenduntur in amo
rem, in deuotionem, & dei reuerentiam: quod est spirituale delēs
uenialia, cogitationes malas auertens & dęmonia fugans. Cla=
I. memus ergo, reuerenter & pie sumentes aquam istam cum pro=
I. pheta Asperges me domine. Habetur in euangelio Matthęi, quo Matth. 14
, modo Iesus quarta noctis uigilia uenit ad discipulos ambulans
, super aquas maris, dum illi piscationibus intendebant. Perterriti
, nimirum illi, putauerunt phantasma se uidisse. Animaturus eos
, clementissimus dominus Ego sum inquit, nolite timere. Petrus ei,
, si tu sis (ait) domine, iube me uenire ad te super aquas. Dixit illi
, Iesus. Veni. Descendens itaq; Petrus, ambulauit super aquas ut
, ueniret ad eū. Sed dū ambularet, trepidare cœpit & immergi. Qua
, re clamauit Domine serua me, pereo. Porrigens illi manum domi
, nus, erexit & saluum reddidit, dicens etiam Modicæ fidei, quare
, dubitasti? Videtis hinc quantum fides adiuuet & confirmet, infi=
delitas autem deprimat & confundat. Hæc dico, ut intelligatis,
oportere accedentem ad deum, credere: oportere uenientem ad fi
dem uel allatum fide, uel sua uel suorum firmari: oportere lustra=
lem aquam suscipientem, fide dirigi. Quæ si desit, nil in his utili=
ter operatur. Mergitur infidelis, qui fide leuatur. Cadit Petrus dū
uerendo dubitat, qui confidendo resurgit. Vultis adhuc scire, quid
aquę sacramentum in uobis operetur? Figuram audiatis, e qua
, ueritas elucebit. Posteaq̄ Egyptij duris admodū operibus popu Exo. 3.
, lum hebręum oppresserant, clamor eorū in aures dn̄i cōscendit, &
, effecit, ut eos ab impio Pharaonis impio liberaret. Missus est Mo= Exo. 5.
, ses, ut atroci regi dei uoluntatem aperiret. Ille sibi cor obdurans,
, grauioribus eo pœnis ac laboribus populum affligit. Maior affli=
, ctio, clamorem maiorem excitat. Certamen Moses sibi suscipit,

cum Pharaone cōgreditur non uisibilibus armis, sed diuina solum
Exo. 8. 9. autoritate munitus. Plagæ decem inferuntur, uindex ira dei fer-
10. tur in contumacem populum, ut ex minutissimis animalculis im-
mo uermiculis, ranis scilicet, muscis, locustis & similibus superbo
Exod. 11. rum ceruix indomita perdometur. Plagarum ultima primogenito
rum amarulenta mors erat: quæ quidem adeo percussit Egyptio-
rum animos, ut cogeretur Pharao dimittere populum. Dimissus,
recta pergit ad mare rubrum, ut ab hoste pessimo liberatus, serue
tur in aquis. Insequentes Egyptij fugientibus instant, pœnitentia
ductiq; dimiserant populum utilem ad seruiendum. Videntes
Israelitæ hostes imminentes & gladiū impendentem, timore qua-
Exo. 14. tiuntur. Virga Moses quā acceperat a domino, ferit aquas. Aquæ
tanq̃ solidiores effectę, cogūtur in tumulum. Ingrediuntur solum
in aquarum medio hinc Hebræi, illinc Egyptij: illi seruandi, isti
perituri. Aqua eadem ambos iudicauit. Separans pios ab impijs,
illos pręmunit, hos uero occidit. Habetis figurā, sed quid ea quę-
rimus? claram certe ueritatem. Moses dux populi, figuram Chri-
sti gerit, uirga crucis, mare rubrū, baptismi purpureo Christi san-
guine consecrati: sed & aquæ cuiuscunq; salutaribus Christi uer-
bis sanctificatæ. Pharao typus est diaboli, Egyptij ministrorum
eius. Si diabolus sęuiat in uos, si tentatio uiolens insurgat, fugi-
te ad Mosen, confugite ad Christū Iesum: signo crucis uos cōmu-
nite, aqua sancta uos aspergite, & aqua reuertetur conscendens in
tumulum, ut omnes Egyptios, ut dæmones simul omnes operiat:
ut illorum insidias & malignas tentationes, salubriter extinguat.
Vos igitur hac aqua simul aspergite, & cū prepheta rogate Asper
ges me dn̄e hysopo, & mūdabor: lauabis me, & super niuē dealba K.
bor. Asperges me hysopo, & mūdabor a culpa: lauabis sacramē- K.
to pœnitentiæ, quæ uirtutem accipit e passione & sanguine Iesu
Christi, & hoc pacto super niuem dealbabor. Asperges ait hyso-
po, & lauabis. Hysopus (ut diximus) humilis est hęrba, sed medi
cinis idonea, saxis adhęrens, & ualens ad pulmonē purgandum:
notat mentis humilitatem, qui Christo solidę petrę semper adhæ-
ret, in

ret, in eo uelut exemplari suo radicem figens, tumidumq; sensum qui inflati pulmonis instar habet, expellit. Vnde peccator cum ad ueram se poenitentiam summittat ac humiliet, statim a peccati labe lauatur, statim gratiæ cœlestis rore perfunditur, ut niuis in modum albescat animo. Si specimen humilitatis quam signat hysopus, usq; requiras, an in alio tam luculenter q̃ in Christo deprehendes? an aliud euidentius aut efficacius esse potest, ut alios ad imitationem alliciat? Quis enim uere christianus in hoc mundo non se dignabitur humiliare, quis audebit superbire: cum audiens intelligat dei filium maledicta, risus, & opprobria, sępissime perpessum? Quis iniqua iudicia, plagas, & supplicia, pro deo pati subterfugiet, aut dedecus esse putabit, quando christus ipse per impijssimas calumnias morte turpissima condemnari sustinuerit? Nimirum propositus est nobis Christus pro uera forma iustitię, quam sequi debemus: positus est ut scopus ad quem conatus oẽs & actus omnes uitæ nostrę dirigere tenemur. Quapropter nos ut discipulos suos in hoc disciplinæ genere monet, & ad uere discendũ sic excitat Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Discas ergo christiane quod a Christo pręceptore tradit̃. Humilia teipm̃ in omnibus, quia nulla uirtus si non adsit humilitas, p[illegible]erit. Tolle humilitatem, & ubi est uirtus? Tolle humilitat[illegible] & quæ uirtus est uirtus? Tolle humilitatem, & nulla uirtus es[illegible]irtus: tolle humilitatem, & omnis uirtus uicium erit. Sed humilitatem alibi latius explicuimus: ideo iam ad rem institutã pergamus, & cũ propheta clamemus ad deum Lauabis me, lauabis me sanguine tuo, lauabis & sacramento poenitentię, quod uim eiusce sanguinis, licet inuisam asseruat. Nam sanguis Christi emũdauit conscientias nostras ab operibus nostris. Emollit iste sanguis duriciem & obstinaciam cordis nostri, simillimus adamanti, qui cum nulla ui perdometur, nullis malleorum ictibus aut ignis adustionibus euincatur, nulla uetustate consumatur, sola hircini sanguinis appositione frangitur: sic sunt quorum mens nulla poenitentia, nulla dei comminatione, nec ulla demũ afflictione quantumuis diuturna

Humilitas discẽda a Christo.

Bernar.

Hebræ.9.

Adamantis rigor.

Sanguine Christi oia mollescunt.

superatur, una dominicę passionis & sanguinis memoria mitescere solet. Tempore passionis eius uelum templi ruptū est, scissę petrę, terra mota, aperta monumenta, mortui suscitati, & sol obscuratus est: ut cum tot res homo quasi metuendo memores esse uideret, ipse non maneret immemor, non expers metus & dolorum. Internos homo moueat affectus, scindat, & dirumpat, animi latebras aperiat, e terrenis cogitatibus ad cœlestes assurgat, mūdi gloriam obscuram extinguat, ut in ęterna fulgeat, se totum in Christi pectus effundat, cū Christo passo patiatur, cum probris & uerberibus attrito conteratur, cum dolente doleat, & cū moriente uelit emori. Omnia quidem deus fecit in numero, pondere, & mensura. Hoc qui dixit Sapiens, redemptionis opus haud respexit: qui fecit omnia deus, hoc unum excepit. In eo non seruauit numerū, qui nō unā aut alteram guttam (cū ea redimēdo generi nostro satis superq; fuisset) sed quicquid inerat sanguinis impendebat. Nō pondus, qui non unam, duas, aut tres uncias expressit, sed totam cruoris substantiam extrusit. Non mēsuram, qui nō unum, duos, tres, aut quatuor calices exhausit, sed sanguinē suum (q̄ numerosus, q̄ magnus, & q̄ amplus erat) totum dedit, totum effudit, totum emisit, usq; dum exiliret etiam aqua. Eheu si dolorem inspicias, pape si miraculum attendas, o si spem nostram inde cōsyderes. Quæ non spes salutis erit, ubi redemptor tam gratus, tam clemēs, & magnificus: redemptio tam multa, tam magna & copiosa? Copiosa apud eum redemptio. De quo non guttula, sed fluminis unda: non pars a parte, sed totus toto manabat corpore sanguis. Corporis in omni parte puncturam, percussum, fedationem, delaniationem, sanguinis omnifidam effusionem, non egre, non inuitus aut illubenter, sed uolens magnaq; cum lętitia tulit, quemadmodum patri fatebatur Concidisti saccum meum, & circūdedisti me lętitia. Sanguis iste, qui tam abunde, tam prodigialiter datus est, magnum precium totius mundi, quod & est, rectissime prædicat̄: ut ibi Petrus affirmat Non corruptibilibns auro uel argento redēpti estis, sed precioso sanguine agni intaminati, & immaculati Iesu

Sapiē. 11.
Quā immēsa passio Christi.
Psal. 129.
Psalm. 29.
1. Pet. 1.

Christi

Christi. Sanguine suo redemit nos Christus, & lauit nos in sangui
L. ne suo, sanguinis sui uirtutem sacramẽtis suis ingenerauit, quibus
L. nos renascimur, quibus lauamur, redimimur & seruamur. Id quod
etiam propheta prænouit quando dixit Lauabis me: quare sub-
nexuit, & super niuem dealbabor. Ostendens tantam animi pul-
chritudinem hinc enasci, cum qua nulla corporum iure compara
ri possit. Quid inter corporea niue candidius? quam uirtus sangui
nis Christi, qualem e sacramento degustas, longissime superat, &
multo lucidius dealbat ac candefacit. Quali claritate seu candore
qui erunt præditi, de his scribitur Iusti fulgebũt sicut sol in regno Matth. 13.
dei. Iam quis ignorat solẽ niue candidiorem? sed ille candor sancto
rum, etiam sole superior. Candor niuis cito præterit, candor solis
præteribit, candor sanctorũ in æternum manet. Cui quadrat qđ a
propheta subiungitur ADITVI MEO DABIS GAV- Versus
DIVM ET LETITIAM, & exultabunt ossa humiliata. nonus.
Postq̃ suam propheta pœnitens miseriam detestatus est, singula
peccata nullis usquam circũstantijs prętermissis, originalia, uenia-
lia pariter ac mortalia plene confessus, ea iuste castigauit: & fidu-
ciam omnem atq; absolutam spem peccatorum remittendorũ in
misericordia dei sitam habens, deũ orauit, ut suo se sanguine beni
gnus aspergat: utq; meritorum natiuinatis, ieiuniꝫ, orationis, prę
dicationis, passionis, corporis & sanguinis, resurrectiõis atq; ascen
sionis, & oĩm operũ suorũ participẽ efficiat, participem sacramen
torũ ecclesiæ spiritualisq; pœnitentiæ, q̃ uirtutẽ e passione recipit:
ut qui prius peccatis aridus atq; inuenustus erat, nunc gratiarum
& uirtutum humore reflorescat, qui niger ante fuit & immundus,
mundari possit ac dealbari: modo spirituale gaudium adiungit,
quod huiusmodi dealbationem internam assectatur inquiẽs Au
ditui meo dabis gaudium & lætitiam. Emundationem conscien- Letitia co-
tiæ, gaudium ac lętitia sequitur: luctum seu dolorem pœnitẽtię, mes peniten
gratiæ suauitas, & gloriæ suprema delectatio. Nihil bona consci- tie.
entia delectabilius, mala nihil amarulentius. Conscientia pecca-
ti mordet animum & obmurmurat, incertum sui minimeq; quie-

 tum fa-

tum facit, ut Adamus & Eua facto suo probāt. Vbi peccauerūt ut
Gene.3. in Genesi scribitur Aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt se
nudos, consuerunt folia, & fecerunt sibi perizomata: & cum audis=
sent uocem dei deambulantis in paradiso, abscondit se Adam &
uxor eius. Fugiebat Adam ut se absconderet a deo post unum pec=
catum, post unum fructus uetiti gustum, & nos quot & q̄ magna
peccata quotidie perpetramus? ad qualia facinora conniuemus,
neq; uerecundamur? Quo iam nobis fugiendū, qui toties, & tam
grauiter delinquimus? Aperti sunt illorum oculi post peccatum,
& erubescebant concinnantes sibi perizomata tegumēta pudoris:
& nos in peccata palam irruimus, nec uerecundamur, neq; ea pa=
lam fecisse pudet. Illi priusquam praeuaricati sunt, totum corpus
honestum habebant, splendidum ac uisu delectabile: cum ad pec=
candum proruperant, illico pudere coeperūt sui: corpus foris, men
tem intus uerecundia pressit, & peccati conscios occultare se ade=
git. Peccatoris enim hic mos est, omnia habere suspecta, formida=
re singula, uel ad obiectam umbram trepidare, nullo nō strepitu,
Cato. nulla non uoce, nullo non flatu territari. Quae dicuntur (conscius
ipse sibi) de se putat omnia dici: suos persecutores omneis homi=
nes autumat: quid faciat, quo se uertat, meticulosus ignorat: hęc
carnificina peccati, hę cruces sunt. Peccatorem peccata produnt,
ubi nemo alius proditor emergit, ubi non est accusator, accusant
ipsa. Tange ulcus peccatoris, tange morbum quo laborat, factum
refrica, & erubescentia statim hominem exponit: timore plenum,
Prouer.28 formidolosum efficit, & semper fugę proximū. Fugit impius ne=
mine persequente. Talis res peccatum ut nullo arguente prodat,
nullo accusante condemnet. Qui peccat, intus habet arguentem,
habet intus & in corde iudicem, delatorem, & uindicem: habet se=
ipsum, habet conscientiam accusantem, habet & cōdemnaturam,
si fallere, si fucis & technis agere tentet, secum hāc ubiq; circūfert,
haec ut umbra corpus sequitur, quo magis uitare studet, eo uiolē
tius instat. Sicut seipsum subterfugere, seipsum deserere non po=
test, ita neq; conscientiam obluctantem & redarguentem latere
queat.

queat. Non est pax impijs dicit dominus, quia morsus conscien= Esaiæ. 48
tiæ non permittit ullam peccatori quietem, donec se respiciat, do=
nec uitam redintegret. Vermis eorum non morietur ut propheta Esaiæ. 66.
monet: quando peccatores consyderata uita sua, consyderato pec=
cati periculo, consyderata momētanea peccati uoluptate, & perpe=
tua damnatione sub tam graui offensione dei: sibi quoq; displi=
cent, in se grauamina uertunt, pleni dolore, pleni mœstitie & pœ=
na: ioco, gaudio, uoluptate uacant, uindictam perhorrescūt, adeo
ut nonnunq̃ uel non declinent, uel difficillime desperationem eui=
tent. Sic peccator in angustum cogitur, cū primum oculos habet
apertos & cognoscit se nudū gratia, peccato contectum per consci
entiæ remorsum, peccati damnum sentiens fugit, ut cum Adamo
M. se angulis illatebret, perizomata facit, quibus turpitudinem occul=
M. tet, ut peccatū cuius iam pudere cœpit, excuset & arte sua palliet.
Sed dominus deus deambulauit in paradiso. Quid hoc quæso sibi Gene. 3.
uult, ut qui ubiq; præsens est, implens omnia, deambu[illegible]e dicatur
in paradiso? nisi quod talem Adamo sensum indiderit, ut se pec=
catorem intelligeret, se humiliaret, & talem humillime confessus,
uere corriperet, ne fugiendo atq; latēdo excusationem, aut purga=
tionem ulla ex parte prætenderet? Sed unde erat ꝙ se[illegible]rat Ada=
mus perambulasse deum in paradiso, aut unde [illegible]tum habuit?
Nō certe aliunde, nisi ꝙ conscientia rea semper t[illegible]ida, & naturali
ter formidolosa, sibi nunq̃ non timeat, deumq; uelut iustū pœna
rum exactorem sibi adesse non dubitat. Iussisti domine & ita est, Augustinus.
ut omnis inordinatus animus sit sibijpsi pœna, ut se puniat ac af=
fligat, semet inquietet, neq; sese sustineri possit. Si quare deus
sic esse uoluit inquiras? attende dei bonitatem, quæ sola facit ut
homo sui memor, ad honestam uitam, ad conscientiæ puritatem
aduolet, in qua sola quies oportuna manet. Vult deus omnes ho 1. Tim. 2.
mines saluos fieri: salui uero fieri non possunt, nisi bene uiuant &
a peccatis abstineant. Quapropter instituit ut conscientia pecca=
tis semper obsistat atq; obmurmuret, neq; peccatorem clam ad=
monere clamq; arguere cesset, donec eum a peccato reuocans, ad
pœniten=

Psalm.31. Exponitur. pœnitentiam adducat. De quo propheta dicit Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Conuersus sum a peccatis ad deū, conuersus a corruptela uitæ ad ueram medicinam, ab autore mali, ad salutis medicum. In ærūna, in ærūna (inq̄) conuersus sum: in afflictione spiritus, rebusq; aduersis cōuersus ab enormibus peccatis, conuersus ad deum, dum configitur spina, dum compungitur conscientia, dum præcepti uiolati memoria pœnæq; timore labascit. Hæc formido, hoc tormentum quo discrutiabar: me ferme uicerat & extra me posuerat. Excæcari ratio potest, ut illegittimis rebus applaudat, at synteresis falli non solet, fieri non potest ut ipsa peccato non resistat, non obmurmuret, nō recalcitret, & q͂d' in se sit impediat. Ream ipsam conscientiam peragit, & qualis reuera sit ipsi cōmonstrat: dumq; talis esse pergat, efficit ut nunq̄ interquiescat, sed indignissimo timori subiaceat, atq; ut ait Bernardus Rea conscientia semper est timida, & ad sonitum folij, & ad sonitum tonitrui terretur. Nihil ediuerso suauius, nihil iucundius cōscientia bona, & bona spe, quibus sic offirmatur humanus animus & tam securus redditur, ut nihil terrenum timeat, nihil indoleat, & sola peccata defleat: ubiq; lætus, ubiq; hilaris, non mœstus sed in deo semper congaudens. Si uelis ista certius addiscere, demigraturum ab hac uita senioue confectum, interroga. Cui si gloriam & honorem, si diuitias, si mensularum lauticias, si cætera corporis oblectamenta memores: an non hæc auersatur? an nō erubescit & indignatur, q superuacaneis sit antea usus? an nō ab his caput ac faciem mœstus auertit? Sin facta uirtutum & pietatis opera repetas, gaudet, gestit, & exultat. Ante alios uel unus Ezechias hoc te doceat, qui cum egrotaret, non gloriæ, non regni sui, non oppipari conuiuij, non deliciarum, sed solius iustitiæ meminit, supplicans Memento domine, q ambulauerim in conspectu tuo in uia recta. Acsi diceret Nunc mihi dies aduenit, en morior, & mori me delectat, nuncio mortis exulto, morituro mihi solum hoc arridet: solum hoc me solatur ac sustētat, q te, q tuaq; præcepta sequi conatus sim: q in tua norma, tuo tractu, tua lege, examussim mihi

Bernar. Chry. omelia. 65

Esai. 38. & 4. reg. 20. Mors pbis expetenda.

semitam

, semitam prostruxerim. Hoc Ezechię solatium erat: & quale aliud
, nobis morturis pręterea futurum est? O peccator imprudẽtissime, Augustinus.
, qualiter obstupefies, quando te diabolus in illo mortis agone ten
, taturus adorietur? lectoq; tuo indesinẽter assidebit? Qualiter eris
, attonitus, quando fidem tuam pręsto cribrabit, & oĩa uerba tuæ
, professionis recitabit, & ad memoriam opera tam bona q̄ mala re
, ducet, singula tanq̄ in numerato habens, ut de bonis præsumas,
, & ob mala desperes. Cuius astutissima tentatio sic fidem, sic uitã,
, sic opera nostra perurgebit, ut nisi deus subueniret electis suis, ne- Matt. 24.
, mo resisteret. O peccator rem istam præcogita, cogita q̄ terribilis,
N. q̄ formidolosa ac ærũnis plena dies illa futura? Ad diem illam at-
N. tende, erga illam tibi prospice, ante uideto postea quid erit: ne cũ Marc. 13.
, repente uenerit, inueniat te dormientem, oscitantem, dissoluteq;
, uiuentem opprimat. Si aliud præterea requiras exemplum, ad di- Paulus mortem optabat
uum Paulũ aduerte, qui moriens his tãtum rebus exultabat, quas
in uita sua bene gestas intellexit, benefactorumq; memoria se re-
, creans, & ceu tripudians aiebat Bonum certamen certaui, cursum 2. Tim. 4.
, cõsummaui, fidẽ seruaui, reposita est mihi corona iustitię: sibi uitę Exponitur.
finem imminere significans, mortem uero sibi terribilem ideo non
esse, quia bonum certamen certauerat, & christianam integrę fidẽ
obseruarat. Fidem (inquit) seruaui, fideleq; diuini cultus obsequi
um, & christianæ religionis uirtutem omnem, sinceramq; uerita-
tem, & mihi semper impollutã asseruaui, & ab aduersariorum telis
usq; defendi. Vnde spem mihi certã concipio, cõfidenter ad mortẽ
propero, securus e uiuis excedo, nusquam incertus, sed omni par-
, te tutus & gaudens emorior: immo cupio dissolui & esse cũ Chri
, sto. Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Viuere non recu- Phil. 1.
, so: sed id mihi uiuere Christus est, mori autẽ lucrũ. Christus mihi Exponitur.
, uiuere est, cuius causa nihil non libentissime sustineo, sed mori prę
cupio: nam mors mihi lucrũ & ęternę uitę compendiũ adducit, ad
Christi mei fruitionem maturans. Christus autem mihi uita, Chri
stus mihi solacium, mihi gaudium: Christus mihi spes uictoriæ,
& corona gloriæ. Christus mihi causa laboris, Christus mihi mer-
ces operis:

ces operis: omnia mihi Christus est. Igitur si fieri possit, esse cum Christo peruelim: cum quo si nunc essem, essem ubi peculiariter opto: uitam illam q̄ prȩsentem, infinitis partibus malo. Cumq; necesse sit, ut mors intercedat, etiam mori cupio, mori mihi lucrū est, quando reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. Ideo cupio, cupio dissolui & esse cum Christo. Cum sit preciosa in conspectu domini mors sancto rum eius, nedum probabilis chara, & cum uenerit, accepta. Quam obrem uah diuitijs istis, quarum onus te sic degrauabit in morte, ut nisi contempseris ante, cum uelis fortasse non possis. Vah diuitijs, quas sub mortem acerbas, inutiles, & uere contemptibiles experieris. Vah delicijs & beluinis istis uoluptatibus, corporumq; quibuslibet affectionibus, quibus adeo nunc inhiamus, ut cū mors ingruerit, despicabiles atq; odiosas agnoscemus. Exemplo Pauli nitere, & consilia cæterorum sapientum intellige. Secure uigilant, secure dormiunt, secure uiuunt, secure moriuntur, quotquot recte hic uitam agunt. Non potest male mori, qui bene uixerit. Duas in euangelio notatu dignissimas mortes inuenimus. Diuitis hāc, illam pauperis: hic qui miserime uixit in mundo, rerum omnium indigens, quacunq; perturbatione contentus, morbis, ulceribus, & sanie plenus, moriens in coelum ad Abrahæ sinum lȩtus ac fœlix excipit. Diues qui purpura, qui bysso indutus, qui epulabat̃ quotidie splendide, studia pietatis negligens, cum moreretur, sepultus est in inferno: ut cuius uoto prius omnia respondebant, modo nihil habens ex sententia, frustra leuari dolorem appetierit. Sic in mundo miserum, in mūdo beatum uides: sed postea uersas uices intelligis, ut qui hic miser fuerit, illic beatus futurus sit: & ecōuerso Mors peccatorum pessima: fœlix & preciosa sanctorū. Nō potest male mori, qui bene uixerit. Iuguletur, crremetur, pendeat, immergatur, morte quauis imfortunata moriatur: qui bene uixerit, non mala morte peribit. Viuas idcirco bene, conscientiam emundes, & iucundam beatamq; mortem inuenies, quam gloria consequetur. Interim gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ

Psalm.115. Morientibus humana contemnuntur.

Augusti. duplex mors diuitis & pauperis.

Psalm.33. Augusti.

2.Cor.1.

nostræ

nostrę. Gloria nostra, gloria christiana. Nihil hoc testimonio bo nę cōsciētiæ melius, nihil quietius, nihil dulcius, nihil securius, nihil gloriosius: nihil metuit, nihil dolet, nihil curat, nihil optat uel anxie quęrit: non metuit damna rerum, non contumelias aut maledicta, non cruciatus corporis, sed nec ipsam denicq mortem.
, Quod & hic propheta sentit Auditui meo dabis gaudium & læ
, titiam, & exultabunt ossa humiliata. Nam mundationem & bonitatem conscientiæ, sequitur gaudium & lętitia: luctū pœnitentiæ, gratia cum gloria. Et sicut ex mala conscientia uermis enascitur, & morsus hominem intus affligens, sic bonæ mundęcq conscientiæ, spiritus & animi singulare gaudium accedit. Quale cū so
, lus deus elargiatur, propheta dicit Auditui meo dabis gaudium
, & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata. Sub quibus uerbis tria notantur uere pœnitenti conuenientia: gaudium, lętitia, & exultatio. Gaudebit pœnitens remissione peccatorum & absolutione: lętabitur uirtutis ac gratiarum donatione & collatione, pręcedentiumcq meritorum instauratiōe & uiuificatione: exultabit cœlestium atcq ęternorum bonorum promissione, quam firmiter adim
, plendam expectabit. Vnde propheta pœnitens exorat Auditui
, meo dabis gaudium & lętitiam, & exultabunt ossa humiliata. Da
, bis o clemētissime deus auditui meo gaudium illud, quod dedisti
, Mariæ Magdalenę, quando te dicentem audiuit Mulier remittun
, tur tibi peccata tua, uade in pace. Audiā quęso, quod audiuit mu
, lier in adulterio deprehensa, ex hoc uenerabili supernocq tuo iudi
, cio Ego te non cōdemnabo: uade, iam amplius noli peccare. Au
, diam quod audiuit latro pendens in cruce, & clamans Memento
, mei domine, cum ueneris in regnum tuum. Cui respōdisti Hodie
, mecum eris in paradiso. Audiam te quęso loquentem in illa die
, nostræ expectationis, quod audient oues a dextris statutę. Sim de
P. numero illorum: inter eos da mihi quęso locum, quibus inquies
P. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a
, constitutione mundi. Sic auditui meo dabis gaudium & lętitiam,
, sic exultabūt ossa humiliata. Per ossa uero humiliata, fortitudo car

nis &

Tria bona penitētu conueniunt.

Luc. 7.

Ioan. 8.

Luc. 23.

Matt. 25.

nis & uires corporis intelliguntur, quæ cum humiliatę contritæ, mortificatæq; fuerint ex suscepta pœnitentia, hominibus exultationem in ea die pariunt, quãdo personabit & audietur uox illa

Ibidem. suauissima Venite benedicti, & possidete regnum. De qua sic scri

Psalm. 83. bit alibi propheta Cor meum & caro mea exultauerunt in deũ uiuum. Carnem suam sentit edomitam spirituiq; subiectam. Certitudo uero rei facit, ut quod alibi futurũ dixerit, hic uelut iam prę teritum enunciet. Tunc enim unusquisq; bonus & electus impletum esse comperiet, quod ante secum animo reuoluit, & certissimo

Psalm. 121. cum gaudio dixit Lętatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Ibimus in domũ illam sanctam, & beatam cœlestem Hierusalem: & tunc exultabunt ossa humiliata. Vt au-

Ossa triplicia. tem quęnam sint ossa fusius expromamus, triplicia notabimus. Naturalia sanctorum ossa, quorum animæ cum deo regnãt in cœlis: cęterum ossa eorũ multis modis contemptibiliter excepta sunt ab infidelibus in terra. Quot dehonestamẽta, q̃ uaria turpitudinũ genera corporibus, & martyrum ossibus excogitauere tyranni? quot ossibus inquinamẽta parabant? q̃ indignis & absurdis uijs ea fœdare uastareq; uolebant? Igne, aqua, terra, in horum perditionẽ abusi sunt: multa beluis, plura uolatilibus abiecta sunt. Nũ quid ossa Ioannis Baptistæ prius facinorose respersa per agros, inde facinorosius aggregata, incendio sunt tradita? Multorũ itidẽ corpora, multorum ossa uel incensa, mersa, sub dio miserandũ iacentia, luto, sterquilinijs, sordibus, cloacis abstrusa, gumphis, uncis, latrinis appensa, nullis non ludibrijs affecta, semper inuenustissime tractata. Sic humiliari sperniq; consueuerunt in terris ante iudicij diem, ut tunc inuenirent meliorem resurrectionem. Tunc exultabunt hæc humiliata despectaq; cadauera, tunc exultabunt ossa ut uisa sunt hominibus abiectissima: sed tunc, tunc exultabunt, quãdo filios suos electos & amicos intimos dominus

Luc. 15. indui stola gloriæ iubebit, dicens Proferte stolam primam, & induite illos. Cui dicto audientes erunt angeli, quorũ ministerio

1. Cor. 15. resurrectio suprema complebitur. Canet enim tuba nouissima &

omnes

, omnes quidem resurgemus in momento, in ictu oculi. Nos autẽ 1. Cor. 15.
, immutabimur, cum mortale hoc induerit immortalitatem. Et tũc
, animo corporeq; gloriosi cum sint, fulgebũt sicut sol in regno pa= Matt. 13.
tris: immo fulgore suo solis radios atq; omnem lucem non ęter=
nam obscurabunt, suo gaudio cuncta mundi precia cõtẽptissima
monstrabunt. Deinde signare possunt ossa, uirtutes animi: quæ
sunt animo, quod ossa corpori. Corpus ista fulciũt, roboreq; suo
supportant: & animum illę sustentant, erigunt, & in statu suo cõ
stabiliunt. In hac uita plurimum humiliantur hæc ossa, dum assi=
dua tẽtatione diabolicis insultibus & carnis impugnationibus im
petuntur. Ita castitas sæpe periclitatur per carnis illecebras, so=
brietatem oppugnat gula, uincitur humilitas a superbia, charitas
ab inuidia trucidatur, liberalitas auaritiæ cedit, diligẽtiam torpor
excludit, modestiam ira perimit, & uirtutem aliam aliud uicium
, enecat. Qua re propheta grauatur inquiens Conturbata sunt Psalm. 6.
, ossa mea. Et exemplar patientiæ Iob Omnia (inquit) ossa mea Iob. 4.
, perterrita sunt, uirtutes omnes quæ intra me sunt, perterritæ con=
turbatæq; sunt, cum peccatorum aduersantium senserint insultũ.
Q. Vicia nanq; grauiter in uirtutes insurgunt, ut eas expugnent, ut
Q. eas strangulent, mactent & deperdant. Vnde scribitur in psalmo
, Multæ tribulationes iustorum. Reuera multæ sunt, multæ tenta Psalm. 33.
tiones & perturbationes animæ, quatenus unã luxuria suggerit,
alteram superbia ministrat, aliam auaritia suscitat: ut nullum fere
tẽpus sit, quo non aliquod uiciũ hoiem inuadat. Nam facessente Tẽtatio mul
immiti tentatione unius, statim altera tentatio truculẽtior incessit. tiplex, impor
Et ut plene dicam, tentatio tam est importuna, ut a nobis uix a= tuna, dubia,
moueri possit: amota sæpe redit, & quasi continue inquietare non subita, occul
desinit. Tam dubia, ut animum tanta ambiguitate nõnunq̃ in= ta, violenta,
uoluat, ut quid certum tenere debeat, plene discernere nesciat: tam fraudulenta,
subita, ut iudicium rationis pręueniat, ita ut mens quasi quodam perplexa.
impetu pręuenta, insidias pręuenire non possit: tam occulta, ut
aliquando non discutias aut internoscas, utrũ bona res sit an ma=
la: tam uiolenta, ut uix aut nullo modo humana superari possit

industria, quæ hominem interdum ita fatigat, ut tali malo tamq̃
duro (nisi diuino opitulamine) non ualeat omnino resistere: tam
fraudulenta, ut animum interim ita seducat, ut in ęstimatione fal-
sa se figat: falsa pro ueris accipiens, & bonum quod uere est malũ,
atq̃ malum quod reuera est, bonum iudicans: tam perplexa, ut
plerunq̃ quo se uertat, aut hinc qualiter euadat, prorsum nesciat.
Iob.7. Nimirum tota uita hominis tentatio est, potans, edens, orans,
ludens, sedens, laborans, ieiunãs, uigilans in tentationem incidit:
sed ne dormiens quidem illã euadit, quam tunc per uarias illusio-
nes incurrit, quæ per somnum se fraudulenter insinuant, & tam
fœde tamq̃ abhominabiles sæpe sunt, ut ab his uir bonus abhor-
reat, illarum meminisse tędeat, tędeat in immensum q̃ se tam mi-
ris modis importuna tentatio uexet. At tu, tu qui confidis domi-
1.Pet.5. no noli timere, curam hanc omnem abijce, forti animo esto, resi-
ste fortiter in fide: quia q̃diu te molestant & sine cõsensu tuo flu-
ctuant, peccatorem non efficiunt: nec ita pręualebunt, si tu q̃ in
te sit reniti uelis ut te superent: nam quod erit supra te, deus ipse
pręstabit. Memor idcirco dicti Iob. Vita hominis tentatio est su-
Iob.7. per terrã. Iam ex his uides, q̃ assidue toto agmine insurgũt aduer-
sus uirtutes uicia, ut eas perimant. Habent tamen iusti cur gaude-
Psal.33. ant, quandoquidem de omnibus his liberabit eos dominus. Ni-
hil solicitus sis aut perplexus, tantum (quoad potes) elabores, ut
cooperator deo sis. Vides enim ut uicia ad uirtutum perniciem in-
Ibidem. siliant, sed audis De omnibus his liberabit dominus. Gaudebũt
aũt iusti molestijs his & contumelijs affecti, nõ immemores q̃ ex
his medijs aliquando recipiendi sint ad amplam quietudinem &
perpetuam, Sciunt se laborandos, ac sciũt se seruandos ab eo qui
seruabit in pręsenti, ne per peccata gratiam amittant: & in futuro
post tot opera meritoria, tam strenue gesta, tot heroica facta, post
tot labores, post tot cruciatus & agones, in ęternam cœli requiem
Act.14. introducet: quia Per multas tribulatiões oportet intrare regnum
dei. Per multas tentationes, aduersitates & pericula comparatur
ęuiternitas. Quisquis es christianus, in his omnibus spera in do-
mino:

mino: dei protectionem, dei adiutorium interpella: quippe custo dit dominus ossa eorum, unum ex his non conteretur. Ossa dicit, non quae corporis, sed quae sunt animae: sunt autē uirtutes, in quibus robur mentis habitat, quae uera sunt ossa fidaq; firmamenta fidelium. Sicut enim ossibus caro, sic uirtutibus anima sustinetur, quas dominus ita custodiet integras & illęsas, ut nec una ex his cō teratur, ut earum nulla per tentationē excidat aut deficiat, ut nulla iam indonata recedat, nulla pereat, in obliuionē nulla deueniat, ut non apex aut iota minimum actionis studiosę irritum uel inane praetereat. Custodiet uirtutes dominus, ut uicijs superiores esse possint: ut patientia caeteraeq; uirtutes iniurijs non uincantur, nec a contrarijs uicijs opprimantur: aut si quā tentatione contingat infringi, conteri tamen in totumue perire non permittet, sed ad repugnandum accinget, ut a uirtute (cadente peccato) uictoria stare debeat. Victoriam uero sequitur triumphus, per quem exultabunt ossa humiliata: cum dominus uita defunctis uir[illegible]tum merita fusius instaurabit, ac demum ęternae gloriae pręmio coronabit. Significabūt ergo ossa humiliata, merita uel opera bona quae pręcesserunt, & per peccatum insequens humiliata, deiecta, uel dissipata sunt, adeo ut ad tēpus non sint accepta deo. Quare sub persona peccatoris propheta sic deplorat Dissipata sun[illegible] ossa mea secus infernum. Virtutes quibus ornatus eram, & [illegible]erita quae foeliciter in medium attuleram, sub ingressu pręsentiaq; peccati dissipata sunt: peccatum quod nos trahit ad infernum, umbram inferni gerit, & paruus appellať infernus. Nec immerito cū neutrobiq; unq̄ cōtingat ulla quies. Atq; hinc est q̄ ꝓpheta sic cōquerať Dissipata sunt ossa mea secus infernū. Ac si diceret. Virtutes opressae cōculcatęq; sunt, merita dissipata ꝑ pc̄ti uiciniā, ꝑ malicię p̄sentiā. At si poenitenti pręterita peccata doleant & frigere coeperint, uirtutumq; studia reuiuiscant, exultabunt ut prius ossa humiliata. Nunc ergo beneuole christicola, nūc totius uersus intellectum ab initio paucis accipe. Si tu domine deus (ait poenitens) dederis auditui meo gaudium ob remissionē peccatorum, si lętitiam ex spe

Psalm. 33. Exponitur.

Nulla uirtus caret mercede sua.

Psal. 140. Exponitur.

Ibidem.

Quā ingens gaudiū e uirtute memorata consurgit.

futuræ ęternæ uitæ semel dederis, exultabunt ossa humiliata: tan tum in me feruebit tuæ antiquæ bonitatis suaue desyderium, ut quæ uirtutes ac merita per peccata ceciderunt, reuocentur ad fontem, reuocentur ac restituantur integritati pristinæ. O q̃ magna est hæc exultatio? quanta suauitas interna? q̃ ingens gaudium, cũ talis innouatio fiat in corde pœnitentis? Si multum homo, si multum gaudeat inuenta re preciosa quam amiserat, quanto magis est gaudendum bonorum operum animiq; resumpto thesauro? cum hic clarus & ęternus, illa fragilis & fluxa sit? hoc dei donum, illud fortunæ ludibrium. Si nescias quomodo sit gaudendum acquisito uirtutis thesauro, uel ubi perdideris, reaccepto: te doceat mulier

Luc. 15. Exponitur. quam dñs in parabola proponit imitandam. Illa decem drachmarum quas habuit, unam amiserat: & accendens lucernam, euertit totam domum, quærẽs diligenter donec inueniat eam. Et cum inuenerit, conuocat amicas & uicinas dicens. Congratulamini mihi,

Gaudium comitat gratia quia inue[illegible] drachmam quam perdideram. Hæc drachma, gratia sancti spiritus est, quam quisquis es o homo si pecces, amittis. Lucerna quam mulier accendit, est fides, per quam si probæ mulieris exemplo, quale bonum per peccatũ amiseris, quantamq; iacturã feceris aduertas: mouebere cũ ea simul ad requirẽdam gratiã illã: nec cessabis [illegible] nec inuenias, inuẽta gaudebis, & gaudẽs cõuocabis amicos, ut un[illegible] tecum gaudeant: conuocabis bonos ac iustos homines, uel qui tales exemplo tuo fieri possunt, ut similiter ad sanctam uitam & spirituale gaudium annitantur: & conuocatis aies Congratulamini, congaudete mecum, ꝙ gratiam quæ mihi perierat, inuenerim: & uos ut itidem inuenire, inuentaq; gaudere uelitis, adhortor: quæ, ossa humiliata recreat & exultare facit, im-

Luc. 15. Exponitur. mo totum hominẽ beatæ conditioni restituit. Ita dico uobis Gaudium erit in cœlo coram angelis dei super uno peccatore pœnitentiam agente, magis q̃ super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Non imputat deus errores pristinos quærenti gratiam, sed gratis condonat & applaudit ad nouę uitæ studium recurrẽti, Chorus autem angelorum congaudet bonitati diuinæ, uolens id gaudium quod experitur in se, cæterorum omnium esse

commu-

commune. Peccator uero resipiscens, ad numerũ beatorum accedit, & eorum gaudium intendit. Quapropter gratiam istam sequente uersu propheta sedulus implorat, & peccata quæ donandam illam impediant, optat aboleri dicens. AVERTE FACIEM TVAM A PECCATIS MEIS, & omnes iniquitates meas dele. Auerte faciem tuam non a me domine, sed a peccatis meis: ea des obliuioni, ea uidere noli, noli intueri, noli memoria tenere, ut supplicio reserues, quia ante faciem meam ego pono, ut pœnitudo sequatur: quo modo si homo aduertat peccatũ suũ, deus auertit faciem suam, ne puniat ulterius, qui seipsum anteriore pœnitẽtia castigauit, ne uindicet in eũ qui pœnas de se sumpsit. Puniendum autem omnino peccatum uel a te, uel si tu prætermittas, a deo. Si nescis, exemplis edisce. Quare e paradiso primos parentes deus eiecit? cur mundum diluuio perdidit? quare Sodomorum ciuitates incendit? an non exigente peccato? Vt quid Pharaonem cum exercitu mari rubro demersit? an non exigente peccatorum grauitate & indurato corde? Cur Iudæos quoq; populũ electum, cuius gratia tam ualidum suæ potentiæ brachium in Egyptios exeruit, in deserto tamen a se repulit: nonne peccatum in causa fuit? ingratitudo & obliuio accepti beneficij? Quare Assyriorum, Caldeorum, Persarum, Macedonũ, Carthaginensium, & Romanorum regna suo quodq; ordine subuertit? An non ob scelera tam iniquamq; uitam & peccatis onustam? Cur Hierusalem etiam orbis metropolim? cur in ea templum augustissimum subuerti permisit? an non ut flens ante uaticinatus est, q peccare non desiuerit, neq; cognouerit diem uisitationis suæ? Ne mireris q in terris uindictã exercuerit, q ab hominibus pœnas ob peccata sumpserit, qui nec ipse sibi pepercit, ut corpus peccati tolleret. Cur carne nostra uestiri? cur in cunis uagire, humano more flere, iugi labore, studio, doctrina fatigari? Cur hostibus a discipulo suo uẽditus tradi? cur ab aduersarijs capi, ab indignissimis homũcionibus plagis addici, morti iudicari, a scelerosissimis ministris impie uinciri, flagellari, coronari spinis, affigi cruci, crudelissime mori uoluit? An nõ

Versus decimus.

Ōis calamitatis origo peccatum.

1. Pet. 2. ut peccatores redimeret? ut extincto peccato gratia regnaret? Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati sumus. Cur omnes denique qui statuētur a sinistris in ipso uniuersali iudicio condemnās, abire iubebit in ignem ęternum, qui paratus est diabolo & angelis eius? An nō ob immisericordiā & peccata per pœnitentiam nō deleta? Cur misericors deus, benignissimus rex, & pater clementissimus homninem damnat? cur ad inferna detrudit? Ob peccatum, ob peccatum. O peccatum igitur inuidiosum & detestādum omnibus. O peccatores insanissimos si uelitis adhuc impœnitētes esse. Conuertimini, conuertimini ad deum, & cum propheta clamate Auerte faciē tuā a pc̄tis meis. Timor magnus & ingēs tremor prophetā incessit, cū adhuc incertus esset, qualiter in sua peccata deus animaduerteret. Quare deum inclamat Auerte faciem tuā a peccatis meis. Trifariam deus faciem habere legitur, seu mauis uultum: quem uarijs hominum generibus totidem modis ostendit. Misericordem, gloriosum, & iratum: ut sicut homo quiuis ex una facie quam natura dedit, diuersos uultus prout res, tēpus, & persona postulant, edere solet: ita deus huic hilarem, gratum, & clementem, illi [illegible]tricum, minacem, & iracundum: alij clarum, gratiosum, & glorio[illegible] uultum offerre cum uelit, tum possit. Vultus ille misericors & pla[illegible]dus, pœnitentes aspicit, quorum unusquisque mitissimo patri supplex ait Ne auertas faciem tuam a puero tuo, sed pœnitentem respice: pœnitenti clemens esse perseuera. Hoc uultu Christus Petrum in atrio respexit, quādo post trinam negationem & tegiuersationē ad sui memoriam rediens, fletu, singultu, ora dissoluit, & lachrymis genas & pectus oppleuit. Isto Mariā Magdalenam est intuitus, quādo pœnitudine ducta ad Christum introijt ut pedes lauaret lachrymis & capillis tergeret. Et si non isto uultu totum mundum aspiciat, omnes una peribunt. Nam si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Vultum trucem, sęuum & immitem, malis & pestiferis moribns exhibebit: de quibus illud scribitur Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de

Margin notes: Triplex facies dei. (beside "catis meis. Trifariam") — Psalm. 68. (beside "tissimo patri supplex") — Psalm. 129 (beside "totum mundum aspiciat") — Psalm. 33. (beside "bus illud scribitur")

perdat de terra memoriam eorum. De quo uultu propheta pertimuit quando dixit A facie iræ tuæ non est pax ossibus meis. De cuius iam enarratione supersedebimus ꝙ ampliorē alibi & in suo loco fecerimus expositionem. Vultum gloriosum ostendet beatis in cœlo pro quo rogat qui dicit Ostende faciem tuam, & salui erimus. Hic Moses uidere cupiebat, quando aiebat Domine ostende mihi faciem tuam. At non hic sed alibi, uisendam affirmauit inquiens Non uidebit me homo & uiuet. Propheta uero probe satis intelligens, sibi non posse hunc gloriæ uultum in cœlis ostēdi, nisi deuitatis offensis illū misericordem ante meruerit in terris, ait Auerte faciem tuam a peccatis meis. Eam hic mihi gratiā infundas, ut peccata declinās, primo misericordiam obtineam, qua duce pœnas ęternas effugiens, ad gloriam ęternā peruenire possim. Et oēs iniquitates meas dele. Dele de memoria tua, ne recorderis iniquitates & peccata mea, neq; uindictā sumas de peccatis meis. Dele domine, dele peccata. Nam tu per prophetam tuum promisisti Quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nō recordabor. Ego domine nūc ingemisco, ego doleo, ploro. Doleo ꝙ unq̄ te offenderim, doleo quod leges & mandata tua uiolarim, doleo ꝙ unq̄ tibi displicuerim. Nunc enim q̄ periculosa sint peccata scio, angustias peccatorum sentio; conscientiæ nunc aculeum, morsum & grauamen intelligo, quod homo interior resipiscens de iniquitate suscipit. Tu ergo domine qui scis dolorē meum, tu qui scis afflictionē cordis intimā pro peccatis acceptā, dele iniquitatem meam: dele offensam, remitte peccatum, purgato scelus ne patiaris ultra puniri: quia nemo scit quantus in me dolor extiterit, ꝙ offenderim sic misere maiestatem tuam, nisi tu solus, qui cor intueris & dolorem internum aspicis. Tu ergo tu dele iniquitates meas, omnes dele. O quantus dolor in hoc rege, in hoc propheta pœnitente fuit qui tam iugem petitionem, tam frequēs desyderium deo porrexit, ut haberet remissionem peccatorum? Supra in pręsenti psalmo singulariter orabat Dele (inquiens) iniquitatem meam, hic pluraliter enuncians, orat ut omnes iniquitates deleat

Psal. 37. Quantū desyderiū uidēdi faciem dei. Psal. 79. Exod. 33. Ibidem. Internū prophete desyderiū proremittendis pctis. Ezech. 18.

deleat. Ibi peccatum in genere nominabat, hic ſimul omnia dicēs Omnes iniquitates meas dele. De ſingulis hic peccatis ueniā ex= ,
orat, qui ſe multipliciter agnoſcit deliquiſſe. Omnia dele peccata, dele mortalia ſimul & uenialia. Dele parua pariter ac magna, præ ſentia, præterita, futura, omnia dele. Malas dele cogitationes, dele loquutiones iniquas, dele prauas operationes, delectationem & omnem peccandi conſuetudinē dele: omnes iniquitates meas de= le. Sic oro deleas, ut mihi neq; hic neq; in poſterum imputes. Ita dele, ne conſcientiæ uermis ultra corrodat, ne cōſcientia mea mihi

Bernar. metuat, ne remurmuret. Nulla eteni eſt pœna ad pœnā remorſus ,
conſcientię, ut affirmat Bernardus. Si cōſcientia non bene habeat, ,

Tumultuose clamātis cō= ſcientie.

nulla quies, nulla tranquillitas, nihil gratum, acceptabile nihil. Si conſcientia ſit inquieta, nihil placet homini, non cibus aut potus, nō ſomnus eſt ſuauis illi. Grauata conſcientia diuitiæ nil niſi pauper= pertas, gaudium nō aliud q̄ mœror, honor miſeria, ſalus ęgritu= do, ſpes diffidentia, uita deniq; mors. Quomodo cōſtare poteſt externa uoluptas, ſi non adſit interna? quū non eſt ulla menti cōſo latio, quando quis in deſperationem adigitur, magis damnari ti= mens, q̄ ſeruari ſperans? Quale ſolatium exterius, ubi peccati tor= mento quis intus affligit̄, tanq̄ ſi in orco quodā foret? Rex iſte, rex iſte grauaminibus his internis adeo perturbatus, non potuit ſe cō tinere, quin clamaret ad dominum pro ſolacio Omnes (inquiens) ,
iniquitates meas dele. Sic precatus, non ſolū huius tam humilis ,
ac modeſtę petitionis urgentiam declarauit, ſed & oēs peccatores terræ edocuit, ut & ipſi ſimilem orandi formam ediſcerent, ut talē petitionem ac ſupplicationē deo pro remittendis peccatis ſedulo porrigerent, crebro cū propheta inculcantes Omnes iniquitates T.
meas dele. Singulis ego peccatis ueniam expetens, oro nunc ori= T.
ginalem, actualem, uenialem, mortalem, pręteritam, præſentem & futuram culpam, ut abluas: ut cogitationem, loquutionem, ope rationem & conſuetudinem, ſicubi uiciata fuerit, emēdes: & ſi qua alia uia tibi domine diſplicuerim, tu me mihi reſtitue, tu me tibi re concilia, quo uidere poſſim aliquando faciem illam ſuauiſſimam,

faciem

faciem gloriosam, & omnigeno gaudio plenam. Tot (ut audistis) modis cum deo propheta pœnitens egit, ut peccata sua deleret, & iniquitates omnino tolleret: nunc ceu partem alteram huius psalmi subijcit, in qua mundiciam primo cordis exquirit, subdens

Vers. 10.

cor mundu.

Versus undecimus.

, COR MVNDVM CREA IN ME DEVS, ET SPI- , ritum rectum innoua in uisceribus meis. Quia non sufficit omnia V. peccata deleri, nisi fontem etiam unde manare solent, expurges. V. Fons & origo malorum cor est. Cor caput & principium est uirtutis pariter ac uicij. Si mũdum sit, uirtutem procreat, & totum hominem mundum efficit: sin immundum, uicia producit, & totum hominem reddit immundum. Ideo non satis esse credidit propheta prudens, ut peccata deleãtur, nisi cordis mundicies simul accedat. Quippe licet hodie peccata remissa sint, cras fortasse recides: si cras etiam remissa sint, casum iteras: quotiescunque remissa, cadere non cessas: quotidianam remissionem, casus quotidianus insequitur. In causa est caput infectum, quod totum corpus inficit: fons corruptus, totũ riuũ aut fluuiũ corrumpit: origo mala, in malos exitus festinat. Cor autem ut diximus caput, fons, & origo est tam boni q̃ mali, uirtutis & uicij, ut tute paras illud & componis. Illud mundum, purum, & incorruptum habeto, & [illegible] corruptus esse non poteris: illud si pollutum habeas, tu quo[illegible] pollutus & prauus abibis. Quocirca cordis mundiciem propheta frequens inuocat dicens Cor mundum crea in me deus. Ne sinas ut peccandi uo, luptas cor meum attingat. Nam ista peccati concupiscentia cor impurat, & sterquiliniũ, sentinam uitiorum, cloacam abhominationum, infernalium porcorum haram facit. Cordis ergo, cordis mũdicies in primis habenda, quæ mundat omnia, uitãdæ sordes quę cuncta polluunt, quæ causæ sunt malorum omnium. Id a Christo quod Iudæi noluerunt, tu christiane discito. Volebant illi ne quis cibum aut potũ manibus impuris uel illotis caperet: ne quis a foro reuersus & in promiscua turba uersatus, antea manducaret q̃ abluto corpore. Volebãt etiam ut subinde lauarentur urcei, pocula, gramẽta, sellę, lectice, cæteraque suppellex: ut hęc si quis omisisset, uiolatę

Cor origo et boni et mali.

Iudei nullã mundiciã esse nisi corporis arbitrati sũt.

sisset,uiolatæ Mosaicæ legis reum agerent. Discipuli uero cũ hæc ut friuola superuacaneaq; non adeo contemnerent,q̃ rebus serijs, quibus erant intenti pro tempore posthaberent: illi præceptorem in discipulis accusant & suggillant, ꝙ eos toleraret negligere con=
Matt. 15. stitutiones patrum. Quare (inquiunt Christo) discipuli tui trans grediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Christus non ferens tantã de re nihili criminationẽ, illos atrociore recriminatione percutit in hunc mo=
Ibidem. dum Quare uos transgredimini mandata dei propter traditionem uestram? qua fronte qui leues & superstitiosas res tanti facitis, ob eas præceptum dei uiolatis? Curiose corporis mundiciem obser=uatis, mundiciam animi non curatis, quę tamen ante uidẽda est, tũ corporis ut decorum postulat non negligenda. Lauandas ma=nus poscitis, quasi illotæ, cibum aut hominẽ cõtaminent, ad ope=ra non respicitis, quæ totum hominem occidũt. Vnde fit ut festu=cam uidentes, ad trabem conniueatis: rem paruã tam anxie corri=gi uelitis, & magnã pretereatis incorrectam: ut truncum maximũ trãsilientes, ad uerbenã uel stramen impingatis.
Ibidem. Non (ut uos cre=ditis) quod intrat in os,coinquinat hominem,sed quod ex ore pro cedit, hoc coinquinat hominem. Nam quæ procedunt ex ore,de
Ibidem. corde exeunt, & [illegible] coinquinant hominem. De corde enim exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fonicationes, furta,falsa testimonia, & blasphemiæ. Hęc sunt quæ coinquinant hominẽ, quæ de corde, non aliunde deriuantur. Illic fontem suum habent noxiæ cogitationes,corde concipiuntur, corde gignuntur, & tanq̃ affectu cordis educantur, donec adolescant & ex ore prorumpãt, uelut e putri cloaca pestilens halitus: ut declarent hominem im=purum, & afflatu contagioq; suo etiã alios impurent. Siue dæmon immittat siue malus homo sibijpsi formet, hi cordis proprij par=tus sunt: uel quia dęmoni cõsentit, uel dum sibi proprium fœtum effigiat. Quàm pestiferæ corruptiones istę sunt, q̃ nefanda sunt inquinamẽta ex humano primum corde profecta,quibus corpus, cor, anima, quibus totus homo commaculatur & corrumpitur.

Si non

Si non per os prodeant, tamen impurum reddunt & obhominandum oculis dei: prodeuntia perdũt, & immundum mundo prostituunt. Porro siue lotis manibus siue illotis cibum accipias, modo ad usum naturæ accipias, non facit hominem immundum. Nec potus ex illoto calice sumptus impurat hominem, modo sumas ad usum non ad luxum. Cætera uasa habere illota, non conspurcat animum hominis, ut nec habere lota puritatem addit. Corporalia sunt hæc, solum corpus afficiunt, animum non lędunt aut iuuant, nisi quis abutatur. Vt autem abutaris, non fit ciborum uicio, sed tuo quisquis abuteris. At ea qui puri sunt non exhorrent, modo quę sunt animi pręlata sint. Sed Iudęi qui domino moliebãtur insidias, insultabãt ꝙ discipuli grauioribus rebus attenti, non hæc præcipue respicerent. Insultabant undiq; purissimo Christo, qui mundiciam foris dũtaxat habebant maculis intus oppleti, qui puritate externa internam turpitudinem prętexebant. Insultabant iustissimo uerissimoq; domino, & discipulis spectatæ iustitię sectatoribus, quorum omnis iustitia coram hominibus erat sub oculis eorum simulata. Bene merenti maledixerunt, obtrectabant famę proximi, iniuriã inferebant: ita gloriæ suę consulebant, ut inuiderent gloriæ dei, calumniantes opera diuina: & tamen ꝙ manus lauerint, pro mundis haberi uolebant. Quibus dominus, qui mundiciem querit internam, ostendens ꝗ præposterum esset hoc sanctimoniæ genus lotas habere manus, & mentem ac linguam habere tot sceleribus inquinatam respondit Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt munda erũt. Mũdiciam interiorẽ, ut comes indiuidua sequitur externa: qua si careas, externa nihil proderit. Igitur quod intus & in corde est, aut uere purum est, aut uere impurum. Quod inde prodit si bonum sit, mundum facit hominem: si malum, inquinat. Neq; peccata plene deleri possunt, donec cor unde prodeunt, uere mundatum fuerit. Proinde cor mundũ a deo sibi dari propheta postulat Cor mundum crea in me deus. Quod pijs misericordię operibus magna ex parte perpurgatur. Id quod euangelista etiã testatur ubi ait Date eleemosynã & omnia mũda

sunt uo=

Pharisaica mundicies.

Matth. 23

Luc. 11.

Luc. 11. ſunt uobis. Sed quid eſt quod ait Date eleemoſynã, & omnia mũ
da ſunt uobis? An nõ huc ea ſententia ſpectat? Nempe ſi probabi
lis ſit, e corde uenit eleemoſyna. Si ſtipem manu pauperi porrigas
neq; corde tuo miſerearis ęgenti, nihil eſt quod facis. Sin facilem
animi candorem & miſericordiam in corde paratam habeas, non
Hypocritarũ mundicies. habens qd' eroges: eleemoſynam acceptã deo facis. Verũ illi ini=
qui & hypocritæ mundiciem ſolum extrariam introſpiciunt, intra
neam non conſyderant. De quorũ numero fuit ille phariſęus qui
dominum inuitans, rogabat ut apud ſe manducaret & conuiuium
Luc. 7. ſumeret: ubi cum accumberet, mulier quæ erat in ciuitate famoſa
peccatrix, ut cognouit q clementiſſimus Ieſus (qui nullum a ſe re
pulit, quin peccatis omnium promptiſſime medicaretur) illic eſſet,
ſibi diſplicens ob indignitatem præcedentis uitæ, ſed immenſa Ie
ſu benignitate freta, ſurreptat ad ędes phariſęi, ſecum afferens de=
licatum uaſculum, quod ob leuorem uocãt alabaſtrum unguenti
precioſi plenum: & retro ſtans, ad pedes tandẽ prouoluta, lachry
mis irrigare cœpit pedes eius, capillis tergere, oſculare, & unguen
to ſuauiter ungere. Vt quibus corporis ſui partibus ad uoluptatẽ
ante fuerat abuſa, nunc inſtrumenta pietatis & obſequij faceret.
Nota. Phariſęus inuidens, qui mulierculę tãta ſe modeſtia deijcienti, &
tot indicijs teſtanti prioris uitę pœnitudinem fauere debuerit: quẽ
tantã Ieſu manſuetudinẽ nullum ab ſe repellẽtis oportuerit admi
rari, mouetur ad utriuſq; calumniam, ſic intra ſe dicens Hic ſi eſſet
Ibidem. propheta, ſciret quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia pec=
catrix eſt. Hic erat faſtus falſæ iuſtitiæ, fictæq; mundiciei, quæ fo
ris apparet, cum non ſit intus in corde: ſed ibi ſit iniquitas, ibi ra=
pina, ſcelus, impietas. Exiſtimabat phariſęus illũ Ieſum polluti cor
poris attactu cõtaminari: ſanctos enim hoĩes pollui credebat, ſi
cum peccatore uel colloquiũ haberẽt. Arbitratus eſt Ieſum neſciſ=
ſe fœmellam impudicã, q eam a ſe nõ repelleret: quę ſi ueniſſet ad
ipſum phariſęum, ſola carnali ſuperſtitione iactuoſum repulſa, cũ
ſputo, flatu, & omni ignominia fuiſſet abiecta, ne mundum tan=
geret aut contaminaret immunda. Quod cum non faceret pientiſ

ſimus

ſimus Ieſus, ſed eam ſuis pedibus ſineret aduolui, cum indigna digne cenſuerit accuſandum. At ueriſſimus & clementiſſimus medicus parabile medicamen habuit, ęgroto uenienti patefecit acceſſum, facilis & affabilis omnino fuit, quęrenti medelam nunq̃ ſe ſubtraxit aut uultum auertit: cõſcia mulier animoq; defeſſa, talem eum eſſe certo credidit, & in quo ſpem totam ſitam habet, ei uulnera cõſcientiæ manifeſtat, opem humillime poſcit, cuius amorem optabat eum deperire cœpit, & in qua fide quærit, eadem ſanitatẽ obtinet. Sic hęmorrhouſa duodecim annos ſanguinis profluuio laborãs, ſolida fide ſpeq;, qua ſeſe iam attactu fimbriæ ueſtimentorum Chriſti ſanari poſſe nõ dubitauit, eſt integrę ſaluti reſtituta: ut inde colligimus deum ſemper acquieſcere uelle uoluntati, quam proba uita fide roborat, tam in animæ q̃ corporis conquirenda ſanitate. Quod dñs Iudęos edocuit, in quibus integram fidem, bonam uoluntatẽ, & puram uitam exigebat: non item puritatem corporis aut partium eius: quia Quod intrat in os non inquinat hominem, inquit, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Dictum iſtud ſi introſpicias, inuenies os duplex in homine. Corporale capitis, de quo poteſt quod præmiſſum eſt intelligi: quod intrat in os non coinquinat hominem. Intrant cibi, qui non coinquinant Quia ſunt omnia munda mundis. Res omnes, omnes creaturæ, omnes eſcæ purę ſunt, omnes mundæ, ſanctæ, puris, mundis, & ſanctis hominibus. Vt Iudęis res quædã eſſent inhibitæ uelut immundę, figura fecit: qua ſingula fere Iudęorum facta futurum quid portendebant, aut abditum & ſecretum includebant, iuxta illud Omnia cõtingebant illis in figuris. At chriſtianis quibus diſcuſſa uetere nube figurarum lux ueritatis emicuit, eædem res licent citra ſcrupulũ, ſi ſubſit moderatio, ſumendę. Nos enim chriſtiani non eadem umbra literæ ſumus impediti neq; detenti, qua iudæi: ſed uiuido ſpiritu renati nouiq; facti, quo cuncta perſpicue cernamus. Nobis euanuit umbra, nobis ueritas eluxit, elemẽtaris ſeu literalis obſcuritas, qua Iudęi uelut obuĩcti cęcutiuerũt auolauit: ubi nobis chriſtianis libertas ſpũs ſpiritualẽ ſenſum

Mulier hemorrhouſa.
Matth. 9.
Nota.
Matt. 15.
Os duplex in homine.
Titum. 1.
Exponitur.
Cõſciẽtia ipura oẽs actiones impurat.
1 Cor. 10.

clare demonſtrat. Non eſt nobis quale Iudęis iugum impoſitum.
Illis iugum atrox & amarum, ſuaue nobis: illis onus importabi-
Matth. 11. le, nobis leue: ſecundum quod Chriſtus ait Iugum meũ ſuaue eſt,
& onus meum leue. Non ſumus ergo nos autore Chriſto premen-
di iugo Iudęorum, ſed ſuauiter inuitandi. Nec ſumus aut nõ eſſe- Z.
mus quidem immundi uelut illi, uel infidelis populus, ſed mũdi, Z.
ſed puri, quibus in ea conditione perſiſtentibus omnia munda fo
Rom. 14. rent, ut Apoſtolus ait Omnia munda mundis. Omnia munda,
omnia ſyncera, omnia ſancta his qui mũdi ſunt, qui ſynceri, & qui
integri & ſancti ſunt, & omnis creatura dei bona eſt, nihil abijci-
endum quod cum gratiarum actione percipitur, quod pie, reuerẽ-
ter & moderate ſumitur. Sed infidelibus, ſed malignis peccatori-
bus, qui ſunt immundi, nihil eſt mundum, nihil purum, nihil de-
corum, nihil ſanctum aut impollutum. Nã toti polluuntur, ſor-
deſcunt toti, corrupto corde ſunt, animo fœdato, mentis obſcœ-
Pſalm. 13. nę Corrupti ſunt & abhominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: cor-
rupta uoluntate, maculoſaq; conſcientia. Cortuptela uero conſci-
entiæ, quicquid attrectant aut contingunt, inficit: ut illa Leuitici
Leui. 11. ſententia monſtrat. Quicquid tetegerit immundus, immundum
erit ei. Corrumpit eleemoſynam, quam manus impia præbet, ora
tionem corrumpit, quam os feculentum fundit, ſacrificium quod-
uis ingratum efficit, quod e corde naſcitur improbo, quod inhu-
Oſee. 9. manus peccator offerat: uti docet Oſee Non placebit ei ſacrifici-
um eorum, immundos peccatores intelligens: quorũ omne opus
deo atq; diuis male olet, ſua ipſorum iniquitas diſturbat & inuer-
tit omnia: ut quod de ſe bonum ſit & honeſtum, peccatis ipſorũ
fiat inuenuſtũ & improbum. Iam peccator heus tu peccator igno-
ras te? An te deo dare uerba poſſe putas? an non cogitas excuti-
endum eſſe peccatum, quod opera cuncta ſic tibi perdit & annihi-
lat? Excute peccator excute peccati iugum, quod merita quoq; tua
ſi qua prius habueris, in obliuionem adducit. O peccator, conſci-
entiæ ſordes expurga & depura, ut cum purus ſis & immaculatus,
Titũ. 1. omnia ſynceriter & pure facias, ut omnia ſint tibi munda. Mundis

enim oĩa

enim omnia munda. Quemadmodũ si quod interius est immundum sit, quod foris est mundum esse uero iudicio non possit: ita si quod est intraneum sit mundum, qualecũq; forinsecum erit pro immundo sic haberi non debet, ut hominẽ impuret. Cui cõsonat quod a Christo dicitur, & superius recitatur Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore. Vbi Christus nõ de illo corporeo capitis ore, sed de spirituali cordis sensisse intelligit: quod quę sequuntur ostendũt Quæ procedunt ex ore de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: de corde enim exeunt cogitatiões malæ, homicidia, adulteria, blasphemiæ. Quod ista polluant & deprauent hominem, & q; ex ore nisi de corde prius ueniant, exire non possint, nemo sanę mentis addubitat. Sed quia Christus ait Quæ procedunt de ore, coinquinant hominem. Dubitare quis poterit, an ex ore exire debeat, quod inquinare possit. Qui si quæ scribuntur attendat, & de cordis ore dict[illegible]m istud esse peruideat, recte nihil hominem inquinare quod non ex ore procedat, asserit. Os enim istud cum corde semper indiuisum & continuum est. Alioqui si ad corporale capitis os animum aduertas, inuenies ante conspurcatum hominem, q̃ quod depurat eum ad istud os usq; deueniat. Fac enĩ hoĩem non loqui, se[illegible]male tantum cogitare, nunquid ideo mundus erit, quia sordes animi nondum per loquelam oris eruperint? Non erit mundus quisquis ita se gerit, ut deus qui intuetur cor, & ab ore cordis audit cũ peccato cõsensisse, malumq; uoluisse sciat. Contra si furtum, si adulterium, uel quid aliud immundum ore proferam, tantũ ut quale sit, & quomodo uitandum edoceam, aut obiter & casu nominem, cum nihil minus q̃ facere proponam: an ob id cõdemnabor, & peccator immundus ero? Qui cor intuetur, & os cordis attendit, non alligabit me furti: nõ pro alterius pctõ condemnabit. Sed audi quisquis ades ne cęcutias in hoc negotio. Fur nocte cõsurgens ut grassando domum perfodiat, aut uiatorem inuadat, altum pręmit ore silentium, uocem usq; adeo tenet, & strepitum ubiq; cauet, ut nec caput, manus, pes, aut pars ulla crepet: an ob hoc diligens silentium non

Matt. 15.

Ibidem.

Que hoiem coinqnãt, de corde exeunt

Ibidem.

tium non peccabit? an non immundus iam erit? Audi, audi quod plus est: in strato adhuc recubat uigilans autem & mala machinatus in posterū, futurus insidiator ubi surrexerit, & homines alij condormierint, fur est manifestus apud deum, immundus est, facinus istud ab ore iam processit interno, & furtum aut homicidium de terra clamat in cœlū. Cur hæc processisse dicimus ex ore? Quia uoluntas faciēdi pro dicto, pro facto, reputatur & decernitur. Decreuisti facere: dixisti, dixisti ex animo? fecisti. Dixit insipiens in corde suo, non est deus. In corde dixit, inquit propheta, ꝙ dicendi locus, & potestas faciendi sit in corde. Quis furtum non feceris, neq; quid mali uel damni dederis ei, cui struis insidias: ꝙ tamē cogitando destinaris, ꝙ uolueris, aut uolenti consenseris, furti cōdemnaberis. Si decretum sit hominem occidere, quanq̃ non occidas: si coniugem aut puellam alienam uiolare, quanq̃ non uioles: adulter es, homicida es: dixisti in corde quo facis homicidium, ab ore sonuit quo cōmittis adulterium. Homo uiuit ad cuius necē inuigilas, & tu (qualis es animo) homicida iudicaris. Castissima uirgo uel honesta puella manet, cuius pudicitiæ insidiaris, & tu polluta mente fornicator haberis. In cæteris omnibus uel honesta & pudica mente stabis, uel inhonesta corrues. Qui uiderit (inquit Euangelista) mulierē ad concupiscendum eam, mœchatus est in corde suo. Quis sis & qualem mentem habeas apud deum quęritur, non qualis hominibus apparueris. Si malū ille te sciat, quanq̃ nondū talis hominibus esse uidearis, reuera malus es. Sed & nos magis igitur affectum pensare debemus, q̃ factum. Si quid uelis quod non potes, deus ut factū accipit ait Augustinus. Nam pro bono uiro ipse deputat, qui cōcupiscentijs ultro renuntiat aut obsistit. Hoc ore de quo tanta diximus interiore, deū oramus & comprecamur clausis labijs & audita uoce nulla. Silet os dum conscientia loquitur, lingua tacet & præcordia clamant, foris silentium & clamor in imo pectore. Sic Anna loquebatur in corde suo & uox penitus non audiebatur, ipsa tamen exaudita deo, sic Moses exauditus. Sed cuius auribus auditi? Nimirum dei non hominum.

Augustinus.

Psalm. 52. Exponitur. Sola cogitatio potest dānare.

Matth. 5.

Augusti. Deus ut oris ita & cordis uocem audit

Anna.

Moses.

num. Quare securus esto, quisquis bene affectus animo precaris. Vtut hoĩes celas, audit ille qui miseretur egenti: audit qui parcit speranti ueniã, & donat quęlibet iuste roganti. Caueto ne securior esse pręsumas quisquis erras, & male intus afficeris. Audit enim & uidet ille qui talia uota damnat, & te, si talia non emendes. Au dit & exaudit bonos beneq; precãtes, audit sed non exaudit aber= rantes peccatores, ut & psalmista perdocet Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Et rursum Scimus quia peccatores non exaudiet dominus. Susanna taliter orabat deum, exclamans uoce magna, non audiebatur a iudicibus iniustis, non audiebatur ab hominibus: sed cor quo clamauit ad deum, exau= diebatur ab eo. Ipsa flens suspexit ad coelum: erat cor eius fiduci= am habens in domino. Nonne quia tum uox nulla processit ab ore non exaudiri meruit? Exaudiebatur a deo, quod tantopere uo= lebat adepta: cum nemo hominum sciret, quid orans gestaret in corde. Iudas ediuerso meditans in corde Christi perditionem, late= bat hominum iudicia, qui cum nihil palam diceretur, nihil auditu perceperunt: deũ, cui laqueos intendit, haud quaq̃ latẽs. Intellexit enim ipse, quod in ore cordis illi tuit, quãdo dixit Qui intingit me= cum manum in paropside, hic me tradet: & quando cogitanti Iu= dę Nunquid ego sum Rabbi? respondit Tu dixisti. Vę autem ho mini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si na= tus non fuisset. Nunquid etiã pharisęi tacitę cogitationi respõdit Simon habeo tibi aliquid dicere: quanq̃ ciuilis magister impium cogitatum cominus alijs prodere noluit? Nonne scribarum qui= busdam mala tantum cogitãtibus tale respõsum aptauit? Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Ne dubitemus certo peccatũ esse quod solo cogitatu destinatur, sic per Solomonem ait Cogita= tiones peruersæ separant a deo. Sed nihil præter mortale pecca= tum a deo separat & aduersarium dei facit. Quo fit, ut male cogi= tationes etiam mortem pariant. Cogita nunc o christiane quid in corde feras, quid ore dicas interiore. Vnde ne quid male dicas in= tus, neu dicto uel facto foris exprimas. Fieri nõ potest a foris, nisi

Psal. 65. Ioan. 9. Susanna. Iudas Matth. 26 Luc. 7. Ex cogitatio ne iudicamur Matt. 9. Sapi. i.

quod intus ante dixeris, quod in corde gestaris. Audi christiane
Prouer.23 fili quod a te clemẽtissimus pater expetit inquiens Fili præbe mihi
cor tuum. Custodi cor tuum a malo, & totus eris innocens, & partes alias innocentes habebis. Nulli lingua nocebit, a malo manus abstinebũt, pedes insontes erũt, innocẽtes oculi, & aures innoxię manebunt: omnia membra iustitiæ uirtutiq; militabunt. Quocirca recte propheta supplicat Cor mundum crea in me deus. Cor mundum ait, cor castum, purum: cor humile, modestũ: cor quietum, pacificum, mansuetum, benignum: cor pium, religiosum, deo deuotum: cor iustum, patiens & beneuolum, quod nullis iniuriam inferat, & inferendam ab alijs pro uiribus impediat, quod nunq̃ malum pro malo, sed pro malo bonum referat: quod te domine deus super omnia diligat, te solum cogitet, optet & ardenter amet, de te loquatur, quæ tu uis facienda semper expectet: tibi gratias agat, te delectetur, tecum in cœlis conuersetur. Hæc est forma, hæc descriptio est mundi cordis, quod a te peto domine, quod a te desydero, quia per naturam habere nequeo. Sed ideo tibi supplico. Crea, crea me deus, qualem initio creasti, talem me modo recrea, talẽ me modo repara, me nunc instaura, qui per peccatum ad nihilum redactus sum. Res uero quæ perijt & est annihilata, non nisi diuina potentia redintegrari potest. Vnde supplex ac humilis imploro. Crea, cor mundum crea in me deus. Alioqui quid prodest foris modestiam ostentare, si intus pręamplam superbiæ officinam habueris? Quid refert ut foris beneuolẽtiam ac charitatem prę te feras, si in animo intus plusquam plenum maliciæ atq; inuidentiæ cubiculum possidere non desinas? Quid facit externus patiẽtiæ ac æquanimitatis prætextus, si intus uelut Etna quædam, semper flammeus iræ exardescat caminus? Quid iuuat aliorum oculis sinistram uenditare liberalitatem, si interim apud te sordidus, ingens auaritiæ ęrarium intus reconditum habeas? Quis tandem usus fucatæ industriæ futurus est, modo intus socordiæ, ignauię & supinitatis, non lectica tãtum, sed tota (quod aiunt) plaustra reperiantur? Quorsum attinet pallor oris, hirta

Exponitur.

Ostentatio forinseca insanis est.

cęsaries

cęasries & simulata abstinētia, si intra pręcordia nihil aliud q̄ luxuriosam gulæ popinā absconderis? Postremo quid emolumenti e ficta castitate reportare licebit, si intus in corde libidini sternat̃ genialis lectus, si intra pectus plusq̄ lupanar deprehēdi possit, si intus oīa squaleāt fœdis scortationibus, stupris horrescāt, ferueant adulterijs, nephandis demum incestibus passim oleant & computrescāt? Videsis ut pharisęis dominus Iesus improperat q̄ istam mundiciem cordis haud respexerint, sola quæ foris extat apparentia freti. Vę uobis scribæ & pharisæi, qui mundatis quod foris est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immundicia. O pharisei cęci, o cæci christiani pharisęorum similes hypocritæ: mūdate prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id qd' deforis est mundum. Id nos benignissimus Iesus hoc sermone docet, ut quęramus magis esse iusti, q̄ uideri. Qui tātū studet ut iustus appareat, & quæ uidentur modo curat, ea quæ su[illegible] foris emūdat: sed quæ intus non consyderat, dum cordis sui cogitationes & conscientiæ uota negligit. Contra monet Esaias illic Lauamini, mundi estote, auferte mala cogitationum uestrarū ab oculis meis: quiescite agere pu̾erse, discite benefacere. Lauamini, eleemosynarū erogatione, lauamini lachrymarū irrigatione, laua[illegible] contritionis lotione. Lauari poteritis eleemosynis erogandis. De quo Daniel Nabuchodonosorem admonuit Peccata tua eleemosymis redime, & iniquitates tuas misericodijs pauperum. Hoc ceu supremum inter cętera peccatorum remedia Christus annumerat Quod superest date eleemosinā, & omnia munda sunt uobis. Duos ante morbos pharisęis exprobrauit, inuidiam & rapinam: uno remedio eleemosynę utrūq; sanat. Nā qui uere miseret̃, nō inuidet ei neq; rapit ab eo, cui miseret̃. Ideo & Dauid admonet Nō apponēdum cor diuitijs, ut sic agglutinetur & colligetur eis, ne quis misericors et eleemosynarius esse possit. Et cū eleemosyna necessaria sit omnibus: at uobis pręcipue magnates, qui ieiunandi difficultatē imbecillitate corporis prætexitis, orationi per occupationes uarias non uacare tempus asseritis, pe̾grinationes loginquas aut opa cætera

Matth. 23. Exponitur.

Esaiæ. 1. Exponitur.

Daniel. 4

Luc. 11. Eleemosynā elargiri potes, etiā si cetera mie opera nō ualeas exercere.

Psal. 61.

cætera, quibus alioqui mereri poſſitis, ferre recuſatis. Hoc unũ ſupereſt eleemoſynam dare, quod q̃ non poteſtis diſſimulare quin poſſitis: tam eſt neceſſarium ut facere uelitis. Hoc unum poſt oĩa ſalutarem habet efficaciam, id quod in ſingulare documẽtum Tobias filio tradidit.

Tobias, 4 Eleemoſynam ab omni peccato & a morte liberat, & non ſinit animam ire in tenebras exteriores.

Act. 9. Quid autẽ de Thabita ſeu dorcha, de diſcipula dicemus bonis operibus & eleemoſynis plena? An non ex mortua ſanctis & uiduis orantibus, quibus tunicas & ueſtes fecerat, Petrus aſſignauit eã uiuam? Itaq; ſic eleemoſynis eſtis lauandi. Lauamini quoq; lachrimarum irrigatione, quas ſemper ut locus & tempus poſtulabunt, fundere ſtudebitis:

Psalm. 6. ſic prophetam imitaturi qui dicit Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lachrimis meis, ſtratum meum rigabo. Hic quanta ſit lachrimarum uirtus, in ſexto pſalmo ex hoc loco enucleauimus. Lauamini deniq; p̃ uerã & certam cõpunctionem ſeu puram contritionem.

Esai. 22. Nam uocat nos dominus ad fletum, ad planctum, ad caluicium, & ad cingulum ſacci. Quod alias latius audietis Lauamini, mundi eſtote ab omni inquinamento cordis: & auferte mala cogitationum ueſtrarum ab oculis meis. Cur mala cogitationum ab oculis auferri iubet? Quales oculi qui cogitationes introſpiciunt? an qui ſunt externi contemplantur interna? Cogitationes coloratæ non ſunt aut ſonorę. Color autem ſolus ocellis obijcitur, & ſonus auriculis. Quo fit igitur ut cogitationes uel uideri uel audire queant? Hunc uiſum & hunc auditũ nõ extraneũ, ſed intraneũ eſſe qui & ſcientię uel intellectus eſt, ut ibi pſalmiſta docet

Deus penetralia cordis rimatur.

Psal. 93. Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam uanę ſunt. Ipſe nimirum ſcit, ipſe uidet & audit, quæ ſunt cordis: ut in ſcribis (ut ante diximus) oſtẽdit, quibus aiebat

Matth. 9. Quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Non de ſermonibus qui nulli fuerunt, interrogat, nec de factis, ſed de cogitationibus, quas in corde latere ſciebat. Sic audiebat non loquentes, ſic uidebat nihil coram faciẽtes, quando quod in animo geſtarẽt, intellexit. Quid ergo ualet, ſi manus ab opere, non pectus a maligno cogitatu ceſſet? quid linguæ

ſilentia

silentia proderunt ubi se mens ad scelera parat? quid os modestũ cũ uesano corde iuuabit? quid incorrecto corde cõducet, qualiscũq; actionum correctio? quid simulata sanctitas, quid ficta humilitas opitulabitur contegenti domicilium pectoris tanq̃ frondibus quibusdam & dissimulãti superbiam? quid prætextus charitatis & amoris fraterni conferet penetrale cordis inuidia liuoreq; plenum habenti? An coram deo qui cor undequaq; peruidet, ista simulatio ista fraudulenta ratio non patebit? patebit ut diximus, scienti cogitationes, & mala cordis intelligenti. Quod quãdo mecum ipse consydero, quando recordor qualiter totum hominẽ tam intus q̃ foris perscrutatur, & quomodo sit ei tam cogitationum q̃ actorũ reddenda ratio: contremisco, totus inhorresco. Vereor quod confi-
, tetur Apostolus Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustifica 1 Cor. 4.
, tus sum, q̃uis peccata mea non perspiciam, q̃uis non continuo sit
D. ut peccatis uacem. Scit deus quod ego scire non possum. Scit de-
D. us qđ me subinde fugit rebus alijs intentũ. Scit deus qđ ego ob-
D. liuioni tradidi, quæ meam quotidie memoriã fallãt, illi nunq̃ excidunt. Quare nec scientia nec ignorantia mea quæ tot modis fallitur, me iustum & a peccato liberum approbat: sed sola dei noti-
, tia quæ falli non potest. Qui iudicat, dominus est. Solus ille iu- Ibidem.
, stificat. Cogitationes idcirco malas deponite, delectationes antiquas omittite, consensus improbos abijcite: Christum nos oẽs
, certa perfectaq; docentem audite. Audistis (inquit) quod dictum Matth. 5.
, est antiquis, nõ mœchaberis. Ego autẽ dico uobis Oĩs qui uiderit Exo. 20.
, mulierẽ ad concupiscẽdum eã, iã mœchatus est in corde suo. Quare qui duntaxat ab actuali opere fornicatiõis abstinet, libidine intus feruens, & eã explere cupiens si se locus offerat explendi: quicquid aforis est calicis & paropsidis emundat, intus immũdicia plenus, & omni spurcicia. Sic eleemosynam qui facit, captans gloriã & honorem hominum, calicem & paropsida mundat aforis, intus autem plenus est cupiditate gloriæ, plenus hypocrisi & iniquitate. Sic hęretici, sic pseudoprophetæ, sic falsi dogmatistæ, ꝓfessores errorum & opinionum condemnatarũ instauratores, dum simplicium

Hypocritas corda deũ fugere nequeũt

cium & ueredicorum magiſtrorum perſonas aſciſcũt, calices ſunt aforis expurgati, ſed intus omni turpitudine ſeductioneq; replę ti, piarum mentium & ſimplicium animarum impoſtores, lupiq; rapaces ſunt: quanq̃ ſub ouinis pellibus & agnorum ueſtimentis occultare ſtudent. Sic etiam qui ſeſe uinculo nouæ religionis ultro dicant, & nihil aliud q̃ externum habitum,& ſimilia ſigna prę ſtare quęrunt: huiuſmodi calices ſunt mundi foris, intus immundi. Sic qui apud populũ declamaturus, phaleras & lenocinia uerborum afferre conatur, & ſalutares ſenſus ſalutariaq; documenta non curat: eius ſermo nitet aforis, at ſordeſcit intus. Sic & qui uerbum dei ſcripturamq; legis audientes, ſolo uerborum ornatu linguæ uolubilis arte,concinnoq; ſermone ducuntur, ſenſorum interna ſuauitate neglecta: calix uel paropſis foris emũdata, ſordeſcẽs intus eos oblectat. Quicquid autem boni quis fecerit,magis ut honorificetur ab hominibus, q̃ ut cõſcientię teſtimoniũ habeat pro gloria; mundum foris oſtentat,ſed intus reliquit immundũ. Atat pleriq; ſunt (quod dolendum eſt) cum laici,tum clerici perſonati doctores, & auditores chriſtianæ ſtudioſęq; uitæ, qui cum dei legem & uirtutes ore promptas habeant,geſtuq; prætendant, ſe facere uelle ſimulantes, nihil minus q̃ facere uolunt: ſimillimi ſepulchris dealbatis, quæ nitida foris apparent & ſpecioſa, cęterũ intus plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcicia. Quæ uoluptas homini putrida mortuorum oſſa aſpicere, etiamſi in magnificis & ſplendidis recondãtur ſepulchris? Quid oblectat fetentia & tabida cadauera,aut carnes ſpurcas intueri? Nihil ſat ſcio dicturus es. Multo minus hypocritica diſſimulatio deũ oblectabit, qui internam illam animæ feculentiam ac olidum fœtorem ſentit & odoratur. Mundiciem ergo cordis in primis poſtulat propheta inquiens Cor mundum crea in me deus. Cui ſi mundiciam corpotis adiungas,haud peccas: ſed honeſtior eris quando totus mundus abibis. Aſt mundiciem cordis in conſpectu dei quęrito, cui placere ſtudebis: corporis mundiciem ne quęras in conſpectu hominũ ut eis placeas, ſed tantum ut exterior habitus interiori ſubſeruiat:

Matth. 23

praecipue

prçcipue uero pro quo propheta clamat, inclama Cor mundum crea in me deus. Mundiciam cordis precatur, puritatem animæ, syncçritatem conscientiæ, nitorem internum, totius uitæ integritatem. Cor mundum (inquit) crea. Crea cor in me quod aptum tibi possit habitaculum esse. Solum uero cor mundum atq; uirtutibus insignitum inhabitare soles: & si tale compereris, inhabitare desyderas. Vti per Sapientem asseris Deliciç meæ esse cum filijs hominum. Si mundum deus optet quod inhabitet, aduersarius eius diabolus quçret & inhabitabit immundum, pollutum, peccatisq; refertum. Quale desyderium ipsius in euangelio signatur, ubi dçmones a duobus obsessis expellendi, rogabant dicentes Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Si non pateris nos in hoc manere domicilio, permitte saltem ut demigremus in porcos. Porcus aial immundum est, & olim abhominandum. Quamobrẽ quicunq; uoles hospitem animæ deum, antea diabolum expellas, & fac cor mundum habeas, fac cor purum habeas. Nam hospitẽ ad teuenturum deum, ut ante uideas oportet. Vt autẽ uidere possis, solum hæc mundicia præstabit: quod in euãgelio doceris Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Beati planç & oino beati, qui uidebunt in quem desyderant prospicere. Beati, qui uidebunt facie ad faciem, quem sic uidere uita æterna est, uita fœlix uita beata. Quam prægustabat beatus Stephanus, qui cum mũdicia cordis, gratia ac fortitudine plenus esset adhuc in carne, uidit cœlos apertos & Iesum stantem a dextris uirtutis dei. Qui tale cor habent, uidebunt regem in decore suo: uidebunt deum in maiestate, deum in gloria sua contemplabuntur. Vnde propheta quoq; cum quçsiuisset Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Illico respondit Innocens manibus & mundo corde. Mundo corde dicit, nõ mũdo corpore. Mundo corde qui sunt, his locum in cœlo futurum indicat: nõ qui præstanti, non qui pulchro solum corpore nitescunt: cũ uenustas aut pulchritudo corporis ad beatitudinem nihil faciat, sed potius obest: ut ibi scribitur Fallax gratia & uana pulchritudo. Cõplures enim mira

Puritatem cordis desyderat propheta.

Prouer. 8.

Cor mũdum hospiciũ dei est.

Matth. 8.

Matth. 5.

Act. 7.

Esai. 33.

Psalm. 23.

Cor nõ corpus munda

Prouer. 31

mira ſpecie ſingulariq; pulchritudine nouimus,& eoſdē deteſtan=
dis uoluptatibus obuolutos, quorum ſe diſſimillimum propheta
eſſe cupiens, optat a deo Cor mundum crea in me deus. Cor mū=
dum, mundos affectus, mundas cogitationes, & uolūtatem oīno
mundam includit, quam ut & hic & pariter in futurum habeat, ex=
optat: & quia ſemper uitioſus antea fuerat, ut eadem uitia ſemp
exinde declinet. Sic & ſpiritus rectitudinem poſſidere uehementer
efflagitat, ſubiungens Et ſpiritū rectum innoua in uiſceribus me= F.
is. Ordinem hunc annotate, quo prius cor mundum, inde ſpiri= F.
ritum rectum a deo poſtulat, quia prius peccato renuntiandum, F.
& extrudendæ carnales illecebræ ſunt, & deinde recti ſpiritus in=
uocatio quęrenda. Nam ſi peccatū maneat, ſpiritus rectus introi=
re non uult: ſi peccandi uoluntas non una recedat, ſpiritus ille re=
ctus ingredi non dignabitur: ſed ſpiritus immundus, qui domum
mundatam & ornatam exiens dereliquit, poſtea uacantē & fœda
tam inueniens, adiunctis ſibi ſeptem aliјs nequioribus ſe, domum
reingreſſus habitat: & fiunt nouiſſima peiora prioribus. Idcirco
cum propheta ſupplicabis Spiritum rectum innoua in uiſceribus
meis. Orabis ut deus ſpiritum rectum infundat, qui quod inuete
ratum aut conſumptum eſt, innouet. Si quid ſit innouatio ſpiritus
ſubdubites, tunc eam in tē fieri cognoſcas, cum amorem abſolu=
tum in ſolo deo defigas, cum ſoli illi ſuper omne placere ſtudeas,
cuius cauſa gloriam mundi contemnis, illatas iniurias & contu=
melias patienter accipis: cordis, oris, & geſtus humilitatem tota ui
ta demonſtras: tuis contentus, aliena non appetis, nec honores
ambis, aut gloriam inter homines quęris, ſed gloriam quæ a ſolo
deo eſt: egenti quoq; quæ tua ſunt oportune diſtribuis, & aduer=
ſitatibus proximi compateris, ad eleemoſynam paratus, ad ueniā
facilis, amicū in deo, & inimicū propter deū diligis, in aduerſitate
proximi condoleas, in proſperitate congaudeas, iuxta illud Apo=
ſtoli Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Hæc eſt
innouatio ſpiritus, de qua propheta loquitur, & quam Apoſtolus
Epheſiјs ibi perſuaſit Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ, & indui=
te nouum

Margin notes: Spūs rect⁹ vite curuitatem fugit. — Luc. 11. — Rom. 12. — Ephe. 4.

te nouum hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Qui nouum hominem induit, ueterem exuit. Veteris est quæ carnis sunt concupiscere, mundi gloriam appetere, animum a deo auertere, patientiam non seruare, rebus aduersis premi, prosperis extolli, uindictam exquirere, aliena diripere, propria tenaciter detinere, neminem propter deum diligere, malo proximi gaudere, superbire, mentiri, iurare frustra, peierare, cęteraq; talia perpetrare. Quæ quidem omnia respuit ille qui Christũ induit, qui relicto fermento ueteri, deinceps in nouitate uitę conatur deambulare. Spiritum rectũ exorat, quia curuus & malignus spiritus deorsum ad terrena, deorsum ad carnalia diabolicaq; pertrahit, quos rectus ad deũ & diuina sursum inuitat, quos rectus in cœlum euehit, a corporalibus atq; mundanis ad cœlestia spiritualiaq; perducit, & per intensum amorem diuturnamq; contemplationem superis ipsis associat. Ea de causa precatur David Spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Infunde cordi meo spiritum rectum, infunde uisceribus animæ meæ, ipsiq; cõscientiæ meę gratiam rectificantem, quæ ububi sit, recta facit omnia, ꝙ eam spiritus sanctus infundat: qui uario suo effectu, modo nouus, modo rectus, modo sanctus, modo principalis appellatur, eo ꝙ aliquãdo innouet, aliquando rectificet, aliquando sanctificet, aliquando etiam præcipua quædam gratia confirmet: id quod paulo post clarius patebit. Est enim spiritus iste rectus, per quem pater & filius in animũ gratiam instillant, qua recepta, bene habet in omnibus. Vnde & rectus appellatur, ꝙ rectificet & coordinet uoluntatem nostram, ut ultro pareat & conformis sit uoluntati, præceptis, atq; diuinis legibus. Rectus ergo est, qui rectum, qui probum, & sanctum facit hominem quem inhabitat. Sicut dæmoniũ mutum e diuerso dicitur, ꝙ hominem mutum efficiat. Quęrendus igitur a nobis, ut a propheta quęritur iste spiritus, quia se quęrentibus ita pollicetur dominus Effundam super uos aquam mundam, & mundamini ab omnibus inquinamentis uestris: & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri. Quid est cor

Inuocatio spiritus spur cicia uite corrigit.

Spũs curuus quid sit, & qd rectus.

Spũs rectus cur dicatur.

Luc. 11.

Ezech. 36. Exponitur.

nouum, nisi mundum, quod immundo succedit? cor plene nouum, plene uiuidum, ceu luna redintegratum & perpolitum? Quid aũt spiritum nouum in medio ponere, nisi pœnitendi proposito tanq̃ porrecta manu uires addere, uitęq; melioris studium semper adiuuare & prouehere? Quęnam aquę effusio, de qua loquitur? Profecto compunctionis & lachrimarum, qua facta super Dauid, statim mundatus ab adulterio, statim mundatus ab homicidio, lotus est ab omni peccato. Sic Petrus a perfidia, sic Magdalene a famoso meretricatu, sic cęteri non dissimiles a consimili peccato liberati sunt. Mixto tamen cum spe, timore, q incertus esset quid in tantũ peccatorẽ fieret: an ulturus esset deus ex cõmerito peccatũ, an uere pœnitẽti ueniã daturus: interim uero ne repellat a facie miserescentis orat.

Vers. 12.

Versus duodecimus. NE PROIICIAS ME A FACIE TVA, ET SPIRITVM sanctum tuum ne auferas a me. Quantus o quantus [t]imor animo prophetæ describitur hic fuisse, cum dubitaret reprobus ne & abiectus esset apud deum? Non ignorabat honorem, non ignorabat gloriam & omne decus in hoc uerissime constare, si cui diuini uultus clara uisio concedi possit. Sciebat quale sit cœli gaudium, sciebat quæ esset eiusdẽ gloria, q̃ magna q̃ solida con[so]latio, quando uultus ille clementissimus, & gloriosissima dei facies, se manifestabit. Sciebat quod omnis fœlicitas & syncera beatitudo, sub eo renitebat aspectu. Quapropter ante res alias omnes ĩ hoc mũdo uel alibi desyderabiles, illo glorioso uultu frui uolebat. Nihil non malens q̃ illinc exulare, subinde clamitãs Ne proijcias me a facie tua. Non me repellas a pręsentia, non reijcias ab aspectu tuo, non alienes a seruitio tuo, non a familia me secludas tua, non extrudas ab atrio, nõ ab oculis tuis me releges. Quod si facere pergas, me damnas. Quid enim est aliud a facie tua pellere, q̃ damnare? Qui faciem illam uidet, fontem & plenitudinem ęternæ glorię uidet: qui uidere prohibetur, gaudio uacat & ęrumnis premitur. Id propheta consyderans, ne per peccatum & uiciosam uitam tam preciosum thesaurum amittat, reformidat clamans Ne proijcias me a facie tua. Bone deus & admirande, qualis

Beatũ efficit diuini vultus cõtẽplatio, & carentia miserum.

Quãtopere ueritꝰ sit propheta ne destitueret fruitione aspectꝰ dei.

qualis tremor, & quanta formido fuit in hoc sancto uiro atq; prophetarum eximio, qui multos annos pœnitentiam egerat peccata plorans, peccata plangens, uitam ingemiscens, eiulans & suspirãs: qui spiritum sanctum, prophetiæ spiritum imbiberat? a iustitia tamen dei metuit, metuit quid sibi deus facere uelit, qui non regi, nõ reginæ, qui nõ dominis aut dominabus, nõ diuitibus aut pauperibus, sublimibus aut imis parcit: non conditionem attendit. Sola facta, sola opera sua uoluntate suoq; complacito ponderans, sicut princeps, sicut domiuus aut herus, quem uult sibi seruum aut ministrum, sibi proximum & gratissimum esse facit. Vbi duo sunt, quorum alter laboriosissimus est, alter propemodum ociatur: arbitrio domini uterlibet eligitur & probatur: præferre tamen solet ocioso negociosum, malo bonum. At propheta placiti diuini nescius, præcedentis uitæ conscius, & illius sapientis dicti memor
, Nemo scit an dignus sit odio, an amore: sibi timet qualiter in iu Eccle.9.
, dicio dei notari debeat: propicium tamen sperans, ait Ne proijci-
, as me a facie tua. Ohe cum propheta iste maximus, sanctissimus, consummatus, adeo formidarit: quid nos homunciones oportet facere? qui cum meritis longe simus inferiores, commeritis superamus, peccata peccatis aggrauamus, enormitatem enormitati cõgerimus, offensas offensis addimus: sanguinem supra sanguinem, abhominationem unam ad alteram accumulamus? Quin ad pœnitentiam confugias, & cũ propheta formidolosus inclames quisquis es huiusmodi. Instes, instes peccator, instes & cum prophe-
, ta proclames Ne proijcias me a facie tua. Deus optime maxime tibi supplico, ne me per commissa peccata damnes, ne mihi frui-
H. tionem uultus tui deneges. Si splendorẽ huius faciei, si huius uul-
H. tus gloriam agnituri simus, quoad in prȩsenti uita cognoscendi fa
H. cultas esse poterit, conferamus oculos ad excelsum montẽ in quo
, Iesus ante tres discipulorum trãsfiguratus est, ubi resplenduit fa- Matth.17
, cies eius sicut sol & uestimẽta facta sunt splẽdentia & candida ni- Marc.9.
, mis uelut nix: qualia non potest fullo facere super terram. Futurȩ resurrectionis hic præostẽsa est gloria, quã in monte spei, in mon-

trāſfiguratio Chriſti reſurrectionis typum geſſit.

te deuotionis excelſæ cōtemplamur. Vt quid enim Chriſtus montem transfigurandus aſcendit, niſi quo nos ad futuram gloriam cogitando doceret aſcendere, quæ reuelabitur in nobis? Transformatio tamen iſta, non iuxta uim & uigorem futuræ ueritatis apparuit, ſed pro modulo uirium noſtrarū, & quouſq; pręſentaneus intuitus aſſurgere queat. Reſurgentium enim & incorruptorū gloria, multo alium ſplendorem, multo limpidiorem ac ſubtiliorem emittit, q̄ ſol uel ulla lux mundana poſſit: multo fortiorē atq; acutiorem, q̄ mortales oculi ſuſtinere ualent. Nec enim totū tulerūt, ſed præ nimio fulgore ceciderunt in facies. Nunc o fœlicem nimium, o fortunatum, o ter quaterq; beatum, hæc qui nouit, qui hęc contemplatus eſt, cuius mens in hac meditatione defixa, ſemper ab eo quod mente concipit, ad id quod poſtea uidebit aſpirat: cuius meditatio in conſpectu domini eſt ſemper, qui ſemper animo

Rom. 8. reuoluit, q̄ ea glorificatio tranſcendat omnia, & q̄ non ſint condignæ paſſiones huius ſęculi ad futuram illam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quid ita reputanti tam graue uideri poterit, ut non huius cauſa libentiſſime perferat? quid mali, quid nequā aut damnabile concupiſcere poterit, cuius oculus ſemper conſyderat

Pſal. 26. & uidet bona domini in terra uiuentium? qui præcogitat æterna premia, ſempiterna gaudia? Quis ſecum animo repetens futuram illam uitam, futuram illam lętitiam, iocunditatem illam, beatitu-

Matth. 17 dinem & gloriam filiorum dei, non apud ſe cum Petro dicat Domine bonū eſt nos hic eſſe? Vt magis inſtigeris exemplo quod conor, accipe. Si te nunc aliquis introduceret in conſeſſum purpuratorum, auro, gemmis, & omnifario cultu micantium, quorū medius, ornamentorum excellentia prælucens & præpotentior conditionem offerat, ut in ſplēdidiſſimum & honoratiſſimum illorum numerum referaris, an non quidlibet es facturus ut id procedere queat? Adaperi adaperi nunc oculos tuos, tua mens ſenſibus tuis cœlos exponat, & intuere fulgidiſſimū cœlicolarū cœtum, non ornatu ueſtium, auro gemmiſq; rutilantium, ſed pietatis & iuſtitiæ meritis excellentiſſime cōdecoratum, ſole, luna, ſyderibuſq; ſplendidiorem

didiorem. Intuere conuentum illum maximũ, non ex hominibus solum beatis, sed ex angelis, sed ex archangelis & uirtutibus, sed potestatibus, principatibus, dominationibus, thronis, cherubin, & seraphin, serenissimum, cuiusmodi cateruam Ioãnes se uidisse testatur dicens. Vidi turbam magnã quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus stantes ante thronum. Intuere regem medio residentẽ, medio refulgentem, de quo satius est silere, q̃ pauciora dicere: uox nulla uere dicere sufficiet. Effugit omnem sermonem, effugit oẽm cogitatũ, oẽm sensum humanæ mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa uirtus, illa gloria, illa maiestas, illa magnificentia. Conditio nobis offertur o christiani, ut ad istã gloriam si uelimus attingere possimus. Heu q̃ preciosam, q̃ fœlicem nos conditionem non respicimus, non acceptamus? Eheu cur non paruum aliquem suscipimus laborem? cur non exigui temporis recusamus illecebras? immo cur non laborem omnem impẽdimus? cur non totis uiribus instamus, ut ad hanc incomparabilem gloriam pertingamus? Cur facimus ad hanc conditionem nosmet inidoneos: facimus plane facimus, si nõ conemur & elaboremus ad eam. Quin ergo labores, pœnas & cruciatus admittimus & perferimus? Cur non omnes sordes abijcimus, peccatricẽ uitam derelinquimus, & omni cum uirtute mundicieq; ad talẽ gloriam accedimus? Cur nõ uestem nuptialem & spiritualem habitũ induimur, ut decentes & non indigni talem locum adeamus? Certe si quotidiana nos pateremur tormenta, si possibile esset inferorum pœnas ipsamq; gehennam annos mille tolerare, quo Christum uidere possimus in gloria uenientem, numero sanctorum associari, cũ eis gaudere, coronis incorruptis insigniri, regnum ęternũ possidere, cum deo triumphari: nonne dignum esset hoc, & quicquid est triste pati, modo tãti boni tantæq; gloriæ participes haberemur? Esset esset ꝑfecto pœna bene data, pœna precij singularis & optime suscepta, quia qđ Apostolus ait, queadmodũ supius diximus Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Nam paruæ passiones sunt huius temporis, in=

Apoc. 7.

Nulla pena recusanda ut eterna gloria potiaris.

Rom. 8. Exponitur.

poris ingens gloria illa, paucæ passiones, multiplex gloria: passi
Premiũ su-perat meritũ ones simplices, gloria multiformis: breues passiones & momen-
taneæ, gloria clara ęternaq; habetur: passiones refrigerio solacioq;
semper admiscentur, gloria uacat omni dolore, modis omnibus
impermixta: passiones obligatoriæ, sed ingenua liberaq; gloria.
Necessariæ passiones, & ob id minoris meriti, gloria liberalis &
gratuita, maiorisq; ob id precij: passiones bonis malisq; cõmunes,
gloria bonis propria. Ne dicas hęc e meo Marte producta, proba
Psalm. 20. tiones audito. Gloriæ magnitudinem psalmus approbat Magna
(inquit) est gloria eius, in salutari tuo. Multitudinẽ sapiẽs osten-
Prouer. 28 dit In exultatione gloria multa. Eternam esse Petrus indicat Deus
1. Pet. ult. omnis gratię uocauit nos in ęternã suã gloriam. Cum gloria nihil
Apoc. 21. esse doloris, illud apocalypsis edocet Absterget deus omnẽ lachri
mam ab oculis sanctorum. Gloriam esse liberam & gratuitam,
Rom. 8. Paulus liquide commonstrat. Creatura liberabitur a seruitute cor-
ruptionis in libertatem glorię filiorum dei. Propriam esse bonis
Psal. 148. illuc psalmi pdocet Gloria hęc est oĩbus sanctis eius. Gloria pro-
merenda nobis, & tamen a deo gratis exhibita, sicut id e psalmo
Psalm. 83. declarat Gratiam & gloriam dabit dominus. Et ista Pauli senten
Rom. 2. tia probat Gloria, honor, & pax omni operanti bonum. Deniq;
neq; bene neq; male meremur e passionibus, quod hę plerunq; de-
riuentur e natura. De quibus illud philosophi proloquiũ emergit
Ethico. 1. Ob ea quæ nobis insunt a natura nec laudamur nec uituperamur.
Gloria uero bene merentis merces est, uoluntatisq; bonę compen
satio. Nunc si passionem cum premio, paruam cum magna, pau-
cam cum multo, breuem cum ęterno, mixtam cum puro, uinctã
cum libero, communem cum proprio, necessariam cum gratuito
componas: an non eminentiam premij manifestam inde colligis?
Rom. 8. Non sunt ergo condignæ passiones huius temporis ad futuram
gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Sed audi quid animi Petrus in
Matth. 17 illa gloriosa uisione pręsens habuerit & quid dixerit. Domine bo
Que sint hec tria taberna cula. num est (inquit) nos hic esse: faciamus tria tabernacula, tibi unũ,
Mosi unum, & Heliæ unum. Obedientiæ tibi deo, Mosi humilita
tis, &

tis, & Heliæ tabernaculũ castitatis, erigamus. Sunt humilitas quã in Mose, & castitas quam in Helia consectabimur, uictimæ quædam oblatæ deo, quas omnes cum similibus, obedientia deo debita longe superat Quia melior est obedientia q̃ uictima. Petrus autem nullam non obedientiam erga deum, nullam non uictimã in corpore suo prestare uoluisset, ut in illo statu glorioso permanere potuisset. Iam si tenuem illam futurę gloriæ uidens imaginem, oĩa quæ uiderat in mundo subito depulit ex animo, nullum prorsus affectum habens ad illa, uisione solum ea deuictus, tantula suauitate uisiõis inebriatus: quid futurus erat si ipsam ineffabilis glorię faciem, si cœlestem illam aulam oppansam, cœlistis aulæ gaudium, ęternæ gloriæ regem, non per speculũ & in ęnigmate, non per fidem, sed per speciem, sed facie ad faciem, & ut clara ueritas habet, intuitus fuisset? Quàm stulti modo sunt & q̃ insulsi, qui (quod assolet) sibi satis esse dicunt, si gehennæ pœnas euadant? Quibus ego dico pœnã gehẽnali longe grauiorẽ esse, cruciatũ intolerabiliorem, ab illa gloria remotũ & abiectum iri. Ego cũ Chrysostomo reor Hoc supplicium a conspectu dei sic arceri, molestius & acerbius inferno, hoc pœnis omnibus grauius est, hoc solum est quod superat gehennam, immo (ut ita dicam) uel ipsa gehennalis pœna uel eius pars maxima est, hæc diuini uultus carentia. Fac itaq; quantũ quantũ poteris ut istam pœnã fugiens, ad illam gloriam attingas. Si regẽ in terra gloriosum principibus suis, ducibus, comitibus, dominis, satellitibus, undiq; stipatum, regalem aulam uideres ingressum, omni cum splendore atq; regio cultu, num demirareris eum? num stipatores eius qui lateribus hęrent, pręcederent, aut sequerentur in medio, tam regaliter incedentem? num optares ex illis esse? locum inter eos habere uel qualemcũq;? sicq; nõ unũquẽlibet mereri possis, nõne tęderet te tui? Nunc mihi consydera, tibi prospice, hoc perficere satageres. Neq; nescis q̃ fragilia, q̃ fluxa, q̃ caduca, q̃ incerta sint & infida, quæ nascuntur in terris omnia, ꝙ bellis, hostibus, insidijs, furtis, naufragijs, incendijs, magnatum odio, liuore, maleuolentia præpotentium, uafris legum in-

Eccle. 4.

Chrysost.

Summũ supplıciũ diuina visione priuari.

legum interpretamentis, sæpissime tollantur & tibi pereant? & dũ possidentur etiam non minorem seruandi curam iniiciant, q̃ acquirendi sitim iniecerant: sicq; minuãtur & decidant, dolorem immensum imprimant? Quid igitur non facturus es ut regem regũ & dominum dominantium, qui non partem terræ, sed uniuersum terræ circulum tenet, qui terram pugillo continet, cœlum palma metitur, qui portat omnia uerbo uirtutis suę: uidere possis & eius satellitio ascribi? ut inter choros angelorũ & choruscantes cœtus beatorum unus habearis? Quid non gaudij, quid non fœlicitatis existimabis, si tua sors ad hos te referat, inter quos oia sunt optima, summa, maxima, nullis casibus, nullis incommodis obnoxia, tutissima, certissima, suauissima, iocundissima? Nunquid inamœnius, grauius, aut exitialius opinabere, q̃ si ab isto numero contingat excludi? Cęterum præcipua profecto & tota delectatio stat in illius regis aspectu, quo tantopere beati fruuntur: ut si totus hic mundus aureus esset, plenusq; delicijs, etiam pluribus quàm cogitari uel imaginari queunt: oculos ad eum beati non auerterẽt ab illa gratissima uisione, nec per minutum temporis aut ictũ oculi. Siquidẽ ipsa dei uisio tam delectabilis est, tam dulcis, tã melliflua gaudioq; plena, q si quis ab exordio mundi passiones omnifarias in diem postremum, & per totum corpus a uertice in calcem sustinuisset, unica dei uisio quantumuis minima, uel quantillus est ictus oculi, satis superq; foret omnibus. O si possitis auditores christiani tormenta quęlibet, & gehennã ipsam (si necesse esset) aliquanto tempore ultro perferre: ut ideo christum in gloria sua uisuri sitis: o q̃ fœlices essetis? Sic apud se quisq; sentiat, mihi dęmones insidientur, me tentationibus acerrimis incessant, sagittas & cætera tela parent, consistant aduersum me castra, in me bellum exurgat, corpus meum ieiunia frangant, dura uestimẽta premãt, labores immensi degrauent, perpetuæ uigilię conterant, me hic inquietet, ille dilaniet, hæc res solicitet, illa superet, frigus incurrens angat, calor adurat, caput doleat, pectus ardeat, thorax infletur, pedes debilitẽtur, pallescat uultus, & totus infirmer, duri casus & infor-

Oĩa hic ferẽda sunt, vt eternã gloriã assequamur.

L. infortunia uexent. Deficiat in dolore uita mea, & anni in gemiti= Psalm.30.
L. bus: ingrediatur putredo in ossibus meis & subter me scateat, ut Abacuc.3.
L. requiescam in die tribulationis meę, ut ascendam ad populum ac=
, cinctum nostrũ, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus
, uitæ meæ: ut uideam uoluntatem eius. Hanc unam rem petij, & Psal.26.
hanc requiram: hanc si nanciscar, illa omnia non timebit cor me=
um. Festinemus o christiani protinus ad bonorum operum exer=
, citium, bonęq; uitæ perseuerantiam, ut uidere possimus salutare Luc.3.
, dei nostri, & gloriam cœli: ubi nullus timor mortis cõturbat, ubi
iuuentus est sine senectute, lux sine tenebris, gaudium sine tristi=
cia, uoluntas sine offendiculo, iustitia sine iniuria, requies sine la
bore, satietas sine fastidio, regnũ sine commutatione, charitas si=
, ne dissidio, claritas sine nubilo. Fulgebunt enim iusti sicut sol in Matt.13.
, regno dei. Qualis oro splendor erit animarum, quãdo claritatem
solis habebit lux corporum? Ibi nulla tristicia, labor nullus,
nullus aut dolor aut timor, nulla mors, ægritudo nulla, nulla ne=
cessitas aut miseria, nulla fames, nulla sitis, nullus ęstus, frigus
nullum, nulla lassitudo, nulla tentatio, nulla peccandi uoluntas:
non erit ibi ulla malicia, sed lętitia, quies, exultatio, securitas, uita
suauitasq; perpetua, temperies, abundantia, uoluptas integerrima,
iocunditas & beatitudo sempiterna, quam qui semel adipiscitur,
semper habet. Non terreno uictu, terreno uestitu, non terrenis ob=
, lectamentis indigebit, cui nihil omnino deficiet: sed deus erit oĩa 1.Cor.15.
omnibus. Hanc uisionem, in qua sic omnia desyderabilia claudun
tur, propheta ne perdat ita supplicat Ne proijcias me a facie tua.
, Et iterum atq; iterum Ostende faciem tuam, & salui erimus. Illu= Psal.79.
, mina faciem tuam super seruum tuum. Non mirum q id sedulo Psalm.118.
deprecetnr, quando per illam uisionem, & fruitionem illam, diuini
tatis particeps efficitur. Beati nanq; qui sunt in cœlo, participati= Immẽsitas gaudij tẽpus longissimum breue facit.
one deitatis appellãtur dij: q in illa uisione fixi, quasi rapti, men=
te leuati, & amore iam ebrij stent, adeo ut anni mille uideãtur eis
nisi dies unus, per maximam illam & inestimabilem suauitatem,
, sicut etiam ex propheta nouimus Quoniam mille anni ante eum, Psal.86.
quasi

quasi dies histerna quæ præterijt. Hæc qui consyderatis, an ulliꝰ
us operis, ullius christiani laboris: an cruciatus ob amorem dei
pigere poterit, cum deus ipse sit uobis premio futurus, cuius ma=
iestatem uidebitis facie ad faciem? In qua uisione cognoscentur
ea, quæ nunc ignoramus, scireq́ꝫ desyderamus: in qua tanq̃ in spe-
culo scientias omnes intuebimur, & quas aliquotenus homines
uiui prægustant, earum omniũ illic perfectionem obtinebimus,
Grego. 4. dial. asserente Gregorio Quid est, quod nesciat ille, qui scit sciẽtem oia?
Quod & alibi propheta confirmat In lumine tuo uidebimus lu=
Psal. 35. men: in notitia tui clare comprehendemus omnia. Iam Christi cul
tores, auidi ueritatis, & scientiarum studiosi, pro uirili laboretis ut
ad hanc uisionem peruenire mereamini, per quam omnia sine li=
bris, sine tędio, citra laborẽ ullum apertissime contuebimini. Nũc
opus litteris, nunc opus pręceptoribus, opera, studio perpetuo,
quibus ex omni parte fessi, paucissima certo capitis, tunc illico,
in momento atq́ꝫ ictu oculi, singula clare perspicietis. At uidere
uultis ꝙ talis, ꝙ tam iucũda sit hæc uisio, ut in se solã rapiat, suiq́ꝫ
notitia cęterorum omniũ intelligentiam abunde prębeat? Ad me=
moriam reuocate Rachelem, pro qua seruiuit Iacob septem annis,
Gene. 29. & uidebantur ei dies pauci, præ amoris magnitudine. Rachel aũt
(interprete Hieronymo) uisio dei dicitur. Vt hinc excerpamus, ꝙ
præ illa uisione diuina reliquæ uoluptates omnes frigeant, & spre
tæ neglectæq́ꝫ iaceant, illa sola possit appetitionem hominis exa=
turare, sicut ipsi Iacob Rachel sola satisfecit: Lya placere non po=
tuit, dum prędilectæ Rachelis nuptias expetit, bis septẽ anni pro
paucis diebus habenẽ: ut certa figura sit speratę uisionis ęternæq́ꝫ
gloriæ, pro qua comparanda, nullum tempus longum, nullus la
bor magnus, nulla crux nimia uideri debet, qua gloria ęterna ac=
quiritur, tãtum abest ut uoluptatem admittamus ullam, nisi quæ
sit prægustatio quędam huius futurę. Q̃ stulti sunt ergo, qui dũ
se mundi uoluptatibus ingurgitant, ad hanc gloriosam uisionem
non aspirant? Q̃ sapiẽtes qui dũ ad hãc anhelant, cunctas mũdi
suauitates abijciunt & aspernantur, æquissimoq́ꝫ animo cruciatus
quos-

quosuis accipiunt? Hæc pręcogitatio futuræ uisionis, craticulam beato Laurentio dulcem reddidit. Hæc Stephano lapides torrentes edulcauit. Hęc apostolos quaslibet iniurias cum gaudio peruadere docuit, ut ibi scribitur Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij, ꝙ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Fecit hæc ut lętissimum Petrum, lætissimum Andream crux salutaris exciperet. Pro hac Paulus, ceruicem libens gladio supposuit. Bartholomœus pro hac cutē exuit. Ioānes ueneni poculum intrepidus exhausit, & dolium feruentis olei confidenter intrauit. Prægustarat hanc dulcedinem Paulus cum diceret. Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Et Cupio dissolui, & esse cum Christo. Prægustarat Petrus quando terrenorū oblitus, uelut in extasi dicebat Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Mosi unum, & Heliæ unum. Hic commoremur in hac contemplatione suauissima, me satiat & explet iste dulcor. Stillam hic tantum futuræ dulcedinis habuit, & per eā ceteras oēs delicias fastidire cœpit. Quid fecisset (opinaris) si uisę diuinitatis amplissimam & incomprehensam dulcedinem habere potuisset? Prægustauit & hanc propheta noster cum supplicaret. Ne proijcias me a facie tua. Non me abijcias a conspectu tuo, non elonges a gratia tua, nec alienes a misericordia tua, non me [illegible]ludas a familia tua, neq; repellas a contemplatione tui, non auertas faciem tuam a me. Nam auertente te faciem tuam, omnia turbabuntur: quoniā ista facies lux est, salus, uita, thesaurus, diuitiæ, gloria, fœlicitas ęterna. Erit ista tibi facies omnia in omnibus. Qua deficiente, deficient omnia: sin assit, affluent uniuersa, uoluntas undiquaq; satiata quiescet, id quod ibi propheta præsensit Satiabor cū apparuerit gloria tua. Ceterū cum ista satietas & fruitio non possit haberi, nisi post uitam integre transactam: & uita sic agi non possit, nisi duce spiritu sancto: modo subijcit Et spiritum sanctū tuum ne auferas a me. Sibi dari spiritum sanctū, aut ante datum non auferri postulat, sine quo nihil boni facere, cum quo cuncta quę bona, quæ necessaria seu conuenientia sunt, perficere possit.

Operatur

Laurentius. Stephanus. Apostoli.
Act. 5.
Petrus. Andreas Paulus Bartholomeus. Ioannes
Phil. 1.
Matth. 17
N. N. N.
Desyderiū uidendi faciem dei.
Psalm. 103
Psal. 16.

Operatur enim iste spiritus multa magnalia, multa mirabilia. Deperdita restituit, ad nihilum redacta recreat, euersa dirutaq; reędificat, enormia reformat, uetera renouat, noua condecorat, peccatores immutat, iustos & insontes confirmat, dęmones expellit, hominum custodiam angelis assignat, animos per dilectionem deo copulat, copulatos ubiq; defendit, defendens eleuat, & eleuatos per synceram affectionem & plenam deuotionem retinet. Iste spiritus hoīem a sese subtrahit, ab hac corporea tenebricosaq; massa subducit ad spirituale lumen, a terris in cœlos euehit, e mundo ad deum rapit, peccata remittit, cui remittit illuminat, illuminatum cōseruat, conseruatum ad faciem gloriosam dei, qua diximus, adducit: sin ad uitæ corruptelam aliquādo recidat, iterum atq; iterum reducit, & reductum supremoq; fine stabilem inuentum coronat. Iste spiritus est de quo Christus apostolis, discipulis, & uiris apostolicis ait

Ioan. 15. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Mittam (inquit) spiritum uobis, qui fide nunc estis illuminati, spe roborati, charitate diffusi, prudentia noti, uirtute signati, miraculis insigniti, iustitia clari, fortitudine strenui, pudicicia ornati, temperantia pręcincti, uosmet abiecto mūdi fastu semper humil[illegible]tes, contemptis mūdi delicijs corpora macerātes, tentationibus inuicti, proximosq; uerbis & exemplis ędificantes. De

Eccle. 22. hoc spiritu scribitur Spiritus meus super mel dulcis. Nobis omnia dulcia facit in causa dei, & ob amorem Christi. Ecce molestus aliquibus est pœnitētiæ labor, molesta corporis afflictio, graue ieiunium, grauis abstinentia, graues debitæ sanctarum uigiliarum & frequentium orationum obseruationes, molesta peregrinatio, molesta castitas, molestū pauperibus erogare. Quid in causa est nisi spiritus huius inopia? Qui si adesset, adiuuaret dubio procul infirmitatem nostram: & qui beato Andreę crucis infame supplicium, & in cruce mortem fecit esse suauissimam: etiam nobis laborem, & unamquāuis pœnitentiam redderet usquequaq; gratissimam, uelut omni delectamento conspersam, attestāte Bernardo

Quid non

Quid non trahat dulcedo illa, quæ mortem ipsam dulcissimã fa= Bernard⁹.
cit? quæ asperitas resistere poterit unctioni illi? Facit iste spiritus Daniel. 3.
tres pueros, regem potentem, ignem uiolentum, & mortem terri
bilem fortiter aspernari. Illustrauit hic spiritus Petrum, qui Chri=
sto in fide dixit Tu es Christus filius dei uiui. Tam dulcis erat Marc. 16.
iste spiritus apostolis, ut dicerent. Habentes alimenta & quibus 1. Tim. 6.
tegamur, his cõtenti sumus, mundũ quoq; despicere fecit dicentes Math. 19.
Ecce relinquimus oĩa, & secuti sumus te. Fecit hic spũs eos pau=
pertatem, sitim, esuriem, nuditatem, & quasuis iniurias aut dolo=
res ultro perpeti: sicut de se cæterisq; Paulus ait Nos esurimus, si= 1. Cor. 4.
timus, nudi sumus, colaphis cedimur, laboramus operantes ma=
nibus, maledicimur, persecutiõem patimur, blasphemamur, tanq̃
purgamenta mundi sumus, & oĩm peripsema. Effecit hic spiritus
ut martyres ludibria, uerbera, uincula, carceres experti, lapidati Hebræ. 11.
sint, secti sint, tentati sint, in occisione gladij mortui sint, distenti
sint, obturarint ora leonum, ignis imperium extinxe[illegible]t, de infir=
mitate conualuerint, & fortes in bello facti, regna uicerint. Effecit
hic spiritus ut confessores circuerint in melotis, in pellibus capri=
nis, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in mon
tibus, speluncis, & in cauernis terræ. Effecit deni[illegible] uirgines uo=
luerint mortificari propter deum tota die, resurrectionem meliorẽ Psal. 43.
inuenturæ. Spiritus iste sanctus effecit, ut omnes hi mortem siti=
rent, cum tripudio susciperent, & talem mortem uita meliorem cũ
Paulo ducerent, qui dixit Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Phil. 1.
Et cupio dissolui, & esse cum Christo. Mentem istam suis electis Ibidem.
spũs instillat, quam Paulus ita scribit Quid separabit nos a chari= Rom. 8.
tate dei? tribulatio? angustia? fames? nuditas? persecutio? pericu=
lum? an gladius? Certus sum q; neq; mors, neq; uita, neq; angeli,
neq; principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq;
fortitudo, neq; latitudo, neq; profundum, neq; creatura alia pote=
rit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino no
stro. Spiritus iste parãtibus apostolis agnum paschalem, & in cœ
naculo grandi strato cum Christo, cœnantibus interfuit. Affuit &

 illis oran=

Act.2. illis orantibus in eodem cœnaculo ubi factus est repente de cœ=
lo sonus tanq̃ aduenientis spiritus uehementis; & apparuerunt il
lis dispertitæ linguæ tanq̃ ignis, seditq; supra singulos eorum, &
repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis
prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Subitaneus se uentus in=
tromisit inter eos, & radij quidam ignei linguarum in modum ef
formati superstiterũt apostolorũ capitibus. Sub his irradiantibus
linguis, illapsus est spiritus sanctus in apostolorũ animos: quos
ab errorum nubibus expiatos ueritate fidei collustrauit, integrita=
te uitæ simul ac operum magnitudine clarificauit, & sic operabat̃
uimq; suam exercuit in eis, ut totum mundũ conuerterent ad Chri
Rom.8. stum, atq; in admirationem sui, raperent. Postremo postulat iste
spiritus pro nobis gemitibus inenarrabilibus: nos enim quid ore
mus sicut oportet nescimus: ipse spiritus talem energiam operati=
onis suæ pectoribus nostris inserit, ut semper oremus, ingemisca=
mus, & parturiamus adoptionem filiorum dei, expectantes redẽ=
ptionem corporis nostri, ut quod non uidemus, speremus per pa=
Rom.5. tientiam expectantes, quia charitas dei diffusa est in cordibus no=
stris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Vt iste spiritus assit
ut nunq̃ deficiat hic propheta fortiter supplicat Spiritum sanctũ
tuum ne auferas a me: cuius pręsentia non sinit hominẽ salutife=
ræ redemptionis expertẽ esse, sed afficiens spirituali gaudio mœ=
rorem carnis excludit, pro qua re sic orat propheta REDDE
Versus.13. MIHI LETITIAM SALVTARIS TVI, ET SPI
ritu pricinpali cõfirma me. O q̃ grandis est causa fidelibus & pijs
mentibus gaudendi, quando recolunt, quando consyderant infini
Luc.19. ta beneficia redemptoris: qui uenit quęrere & saluare quod perie=
Ioan.3. rat: non uenit animas perdere, sed saluare: qui uenit non ut iudi=
cet mundum, sed ut mundus saluetur per ipsum: qui uenit ut oĩs
Apoc.1. qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam ęternam: qui lauit
Rom.4. nos a pc̃tis nr̃is in sanguine suo, q̃ mortuus est ꝑpter peccata no
stra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Hoc clementis
simum & magnificentissimum propositum, hoc benignum & sa=

lutare

lutare factum, hanc conuenientissimam & exquisitissimam uiam salutis nostræ, recordari poterit aliquis, ut non inde sufficientẽ ansam arripiat lætandi, iocundandi, tripudiandi? Nõ potuit propheta noster qui & dum meminit exultat, & ut tam læta memoria sæpissime reddatur & assit exoptat. Senserat hanc lętitiam qui dixit Ego in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo, salutari meo. Salutarem tamen hanc lętitiam uanus homo negligenter amittit, qui dum præcepta dei non seruat, audacter in peccata proruit, unde deo fit ingratus, & eius gratia prorsus indignus: sine qua lætitia salutaris oriri nequit. Veruntamen si conuersus ingemuerit, & pœnitentiam agens ueniam exposcat, eandem obtinebit, & obtenta lętitię salutaris iterato perfundet amore, cũ propheta rogans Redde mihi lætitiam salutaris tui: redde lętitiam omnipotens pater filij tui seruatoris mei. Ipse mihi gaudio, ipse mihi prẹmio futurus, ipse salus mea, mea substãtia, mea lux, mea laus mea uirtus, uita mea, domus mea, salutare meum: ipse Iesus meus, saluator meus optimus maximus. Beati qui collatam hanc ab eo salutem uidere meruerunt. Beatos fore prẹcinebant, qui fuerũt ante nos patres nostri, qui & ipsi uidendę ipsius salutis erant auidissimi, per quã fidelem expectationẽ saluati sunt ut etiam nos seruandi sumus per fidẽ salutis acceptæ, quã destituti Iudęi, fex sunt & abiectio cunctorum hominum. Multi reges, multi reges & prophetæ, multi boni patres uoluerunt uidere, sed non potuerũt. Inter quos unus uel pcipuus Symeon homo timoratus, expectans cõsolationẽ Israel, accepto respõso, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum domini inductũ a parentibus in templũ: excepit in ulnas suas, & benedixit deũ dicẽs Nũc dimittis seruũ tuum domine, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei, salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populo
Q. rum. Oẽs alij qui pie uiuebant in orationibus suis, quotidie dice
Q. bant. O si me hic inueniat ista natiuitas: o si quod credo in scri
Q. pturis dei, uideam oculis meis. Desiderabant omnes una, dicebãt intra se singuli seorsum Putas ne uidebo? an me uiuũ inueniet illa

Unde oriat gaudium intrinsecum.

Abacuc. 3.

Luc. 2.

Ibidem.

Quid dicebant fideles q messiã expectabant.

 dies?

dies? utinam spectarem aduenturum Christum: o si uiderem præsens præsentem. Sic hunc auide expectabant ueteres illi patriarchæ, hunc longe prius præcinebāt prophetæ, hunc omnes quotquot afflauerat ille spiritus sanctus optabant uidere. Quorum eximius propheta noster unus erat, qui rem hanc magnā & ingentē a deo patre petijt. Petijt a patre filium, a deo deum. Et quid rem tantā exorat? Nempe ueretur iniuriam se deo facturū, si rem paruam a tanto, tam magnifico postularet. Parua sunt omnia fortunæ bona, quæ cito transeunt. Parua corporis, quæ sicut flos agri marcescunt. Magna sunt animi bona, magna reuera, preciosa, spiritualia. Iam tollas spiritū, animū a corpore tollas: & q̄d nisi pondus iners, nisi truncus aut stipes aridus? quid nisi fœdum stercus apparet? quid nisi puluis & umbra remanet? Idcirco qui fortuita, qui corporalia petit a deo, parua petit, & quæ non decet a deo petere. Qui spiritualia rogat, & quæ animi præclara bona, magna rogat, uereq; preciosa, qualia uult deus a se rogari. At qui Christū filium salutarem, mundi reparatorem a deo patre postulat, rem quidem maximam efflagitat, quam tamen a patre par est ut oremus, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus eum ligni suspendio tradidit. Propter hanc ineffabilem misericordiam etsi peccatores sumus, ad salutarem redemptoris lætitiam expetendam cum fiducia non uerebimur accedere, dicturi ꝓ se quisq; cū propheta Redde mihi lętitiam salutaris tui. Redde mihi Christū quem ꝑ peccatum alienaui: redde spūale solaciū quod mihi propter peccatum abstulisti: redde gratiosam uitam, quam mea culpa perdidi. Quod ego commerui, mihi releuent eius merita: quo per ipsum te mihi peccatum sentiam, qui nascor filius irę, per ipsius merita filius adoptionis & cohęres regni cœlestis efficiar. Concedes mihi uitam ut uere dicam, Christi cruci crucifixus sum, ut dicam Viuo ego iam non ego, sed uiuit in me Christus. Cum hunc spiritum in se propheta senserit, cuius instinctum de uirtute trāsit in uirtutem, & eo conscendit ut spiritum principalem seu pręcipuam spiritus efficaciam exoptet, per quam cūctis aduersarijs ualide resi-

Magna res nō pua semp a deo postulanda.

Galat.2.
Ibidem.

lide resistat. Per quam fragilitati carnis suæ obluctetur, per quam præsidio sancti spiritus corroboretur. Proinde ita deum obtestari pergit Et spiritu principali confirma me. Confirma me ut nullis tētationibus aut tribulationibus euincar, aut a Christo separer: nullis terroribus a te pater ęterne recedam, nullis cruciatibus infirmer aut defatiger. Tu me cōfirma quoniam mea uirtus haud est tanta, quæ repugnare possit antiquo serpenti. Quare tuo spiritu principali confirma me. Quamobrem principalis appellatur, cum unicum & simplicem deus habeat spiritum? Sed num principalē habet spiritū & non principalē? nequaq̄. Quoniā ipse spiritus sit multiplex non est, sed quod uarias habeat operationes, secūdum quas uaria quoq; sortitur nomina. Quando sapientiā & intellectum operatur in homine, uocatur spiritus sapiētiæ & intellectus. Quando uirtutem alijs consulendi donat, quando dat fortitudinem, spiritus consilij & fortitudinis appellatur. Qui scientiam & pietatem inspirat, spiritus scientiæ & pietatis esse di[illegible]ur. Qui deum reuereri facit, spiritus est timoris. Vnus & idem spiritus, quando iustificat impium, rectus: & quando sanctificat hominem, spiritus sanctus appellatur. Sic pro uarijs operationibus & diuersis affectibus, alia & alia uidetis habere nomina. E[illegible]uoniam eiusdē spiritus principalis effectus aut operatio est, firmum & solidū hominem in bonitate facere, constantemq; & perseuerantem in uirtutis uia tenere, ne redeat ad uomitū aut recidiuet ad peccatum: ideo spiritus principalis hic nominatur. Etenim quantūuis bonus quantumuis iustus, & studiosus ante fueris, nisi perseueres, nihil agis. Iudas (ut scis) bonus erat iustus & electus apostolus, sed quia talis esse non perrexit, apud inferos est damnatus. Religiosus item unusquisq; quanq̄ in seueritate religionis septēnium aut
R. quantumuis amplius exegerit, si resiliat & præscriptū exeat, apo-
R. stata fit, & omnia merita quæ pręcessere perdidit: & nisi resipi-
R. scat, aut dispensationem alioqui procuret, se periculo damnationis
, exponit. Non qui aliquantisper bene fecit, sed qui perseuerauerit
, usq; ad finem, hic saluus erit Cui sic subscribit Apostolus Multi

Spūs principalis qs sit, & cur principalis dicatur.

Spūs principalis cur vocetur.

Matt.10.

1.Cor.9. quidem currunt, sed unus accipit brauium. Omnes currunt ut
Exponitur. hoc brauium cõsequãtur. Omnes ne illo frustrabimur pręter unũ?
Omnes ne ergo ad unum reijciẽtur? Quid tum de te atq; me fu=
turum est? Certe unus excipiet brauium. Quis tandem iste unus?
Ille profecto, quisquis ad finem usq; perseuerauerit strenue in cur
su bonę uitæ. Quia non sufficit hunc cursum utcunq; inchoare, ni
si integrum absoluas. Sic currere Iudas incepit, sed metam curricu=
li non attigit. At Paulus ita currere cœpit, ut nunq̃ ab hoc stadio
exorbitaret: & brauium tandẽ merito assecutus est. Adeo ut per
hunc cursum nihil aliud q̃ continuata quædam & perpetua perse
uerantia intelligatur. Iuxta illud scripturæ, quod supra diximus.
Matth.10 Qui perseuerauerit usq; ad finem, hic saluus erit. Dicit ergo pro=
pheta Spiritu principali confirma me. Spiritu tuo principali me
fortem, me constantem facito, ne uincar a quouis aduersario, ne
uento superbiæ proijciar, ne flatu uoluptatis commouear, aut ul
la tentationum procella deturber: ne sim ex illorum numero, de
Ephe.4. quibus apostolus ait Circũferuntur omni uento: qui similes sunt
arundini uento agitatę, quæ cum mollis & longa sit, flatus impe=
Ioannis baptiste cõstantia etiam a Christo laudata. tum ferre non poterit, quin huc illucq; prona feratur. A quibus
multum abest Ioannes baptista, qui principali hoc spiritu confir=
matus, adhuc tener ętate, desertum adijt, ubi uitam arctissimam
actitabat: ciuitates, urbes, populum, totum mundum ultro dese
rens. Qui propterea nouæ doctrinæ, doctrinæ euãgelicæ doctor
satis aptus haberi cœpit, pœnitentiæ prędicationem & baptismũ
inijcians. Posuerunt enim omnes qui audierunt hoc in corde suo,
miratiq; uitam inauditam, uitam nouam, & nouam doctrinam:
confluehant ad eum ex omni uicina regione, partim uidendi, par=
tim audiendi causa: quibus Christus cum postea uenisset ad eos
Luc.7. ait Quid existis in desertum uidere arundinem uento agitatam?
Significans non exisse tunc eos ad uidendum hominẽ leuem, ua
cillantem, & in proposito bono nõ constantem: sed exisse ad pro=
phetam multo maximum, dei gratia spirituq; principali confirma
tum, & perseuerantem in uera uia, sanaq; doctrina pœnitentiæ.
Quam

, Quam & ipse etiam semper pręstitit, alienissimus ab illo uentoso hominum genere, quos dominus in euangelio notat, ubi ait Ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Sed imitētur isti priore leuitate abiecta, huius prophetæ cōstantiam: imitentur & huius pœnitentiam, doctrinam, & uitæ integritatem. Imi- Luc. 8.
, tentur item & huius nostri prophetæ Dauidis pœnitudinem, do-
, lorem animi, ueram & absolutam confessionem, ut cum eo efficaciter precari possint unusquisq;. Spiritu, spiritu principali confirma me: spiritu recto, spiritu sancto, qui quia autor sit omnis bonitatis, principalis utiq; nūcupatur: me eodem spiritu corrobora, me magnanimum & in proba uita constantem efficiens, a recidiuo mortalis culpæ libera, mea mihi cœpta cōfirmes, quę me nunc a peccato resurgentem ad certā uirtutis semitam allectant. Anno priore si non sitis immemores (quod nolim) auditores optimi, huius pœnitētialis psalmi locū istum uobis enarrare cœpimus, quadragenarij temporis exhortationes ad uestram (quod opto) consolationem habitas, hoc loco clausimus: quando uobis pœnitentiā Dauiticę non absimilem persuadere conati sumus, ne non persuaserimus multa quæ contraueniūt argumenta pertimescere cogūt. Quot enim hic sunt (conscientias nunc uestras appello) quot inquā sunt qui superioris quadragesimæ conciones nos[illegible]ta purgatis & attentis auribus acceperunt, tam prompta, tamq; certa memoria, quæ sunt dicta reposuerunt, ut in peccatis anteactam uitam cum propheta reiecerint? Aut quot cū Maria Magdalene cadentes ad crucifixi pedes illachrimati sunt? paucissimi ut uereor. At cōtra quot cum herodiade meritrice filiaq; illa perditissima saltabundi caput Ioannis curauerunt abtruncandum? Facit id profecto quisquis dei gratiā, quæ uirtutum omnium caput est, per turpem illecebrosam, & obscœnam uitam amittit. Eo nanq; truncato capite, uirtutis ipsius corpus interit. Quot pręsentium parū pœnitentes sunt, deo pacta uiolātes, & promissa non obseruantes? Quot in illo pœnitentiæ foro, diabolum, mundum, atq; carnem, & peccata quæ suggerunt superbiam, auaritiam, & luxuriā se pollicitati sunt abijce-

Multi auditores verbi, factores pauci.

abijcere uelle? per humilitatem, frugalitatem, & castimoniam, deo firmiter adhęsuros? qui nunc arrogātia, uitio carnis, & omni spurcicia diffluunt? O cęcitatem hoīm? o miram inconstantiam? o ex-
Psal.77. Exponitur. tremam dementiam? Auerterunt se & non seruauerunt pactum. Auerterunt se a deo capite suo, uita sua, corona sua, gloria sua. Auerterunt se ab eo, qui cœli dn̄s est, qui angelis & beatis omnibus plenitudo gloriæ. Ad quem se prius per synceram pœnitentiam, per sacramentalem reconciliationem, per fidele promissum conuerterant: ab eo se rursus auerterunt. Quod ita dominus ex-
Hiere.2. Exponitur. postulat Quid inuenerunt in me, quia elongauerunt se a me, & ambulauerunt post uanitatem, & uani facti sunt, & non cogitauerunt ubi est dominus, qui ascendere eos fecit de terra Egypti? Nō cogitant (inquit dominus) nō cogitant hi uani peccatores, ꝙ ego sim qui liberauerim eos de terra Egypti, ꝙ ego sim qui de peccatis eruerim, ꝙ ego sim qui illos e ditiōe diaboli receperim, ut suę libertati uindicarem. Sed audiant quod alibi propheta scribit &
Psal.72. extimeant Qui elongauerunt se a te peribunt. Ipsi non seruaue-
Psal.77. runt pactum: pactum sanæ pœnitentiæ, quod cum deo per pœnitentiæ sacramentum inierunt, qui tamen ad priores iniquitates & consueta peccata resiliunt. Verum propheta iste Dauid cuius cœleste car[illegible] manibus habemus, spiritu recto leuigatus, politus, & ueraciter innouatus, spiritu sancto mundatus, afflatus atq; suffultus: spirituq; principali confortatus atq; confirmatus, non sibi cor soli purificauit, ab iniquitate ꝑmundauit, aut seipsum tantum approbe correxit, sed cæteros omnes a peccatis reuocare paratus erat, uicia dedocere quos uirtutibus armaret, & ubiq; docere non carnis aut uoluptatis, non mundi seu uanitatis, non diaboli uel iniquitatis uias: sed uias domini, uias castitatis & pudiciciæ, uias humilitatis & iustitiæ, uias ueritatis & pœnitentiæ: de
Versus.14. quibus ita subiungit. DOCEBO INIQVOS VIAS TVAS, ET IMPII AD TE CONVERTENTVR. Eccum qui de peccatore fit prędicator, de uitioso castus, de malo bonus, de præsumptuoso modestissimus. Docebo (inquit) non iustos

iustos, sed iniquos, non rectos corde, sed peccatores, qui cum a domino desciuerint in uijs suis aberrantes, doctoribus indigent, quorum suauiloqua pręstantiq; doctrina redire discant ad uerum ducem & pręceptorem suum deum. Ob id missus est ad Israelitas in Egypto Moses, ut solaretur animo deiectos & erudiret indoctos. Ob id in prouincias missi prophetæ, qui multipliciter, affectos multiplicibus præceptis & doctrinis allicerent. Ob id præmissi patriarchę, Noe, Abrahaam, Ioseph & alij pares: ut sui temporis homines quoad oportuerat edocerent. Deniq; ob id missus est ipse dei filius Iesus Christus, qui suæ legatiōis ita formam exprimit Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Ipse postmodum eadem de causa discipulos suos misit in mundum, quibus aiebat Euntes in mundum, prædicate euāgelium omni creaturæ. Qui creaturam omnem nominat, sub cuius nomine creaturarum pręcipuum hominem significat, peccatores non excipit, quos & hic præsertim intelligi uoluit. Ob id emissi sunt euangelistę, quos sic alloquitur Ecce ego mitto uos sicut oues in mediū luporum. Missi quoq; doctores & prædicatores ob id in uniuersum mundum, de quibus apostolus inquit Misit deus quosdam prophetas, quosdam euāgelistas, alios doctores & prædicatores in consummationem bonorum, in ędificationem corporis Christi, donec omnes occurramus in unitatem fidei & agnitionem filij dei. Causam aduerte tam frequentis & sedulæ legationis, scilicet ut perueniamus ad agnitionē filij dei: quoniam huius notitia, bonitatis & uniuersæ uirtutis causa est. De cuius ignorantia peccatorum omnium & totius in orbe maliciæ procedit origo. Defectus cognitiōis filij dei, est occasio omnis mali. Nam si ut debemus sciremus deum & uoluntatē eius, non ut totū hunc mundum lucremur, ipsum uel semel offendere uellemus. Si cognosceremus dei iustitiam, quæ nemini parcit impio, non molli, non insolenti: nullæ mundi huius illecebræ nos pellicerent ad peccatum. Si contra misericordiam eius animo repeteremus, illico procumberemus in terram, perpetuo flexu genua tereremus, genas lachrymis opplentes,

Quomō de9 per nuntios suos mundū edocuit

Luc. 5.

Marc. 16.

Math. 10.

Ephe. 4.

Ibidem.

Psal.32. plentes, & assidue clamantes, misericordia misericordia, fiat mise=
Sicut corp⁹ cibo / sic aīa verbo dei alitur. ricordia tua domine super nos. Ignoratio filij dei, scandala queq; parit, mores & instituta corrumpit, bonæ sanctæq; uitę ruinam undiq; minitatur. Arbitramini uos conciones pauculas hoc qua=dragenario ieiunio utcunq; auditas uobis ad ęternum premium & sufficientem dei cognitionem abunde facere? Non uere putatis, non non ita res habet. Si corpus tuū hoc tantillo quadragesima=li tempore cibis omnigenis infertias & distentes, tamen abstinens donec nouetur annus, pręter maciem insigniter attractam interi=bis, quomodo non anima si nunc eam solummodo refocilles, si=mili periculo subiacebit? Si saltem semel in mense quolibet ad uos haberetur uel una concio, foret haud dubie hęc aula pientissima. Complures habetis huius negotij non imperitos, quos deinceps auscultate: uel quos audiatis eligite. Dabit dominus huic suaden di uirtute[illegible] & gratiam, quam alteri non dabit. Vos donec gratiā istam hauseritis haud cessate. Inter tam multos demū unus ob=tinget, qui gratiam auidis mentibus instillabit. Non dubito non dubito, q̄ plurimos esse qui quod ore propheta fatet̃, in corde ge=stant. Docebo iniquos uias tuas. Restat ut uos ad audiendum pa ratos, para[illegible]mus. Sed annota qualiter ante propheta præsentiam spiritus sancti procuret, q̄ docendi prouinciam obeat: quam ubi nactus erit docere uelit, docere non iustos, sed peccatores elabo=

Sp̄us est qui verbū dei aīe vtile facit. rat, & eos docturus est uias dei. Ante omnia tamen sancti princi palisq; spiritus requirit adminiculum, siue quo nemo quicq̄ bene pręstare poterit in hoc negotio: nemo non adiuuante spiritu, pro derit auditorio. Discat, legat, clamet, audiat, omnibus se studen di modis exercitet: scripto, uerbo, laboret: gestu, uultu, uoce, quæ potest omnia perficiat: attamen si non assit spiritus actioni, fri=gebit & nihil omnino conficiet: citra spiritum, citra diuinum ad=iutorium, oratio fiet indecora, inelegans, irrita. Si mihi non cre=

1. Cor.3. das, Apostolū audi Ego (inquit) plātaui, Apollo rigauit, sed deus
Exponitur. nunc incrementum dedit. Ego Paulus (inquit) planto, qui uerbū dei, qui fidem Christi, uobis annuncio: similem operam nauans

Apollo

Apollo, dum quod ego docui, prouehere ſtudet ille: quod plan-
taui, rigat: cæterum deus incrementũ dat. Nec ego nec ipſe quicq̃
ex nobis peragimus, ut fides in animum audientis inſidat, cui ſa-
lus æterna ſuccedat: ſed deus ſolus, ſed dei ſpiritus animum intus
illuſtrans, ſordibus elutũ primo ſanctificat, & deinde gratiam &
gloriam infundit. Nos cum Paulo, cum Apollo foris admini-
ſtramus uerbum dei: ſed tantum facere poſſumus, ꝙ qui plan-
tat aut rigat in ſatiuis efficit. Illorum operam naturæ uirtus adim
plet: ita ſtudioſam noſtram actionem quantilla eſt, uirtus ſpiri-
tus ſancti conſummat. Ille quod nos conamur, operatur: quam
perſuaſionem intendimus, ab intimis auditorum pręcordijs elicit.
Auditores uero quales oporteat eſſe, propheta demonſtrat Doce
, bo iniquos. Et Chriſtus inquiens Non ueni uocare iuſtos, ſed pec Luc.5.
, catores. Et ego plane ſi iam ſcirem uos nõ eſſe peccatores, ſed bo
nos, iuſtos, & ſanctos: non uobis modo prædicarem, ſi uos ſan-
ctos ſcirem, nunq̃ uobis uerba facerẽ, ſi ſanctos uos ſcirem, nunq̃
fruſtra tantũ laboris inſumerim. Sic ut me reſeruarẽ ab inutili ſu-
, dore, Chriſtus inuitat ubi dicit Nõ eſt opus medico ualẽtibus, ſed Matt.9.
, male hñtibus. Sed cognoſco uos hoĩes eſſe, cognoſco uos hoĩes,
ex ſanguinibus & uolũtate uiri genitos, ex corruptaq; carne, ꝓgna
, tos cognoſco ꝙ caro & ſanguis ſitis, quia quod natũ eſt ex carne, Ioan.3.
caro eſt. Quapropter ita genitos & productos cognoſco fragiles
eſſe & imbecilles, ad reſiſtendum diabolicis inſidijs, & carnis ille-
cebris. Scio, ſcio uos procliues ad libidinem, pronos ad perpetran
, da peccata, propenſos ad omne malũ, ut illa ſcriptura docet Sen- Gene.8.
, ſus & cogitatio humani cordis, in malũ prona ſunt ab adoleſcẽtia
ſua, & multa malicia hoĩm in terra, cũcta cogitatio cordis, intenta
, ad malum. Nemo ſine peccato, nemo ſine crimine uiuit. Quod et- 3. Reg.8.
iam Apoſtolus affirmat Omnes peccatores ſumus, & egemus gra Cato.
, tia dei. Propheta quoq; Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad Rom.3.
T. unum. Vnus ille Chriſtus eſt, nemo bonus niſi deus. Quare uo- Pſal.13.
T. bis omnibus hominibus, mihi etiam ipſi prædicare potero, quod Quales vias
T. propheta pręđixit replicans Docebo iniquos uias tuas. Vias hoc docet ꝓpheta.
eſt traditiões

est traditiones tuas ait : nō Platonis aut Aristotelis opiniones, nō cauilla sophistica aut artes dialecticas , non philosophiæ dogmata, uel rhetorum argumenta, non mathesium imaginarias abstractiones, non pręcepta uel doctrinas hominum , non leges ab homine latas, aut humanis ingenijs introductas , non sęcularia negotia, sed uias tuas, non adinuentiones meas, non mundi uanitates, non desyderia carnis, non fraudes astuti dęmonis , quæ uiæ sunt ducentes ad peccatum, & demum pertrahentes ad interitum. Non illam docebo uiam, qua superbi tanq̄ montes & altissima loca conscendunt, ut alios supergressi, soli uitam in excelso degant. Non illam profundam, lutosam, & fœdissimam, qua ueluti sues se luxuriosi uolutant. Non illam abruptam, qua per mare per saxa , per ignes , impiger extremos percurrit auarus ad Indos . Cui non feruidus, estus, ignis, ferrum, nil obstat, ut non eo sit ditior alter : qui cum talpis terrarum uiscera sulcat, congesturus opes irrita mēta malorum. Non hāc labyrintheam docebo uiam, qua uelut in circuitu impij obambulāt, nec ad fœlicem unq̄ exitum perueniūt, mundi rebus immersi, diuinarum obliti : quos nulla pericula, procellę nullæ dimoueant ab hisce momentaneis lucris : quęrere norunt, parta tueri : sed quæsitis uti nesciunt. Nō asperam istam salebrosam uarijsq; flexibus obtortam, quam discurrunt uersipelles & iniusti, qui sicut gibbosus camelus ab acus transitu prohibet, arcentur ab ingressu cœlorum. Non incertam illam, quam fatuorum pedes obterunt. Sed humilem, sed pulchrā, sed planam, sed rectam, sed breuē & certā docebo uiam. Docebo uias tuas, ut cū propheta uere dicam Docebo uias tuas. Tuas, cuius tuas ? Certe domini, cuius se spiritu confirmari postulauit. Vias & opera Christi, uias ac p̄cepta dei, ueritatis uias, uias pietatis, sanctitatis, puritatis, ęquitatis, charitatis, & honestatis : uias dn̄i, q̄ uiæ planę, securę, rectęq; sunt, rectaq; perducunt ad uitam ęternam. Vias ait, non uiam, qui plures sunt ad salutem hominibus datæ, non tantū una. Sunt ad eandem urbem multæ uarięq; uiæ : quarum est una latior, angustior altera, ęquabilior una, asperior altera : una tristior, al-

Hortius

Ouidius

Multiplices vie ad celū.

tior, altera secretior: una seruit equitibus, altera peditibus: una cō pendiaria, altera flexuosa: satius autē est ita multas habere q̄ unā: q si nūc erret ab una, quis se cōuertere possit ad alteram: ut si insidiæ inimicorū in una, altera secura sit & sine periculo. Sic multas nobis uias ad cœlum præfixit, deus iuxta multiplices hominū status, iuxta diuersas conditiones, iuxta uirtutes uarias & opera factaq; disparia. Via latior, planior, & communior est eleemosynarum collatio, pauperum defensio, infirmorum consolatio, miserorum redemptio, precum aliquota numeratio, quotidianaq; sacrificatio. Via grauior, asperior, angustior, & frequētior uia ieiunij est, peregrinationis, reliquęq; pœnitentiæ dura perpessio. Et plures uiæ tales ob id datæ sunt, ut si deerremus ab una, facile recurramms ad aliam. Si diabolicę tentationis insidiæ nos hinc adoriantur, si carnis inde nos urgeant illecebræ, quo minus arctam afflictionis corporeę uiam inambulare queamus: at eleemosynis & orationibus uiam nobis ad cœlū affectemus. Sed quid de uijs in cœlum tot uerbis agimus? cum sit una uia, cum qua cęteræ commodę sint, sine qua non ulla sit efficax aut conueniens, & ipsa per se sufficiat? quam si quis semel assecutus fuerit inambulans, haud unq̄ aberrabit eūdoue deficiet. Hic est ipse Chri[illegible] quidnā sit & quomodo sic sit, ipsemet uerissime prædicat Ego sum uia, ueritas & uita. Cui subscribit interpres eius Augustinus locum istum ita pertrectans. Via factus est tibi Christus, ipse se tibi uiam præbuit. Surge, ambula, habes quo: noli pigescere. At quæris quo? Vides eam. Quæris quo ducat? Ad ueritatē, ad uitam, ad Christum. Si ergo amas ueritatem, & desyderas uitam, si cupis ad ueritatem & ad uitam peruenire, Christum quære. Christus est uia, per ipsum ad ipsum uenies: Per Christū ad Christum uenies. Quo modo per Christum ad Christum? per Christum hominē, ad Christum deum. Alter alteri notitiam addit. Per uerbum quod caro factum est, uenies ad uerbum quod in principio erat deus apud deum. Insiste uijs quas ipse uiuens homo perambulauit in terra, & eo deuenies, ut illius intuitu diuino fruaris. Si roges quales hæ

Ioan. 14. Augustin⁹ de quatuor uirtutibus. Christ⁹ ē uia

 uiæ sunt

uiæ sunt? subiunctas ausculta. Sub humilitatis iugo sibi uiā pręstruxit, qui de se profitetur Mitis sum & humilis corde. Sub obedientię iugo qui subditus erat matri, patri. Et erat subitus illis. Factus obediens usq; ad mortem. Sub iugo castitatis, qui uirgo uirginem uirgini commendauit in cruce. Sub iugo paupertatis, quia filius hominis non habuit ubi caput reclinaret. Omnem pertulit aduersitatem, ut in cœlos euaderet, qui nobis acclamat O uos oēs qui transitis per uiam, uidete si dolor sit sicut dolor meus. Sic autem oportebat Christum pati, & introire in regnum dei. Iam uides uiam Christi: iam uideo (inquis) uiam, & cupio ambulare nūc in ea, quia plana est, quia recta, pulchra, sed aspera, sed angusta est. Arcta uia quę ducit ad uitam. Sed Christus transiuit & adhuc aspera est? caput transiuit, & adhuc membra dubitant? dux pertransijt, & adhuc formidant milites? Sed Christus (inquis) deus & homo est. O homo uide quot insuper hominum milia transierunt. Senes, iuuenes, pueri, infantes, immo & puellulæ transierūt ætatis & complexionis teneræ. Diuites, pauperes, pulchri, deformes, fortes, debiles transierunt, & uiam quam times tritam fecerunt. Hanc itaq; uiam ingreditor, nolo timeas, nolo formides, quin potius [illegible]orum exemplum te dirigat, & prosperum & fœlicem exitum experieris. Docebo (inquit) iniquos uias tuas. Tuas, cuius tuas? uias domini de quibus alibi idem propheta scribit in hunc modum Propter uerba labiorum tuorum, ego custodiui uias duras. Quæ sunt obsecro uerba, de quibus ista loquitur? Nimirum illa, quæ principio comprobauit, & docere cœpit. Quæ sunt? Pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hęc postrema promissio tantæ dulcedinis est, ut ob eam custodire uelim & subire uias duras. Vias correctionis & resipiscētiæ, uias pœnitentiæ perpetim adimplendę. Non est graue, non est ullius ponderis aut momenti, de pœnitentia uel loqui uel prędicare, non est graue neq; molestum de pœnitentia cogitare, sed ipsam agere durum & austerum est. Nec est adeo molestum diem unū plus minus, aut annum unum pœnitentiæ iugum portare: sed perseuerare, sed

Matth. 11. Luc. 2. Phil. 2. Ioan. 19. Luc. 9. Treno. 1. Luc. 24. Matth. 7. Iter ad celos p Christū pmollitum est. Psal. 16. Expōitur. Matth. 4. Que pulchra difficilia.

rare, sed sub eo totam uitam trahere, difficillimum atq; molestissimum est. Idq; potissimum quatuor ex causis. Videlicet ex callidis diaboli prestigiosisq; tentationibus, ex rebellione carnis, ex mundanorum insolente derisione, ex uoluptatumq; naturali amore et desyderio: cum ex diutina pugna cū diabolo, diuturnoq; carnalis recalcitrationis compressu, molestia quædam magna nascatur. At bene habet illa difficultas, quandoquidem Ars & uirtus circa bonum difficile uersantur. Arte bona, firma uirtute, retardabitur & falletur ars illa diaboli. Sic enim ars deluditur arte. Sed hanc artem, hunc uirtutis habitum, non una, non raris, sed multis & continuis non interpolatis, sed eodem modo peractis operationibus adispiscaris oportet: ut non una hirūdo uer facit, sed grex aduolantium hirundinum. Ideo non est satis ut hodie castitatem fortiter obseruans, cras luxuriæ cedas: hodie te summittas & humillimū ostendas, cras in cœlum os aperias, & altiora te teq; indigna superbus anheles: hodie ieiunes atq; abstemius sis, cras auide crapuleris & helluo fias: hodie liberalis & misericors, cras immitis auarus: hodie parcus, cras prodigus alieniq; profusus: hodie te dedens omnibus & ferens omniū fortunas, cras inuidus & fastidiosus: hodie mansuetus, cras iracundus: modestus, cras immoderatus: sed hodie, sed cras, sed quotidie magis atq; magis indies & continue uirtutibus & bonis operibus accresces. Sic quæ difficilia fuerunt, deinceps erunt tibi facillima: quæ fuit arcta preduraq; uia, dulcis erit & amœna. Sic Pythagoricę literæ mysteriū absoluas, quæ mōstrat arduum in calce, sed in sublimi capite spaciosum & amplū iter habet. Cęterū quod ante diximus iuxta uarios status uariasq; professiones hominum, uiæ difficultas & austeritas uitæ suscipitur. Est arctissima quidem una uia, uotorum & consiliorum uia, seu uita religiosorum, quam sibi uolētes asciscunt, & eam solam ultro sequuntur: in qua mundanę cupiditatis occasionem euitant: sed fraudes diabolicæ, flammęq; carnalis obstacula non usq; adeo repellunt. Spiritus enim promptus est, caro infirma. Carnis importunas motiones, & maligni spiritus op-

Ethico.2.
Cato.
Ethico.1.
Pythagorica litera.
Multiplex via hominis.
Matt.26.

pugnationes haud ita retundere possunt, ut non rursus assiliant. Quantumuis pij sint atq; religiosi, fit ut memoria mundanæ delectationis occurset, fit ut corpus sui tędeat ingressus, ut recalcitret, ut obmurmuret & repugnet instituto, sanctis animi conatibus obsistat, uigilias, orationes certas, pręscripta studia, singula singulis horis assignata, famem, sitim, frigus, algorem, & cętera grauamina non susq; deq; habeat.

Diabolus undiq; & ex omni parte tentat.

Diabolus uelut hydra lernea, multis armata capitibus, multiplices struit insidias. Nunc antrorsum, nūc retrorsū, nūc sursum, nūc deorsum, nūc introrsum, nūc extrorsum, nūc a dextris, nūc a sinistris sibi uiā affectat. Corā in os insultat, dū nos a pclaris cœptis & bonis institutis absterret. Furtiuo gradu post tergū adorit, qui nos ad pterita pctā retrahat. Capiti sursum imminet, qui bonorū operū uanam gloriam & superbiā immittat. Deorsum ad pedes cuniculos agit, qui desperationem per peccata moliatur. Intus per cogitationes malignas, extra per omnes sensus. Ad sensus primū exteriores uelut ad ianuas urbis, muros, & fenestras arietat, ibi uineas substruit, nullum eorum nō acerrime percellit.

Per oēs sensus tentat diabolus.

Visui ueneres, cupidines, omnia pulchra. Auditui syrenū cantus, concinnas adulantium uoces, & detrahentiū susurros. Gustui delicias, ordoratui fragrantias, & tactui mollicię obiectet. Diem, noctem, semper inuigilat, explorat, & insidiatur, ut semper inuadat. Siue studes, siue feriaris, oras, psallis, edis, bibis, uigilas, dormis seu quiduis aliud facis: ipse pręsto fit ad suadendum ne recte facias.

Iob.7.

Quapropter non absurde Iob asserit Vita hominis, uita hominis est tentatio super terram. Habet enim aduersarium cui nomina milla, mille nocendi artes. Eius tentationes tot & tam uariæ sunt.

Octo machinis tētat diabolus.

Gregorius.

Tam importuna tentatio quidem, ut frequenter & quasi continue nos ad malum instiget: qui continuo (teste Gregorio) tentat ut saltem tędio uincat. Tam dubia & anceps, ut aliquando tanta dubitatione mens inuoluatur, ut quo se uertat & quid faciat ignoret penitus. Tam subitaria, q̄ menti sufficientem deliberatiōem non pmittat: sed improuisam opprimat. Tam occulta, q̄ rationis iudicium fugiat, & consiliū eludat. Tam

uiolenta,

uiolenta, ut animus ęgre ferens impetum, fere trahatur ad consen
sum. Tam perplexa, quæ crocodilitis, soritis, & cornutis syllogis
mis sic plerunq; mentem implicat, ut dum consultat & intra se dis
serit, utrum malorum quæ diabolus opponit minus sit, & an alte
rum eligibile in incertum desinat, cum quicquid statuerit, incom-
modum nō deuitet. Tam fraudulenta demū, ut sub specie recti, ui
cium insinuet: & dum uitat quis unum peccatum, in contrariū se
præcipitet. Ducit enim in uicium culpæ fuga si caret arte, si nō mu Horatius
niatur arte sancti spiritus & robore uirtutis. Hic uides tricipitē cer
berum, immo multorum capitū hydram. Vides serpentem cali- Gene. 3.
lidiorem cunctis animantibus terræ. Vides importunitatem eius
quam uix unq̄ intermittit, donec ad peccādum illexerit. Laqueos
ita struit, instructos ita multiplicat, & multiplicatos tot modis e-
uariat, ut nisi cum summa difficultate nullus euadat. Si tentatio
nem unam fortis oppugnes, alteram paratus obiectat. Si unam
declines, altera contrauenit. Si unam excutias, si in terram affli-
gas, altera surgit. Si unam excludas, altera se statim intromittit:
ut tanq̄ cum Hercule Achilous, tecū diabolus pugnam semper in-
geminet, qui poculum bibentis, qui edentis patinā, ludentis lo-
cum, uigilantis sedem, & dormitātis lectum malis cogitatibus &
prauis appetitionibus inficit, atq; pestiferis inquinat insomnijs.
Vnde uides id quod ait Iob esse uerissimum Vita hominis tētatio Iob. 7.
est super terram. Sed quantus mœror interim, qualis anxietas, &
quænam perturbatio uiris bonis, pijs & religiosis est, quando quo
uocat spiritus, illinc caro reuocat? quando caro titillans, mentem
inquietat? mundus turbulētus exagitat, & diabolus insidians uen
tilat, triturat atq; cribrat? Quale tormentum animi, quæ carnifi-
cina, quantæ angustiæ, dum suas tentandi formulas (uelut Pro-
theus aut Chamelion) diabolus immutat: ut nunc nouum tenta-
tionis genus, & quod nunq̄ ante senserant, eos pulset ac concuti-
Y. at? Quis per tam frequentes fereq; continuos, & tam tenaces la-
Y. queos, liber ac tutus euadat? quantumuis bonus, quantūuis pius,
Y. quantumuis iustus & sanctus, nisi (sicut ante paulo) dominus as-

BBB 3. sistat &

2.. Cor.12. sistat & dicat Sufficit gratia mea? De qua propheta quoq; scribit
Psal.93. Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno
Matt.26. anima mea. Nam ut præfati sumus Spiritus promptus, caro au-
Vita religio sor arcta pariter et pìculosa. tem infirma. Arcta est igitur & periculosa religiosorum uita, quæ
quo pluribus & seuioribus pręceptis, institutis, uotis, regulis & ce
remonijs abundat, eo sæpius & uehementius diabolus insurgit.
Nusq̃ te uertas ubi non huius arctę uiæ clara perspicias argumen
ta. Vides habitum plebano uiliorem nec nisi necessariũ, mensam
tenuem, potus ac cibi parcissimam, cubilis austeritatem, obe-
dientiæ uinculum, paupertatis ac pudiciciæ iugum, iuge silentiũ,
correctionem assiduam, & disciplinam acerrimam: diuinum exer
citium, & nocturnas excubias, quotidianaq; ieiunia. Diem lectio
nis, orationis, & manuum labore tripartitum, omnia dura, omnia
difficilia, omnia molesta. Attamen hæc uia tuta est, salubris & ue
nusta: uia dulcis & pgrata suis tyronibus & Athletis Multi uidẽt
Bernard9. (ut Bernard[illegible] ait) cruces eorum, sed nõ unctiones. Videntur hæ
necessitates, uidentur esse magnæ difficultates & molestię, famis,
sitis, ęstus, frigoris, infirmitatis, & aliorum quę posuimus, sed no
bis ignaris & ipsorum inexpertis. Vidẽtur corporis immania tor-
menta, sed molibus, sed insolentibus, sed comptis, & nimis deli-
catis: cum co[illegible]pijs ac religiosis hominibus pulchra, facilia, &
mirum in modum delectabilia sunt. Crœsi copias, Mydę diuitias,
& Sardanapali uoluptates excedunt. Quod ita fore Christus ante
Matth.19 promisit, hic inquiens Centuplum accipient & uitam ęternam ha-
bebunt. Amor enim quem religiosus habet erga deũ, omnia pro
deo leuia, suauia, gratissimaq; facit. Suos itaq; Christus admo-
Matth.11. net Tollite iugum meũ super uos, & inuenietis requiem aĩabus ue
stris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Volũtas
etenim in euangelio quæritur, quæ si fuerit addicta, pie facturo
nihil obstabit. Et reuera quis ita deo deditus, & diuinis inten-
tus esse potest, ut hæc grauamina uel non sentiat interim, uel eis
pars rationalis applaudat; quanq̃ sensitiua doleat. Sic multos in
ipsorum contemplatione, quasi raptos fuisse legimus, ut uocantẽ
non audie

non audierint,ſed nec pulſantem ſenſerint,ex parte Pauli ſimiles,
, qui raptus in tertium cœlum, & audiens arcana,quæ non licet ho
, mini loqui : an in corpore an extra corpus,neſcio(inquit)deus ſcit.
Hanc religioſorum uiã ſequitur uia puritatis & mundiciȩ,quã oẽs
homines ſumma ope niti decet, ut intrãtes inambulent. Tres ue-
ro partes habet, quarum qui non unam integre ſeruat, aut uiola-
tam uera pœnitentia non redintegrat, a ſpe ſalutis ȩternæ ſecludi
, tur: quoniam illuc nihil inquinatum intrabit. Virgo niſi caſtitatis
florem ex profeſſo cuſtodiat,uidua relapſum niſi corrigat,& uxor
niſi matronale decus obſeruet,ſe mortis in diſcrimina trudit: qui
quanq̃ tres caſtitatis gradus ſunt, at uirginitas una prȩcellit, & ea
cum pertineat ad quotlibet, ad ſacerdotes tamen & clericos præci
, pue ſpectat, quorum uitam Apoſtolus hoc modo depingit Opor
, tet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ſobrium,ornatum, pruden-
, tem, pudicum, hoſpitalem, doctorem: non uinolentum,non per
, cuſſorem, non litigioſum, non cupidum: ſed modeſtum, ſed do-
, mui ſuȩ bene præpoſitum. Et de diacono deinceps ſimili fere mo-
do ſubijcit,per quos honeſtum ſacerdotum & clericorum cœtum
intelligit, Principio iam epiſcopum, preſbyterum, aut diaconum
irreprehenſibilem: ſeu crimine aliquo notabili capitaliq; peccato
, uacuum oportere eſſe demonſtrat. Qui alios reprehendere debet,
, ſine rep̃henſione neceſſe eſt ut uiuat. Quia turpe eſt id te cõmitte-
re, quod doces alios non eſſe committendum : & uita turpis abro
gat autoritatem docenti. Quocirca qui doctor eſt futurus in ali-
oſq; dicturus, uacare debet omni uicio. Nec id ſolum oportet,ſed
etiam ab omni ſpecie mala cauere, cunctas occaſiones criminum
pro uiribus euitare,ne familiaritatem aut conſuetudinem nimiam
cum prophanis habeat,aut cum laicis, quibus ſi quando pro tem
poris exigentia uelit prudenter, modice, ſimul ac pudice, con-
gredi debet. Fœminarum uero ſodalicia non admittet, ſed eas
ab ȩdibus in totũ arcebit, niſi ſalus animæ, pium ac ſalutare ne-
gotium aliud expoſcat. Nam quanquã is forſan eo uirtutis eua-
ſerit ut temperãs ſit,affectuſq; ſubdiderit,& citra noxam ſynceriq;
pectoris

2.Cor.12.

Via puritatis et mũditie ad eccleſiaſticos ſpectans in primis.

Apoc.21.

1. Tim.3. Exponitur.

Irreprehenſibiles eẽ oportet tum epiſcopũ tũ ſacerdotes. Gregorius.

pectoris inquietudinem cum his conuersari, sedere, fabulariue po
tuerit: haud ita facile tñ suspiciosę multitudini satisfaciat. Licet
ipse cũcta faciat inoffense, nasci tamẽ potest e leuiculo sexu, unde
præceps iudiciũ male subito coniectet: cuius non paruã rationem
1. Corin. 9 diuus Paulus habuit, quando meticulose pronunciauit Timeo ne
alijs prędicans, ipse reprobus efficiar. Vereor ut sim indignus offi
cio prędicandi, timeo ne quid in me notatu dignum appareat, qđ
uel oculos intuentium offendat uel auribus audientium dissonet:
ne uultu laxior, gestu fractior, uerbisue solutior aut incautior, ali=
quando reprobus ab aliquibus esse iudicer. Debemus enim debe=
1. Tim. 3. mus, ut alibi scribit Testimonium habere bonum apud eos, qui
foris sunt. Vbi tradit ordinatiõem episcopi & diaconi. Deinde so
Sobrius qs dicendus. brium esse debere commonstrat. Sobrius, prouidus, ac tempera=
tus est in cogitationibus, dictis, atq; factis, cibo potuq; modera=
tus, parcus uini, crapulę uitabundus, contemptor luxus, nõ ebri=
us, nõ u[illegible]x, uerbo suauis & affabilis, gestu decorus, habitu mo
destus, moribus aptus, cunctis operibus & tota uita compositus:
ut qui cunctas cupiditates & affectus attemperat atq; refrenat, ad
Titum. 2. quod ibi commouemur Sobrie uiuamus in hoc sęculo. Quod au=
tem interp[illegible]brium uerti potuisse, uigilantem, Hieronymus ad
Heliodorum indicat, id quod grece νηφάλιον significat, q; inuigi=
lare gregi debeat, suæ fidei tutelæq; commisso, ne quid eius sua
negligentia pereat, neu rapax lupus inuadens dispergat, aut pa=
Boni pastoris officium. buli defectus enecet. Sed uigil & assiduus in sua quisq; diocœsi,
suaq; parochia curabit, ne grex, ne populus sibi creditus in diabo
li fauces incidat, dum sacra fame laboret, dum nimiũ studet aua=
riciæ: sed boni pastoris, boniq; speculatoris ubiq; partes aget, qui
sub bellum designatus, ad arcis aut oppidi munimen ex industria
speculam ascendit, e qua late subiectam circũspiciat regionem, nec
ullum neq; peditem, non equitem, neq; nauitam prętergredi sinit,
quin campanæ pulsu ciues admoneat, ne fallantur improuisi, sed
ianitores in portis, in mœnijs, in alijs alij locis parati sint, si peri=
culi quid impendeat: sic & episcopi, sic sacerdotes ac clerici frequen

ti monitu

ti monitu, frequenti prædicatione, clamore populum excitabunt,
ut insidias diaboli peccatorumq; discrimina pręcaueant, ne tectũ
ouina pelle lupum, sensus illusi ianitorum instar admittant, neue
diabolicum suasum animus tanq̃ ciuis deceptus, amicitiæ speciem
recipiat: qui sese in angelũ lucis ob id non raro transfigurat. Hu-
iusmodi pręcones, huiusmodi concionatores uerbi dei, ne desint
officio suo, sic dominus p̱ prophetam expergifacit Clama, ne ces- Esai. 58.
ses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo scelera eo-
rum. Formidandum tamen est ne iam & pręco surdescat ad hanc
uocem sui iudicis, & quantumuis pręco clamaret, populus uel nõ
audiret, uel auditum contemneret. Formidandum ne nunc uerũ
sit quod ita scribitur Speculatores eius cęci sunt omnes, canes mu Esaiæ. 56.
ti non ualentes latrare: dormientes & amantes somnia. Pudicus Pudicus.
insuper & castus debet episcopus aut sacerdos esse, cuius cõsensio
intus, uultus, sermo, gestus, tactus, & operatio foris, erunt impol
luta. Tales etenim alloquitur Apostolus, qui dicit Portemus 1. Cor. 6.
Christum mundo corpore, immaculato corde, puro spiritu, & cõ-
uersatione sancta. Certe tam sanctus esset sacerdos, ut ipsius ani-
ma radijs solaribus illustrior ac serenior esset, tanq̃ quodam mo-
do præoccupatura splendorem iustorum, qui sicut sol fulgebunt Matth. 13.
in regno cœlorum. Tam desicatus a peccatis & purus, ut a spiri-
tu sancto, qui non intrat animam uiciosam, neq; manet in corpo
re subdito peccatis, nunq̃ desereretur: qui possit uere cum Paulo
dicere Viuo ego, iam non ego, uiuit in me Christus. Vnde sic mo Galat. 2.
nentur ab Esaia sacerdotes Mundamini mũdamini, qui fertis ua- Esai. 52.
sa domini. Non tam aurea uasa dicit aut argentea, qualia frequen Sacerdotalis dignitas.
tabantur in augustissimo Hierosolymorũ templo, q̃ interna secre-
taq; christianorum pręcipue sacerdotũ pectora, quæ spiritus san-
ctus cum munda sint inhabitare dignatur, pro quibus Christus
mori uoluit. Hi sunt & dei templum & uasa templi, quod etiam
Paulus sic asseuerat Templum dei sanctũ est, quod estis uos. Vos 1. Cor. 3.
omnes christiani, sed uos præterea sacerdotes estis sal terræ, quo- Matth. 5.
rum doctrina sana, uitaq; pudica, condiendi sunt cæteri. Vos Ibidem.
estis lux

estis lux mundi, uos lucerna accensa super candelabrum, non sub
modio posita. Vos estis ciuitas in excelso monte sita. Vos columnę
templi, uos scientiæ lignum in ecclesia, uelut in paradisi medio po
siti. Vos animarum rectores, Christi uicem gerentes, & apostolo
rum successores. Vos Christi corpus sacro ore conficitis, sponsam
Psal.81. domini sobria castitate conseruatis. Vos dij estis, & filij excelsi
omnes. Vos estis uicarij Christi, uicem eius gerentes, quibus da=
Math.16. tæ sunt claues regni cœlorum, quibus data est potestas ligandi
atq; soluendi: coelum aperiendi & inferna claudendi. Vos quo=
dammodo ante iudicij diem omnia iudicatis. Ideo mundamini,
Matth.23. mundamini & nolite coelū hoibus claudere uos, qui potestis ape=
rire. Clauditis autem cœlum, quoties mala in eis quæ potestis, nō
corrigitis. Clauditis cœlum, quando doctrinæ bonæ sementem,
suo tempore non iacitis. Clauditis deniq; coelum, quoties alios
1.Pet.2. offen[redacted]is, & exemplis malis fructum doctrinę corrumpitis. Vos
estis genus electum (uti Petrus ait) regale sacerdotium, gens san
cta, populus acquisitionis, ut uirtutes eius annuncietis, qui uoca=
uit uos de tenebris in admirabile lumen suum: & annunciatas be
ne beateq; uiuendi genere confirmetis. Sed uæ uobis si claudatis
regnum [redacted]ū ante homines, quia nec intratis ipsi, qui neq; do=
centes bene uiuitis, neq; bene uiuendo docetis: nec alios intrare
sinitis, quos exemplo uestro deprauatis. Sitis igitur (quod debe=
tis) oculi cęcis, pedes claudis, consolatio miseris, & speculum lai=
cis. Vitam emendate uestram, ut illi per uos suam corrigant. Aua
riciam cōculcate, despicite cōcupiscentiam, uitate superbiam, odio
habete symoniam, amate paupertatē, nolite quęrere gloriam ab
hominibus, fastum & pompam sæculi prorsus abnuite, sectemini
uirtutem, sine intermissione pro omnibus orātes, audite consiliū
2.Corin.6 Apli, qui sic constāter hortatur In omnibus exhibeamus nosmet
ipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus,
in necessitatibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate,
in lōganimitate, ī sciētia, in sāctitate, ī charitate de corde puro cō=
sciētia bona, & fide non ficta, in spiritusancto, in uerbo ueriatis, sic
ut fideles inueniamur: & nos existimet homo, ut ministros Chri=

sti &

, ſti & diſpenſatores miniſteriorum dei, nemini dantes ullam offen
, ſionem, ut non uituperetur miniſterium noſtrum. Vituperabile
, uero miniſteriorum & contemnēda ſeruitus eſt, quando quæ Chri
, ſti ſunt aut non curamus, aut negligenter adimplemus. Eſt enim Hiere. 48
, maledictus, qui facit opus dei negligēter. Subdit Apoſtolus ſacer Ornatus.
A. dotem ornatum eſſe debere, uirtutibus intus, exterius bonis mo-
4. ribus, honeſtoq; & decenti corporis habitu, uultu, factis, dictis.
Virtutes ornamēta ſacerdotum interna ſunt, diuinitatis diuinęq; uoluntatis in ſacris literis proditæ ſyncera contemplatio, frequens in eccleſiaſticis officijs, cæteriſq; bonis ſtudijs exercitatio. Prudentia ac fortitudo ſpiritus, iuſtitia, ſanctitas, humilitas, obedientia, caſtitas, pura cogitatio, ſimplex & immaculata cõſcientia ab omni ſordido & indecoro conatu, tanq̃ elimata politaq;. Veſtitus iſtiuſmodi ſacerdotē multo uenuſtius & ſpēdidius ornat, q̃ qualiſcunq; corporis extrinſecus apparatus. Amictum corporis habeat oportet, non fulgidum, nec ſordidum, ſed honeſtum, & gradui ſuo atq;
, conditioni congruētem. Omne quippe quod non propter neceſſi- Baſili9 magnus.
, tatem ſed uenuſtatem accipitur, elationis habet calumniam, ait
magnus Baſilius. Vnde priſcis temporibus mediocri uiliq; cultu, uir unuſquiſq; ſacer utebatur: non nimia uel breuitate uel longitudine notabili, non precio, non mollicie, non textura uel colorũ uarietate ſplendidulo. Clericos qui claris & fulgidis ueſtibus ornantur, oportet emendari, multimodis autem uirtutibus ornari,
, ut qui neceſſitatem bene uiuendi ſe nouerint aſſecutos ex ordine
, ſuſcepto, moribus atq; uita ſe ſanctos oſtendant. Oportet itaq; Prudens.
, prudentem eſſe, ſacræ ſcripturæ ſcientiam habere, quia non de-
bet egere doctrina, qui ſtatuitur ad docendum alios. Eſt ignorantia mater cunctorum errorũ, maxime in ſacerdotibus, quibus nõ ſufficit morum honeſtas & bona conuerſatio, niſi ſcientia ſcriptu-
, rarum accedat. Nam ſi Chriſtus iuxta Paulũ apoſtolum dei uirtus 1. Cor. 1.
, & dei ſapientia eſt, & qui neſcit ſcripturas, neſcit dei uirtutem &
ſapiētiam: ignorãtia ergo ſcripturarũ, eſt ignorãtia Chriſti. Sacerdotibus igitur elaborandum eſt, ut hanc ignorantiam quaſi peſtem fu-

ſtem fugiant: ſciant ſacras ſcripturas, ſtudeant diuinis literis, doceant & ędificent cunctos, tam fidei ſcientia q̄ morum & operum diſciplina. Multo tempore diſcant quod poſtea docturi ſint, intelligant quod per prophetam dominus ait

Malach. 2 Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ab ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Intelligant & faciant, ut quod Hieremiæ dictũ eſt, ſibi quoqꝫ dici poſſit

Hiere. 5. Ecce dedi uerba mea in ore tuo.

Quanta debet eſſe cura ſacerdotũ erga gregem.

Sint prudentes, ſint prouidi, cauti, uigiles & ſollicitiin tuendo grege, populoqꝫ cuſtodiendo: ne per diſciplinę defectum macreſcat, uel non bene miniſtratam male pingueſcat. Si fames ſit uerbi, abũde prędicent: ſin uerbi ſit contemptus, auerſas mentes prudenter & ſtudioſe reuocent, nunc oleum nunc uinum infundentes, modo lenibus, modo uerbis aſperis uſi, ſecundum exigentiam criminis. Sint qui lepras internoſcere poſſint, & uulnus a uulnere, peccatũ a peccato diſcere: ſuam cuiqꝫ morbo medicinam paratam habentes: perq̄ cauti uerba dei ſeminando, perq̄ cauti confeſſiones audiendo, prudentes omnia ſacramenta iugiter adminiſtrando, & ſingula quæqꝫ officia eccleſiaſtica contrectando. Erudiãt ignaros, imbecilles adiuuent, omnes (uti neceſſitas exigit) cõſtabiliant, deſperaturos [illegible]ur & corroborẽt, obduratos ad pœnitentiã emolliant, mollia pectora remedijs mollibus, & dura duris accedant, præſumptuoſum deuocent & meticuloſum erigant: nunc iurgijs & increpationibus, nunc blandicijs & placidis uerbis agant, oĩa ſuis locis applicent. O prudentiam iſtam, o diſcernẽdi peritiam ſacerdotibus maximopere neceſſariam. Cæteris nanqꝫ dicitur.

Aggei. 2. Interogate ſacerdotes legem.

Doctor. Ideo doctorem eſſe iubet Apoſtolus, qꝫ docendi facultatem & gratiam habere debeat, quiſquis eccleſię pręerit. Sancta quippe ruſticitas ſoli ſibi prodeſt, & quantum ex uitæ merito ędificat eccleſiam Chriſti, tantum nocet, ſi reſiſtentibus contradicere non poſſit: quantum prodeſt exemplo, tantum ſilentio nocet. Neceſſe eſt ut doceat, neceſſe ut prędicet, conſulat, conſoletur, corrigat, & reprehendat: neceſſe ut potens ſit exhortari, potẽs contradicẽtes reuincere, & in ſilentiũ cogere: quod etiã

imperat alibi Prædica uerbum dei, insta oportune, importune, ar= 2.Tim.4.
gue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Addit Non Non litigio-
litigiosum esse debere sacerdotem, seruum dei litigare non opor= sus.
tet, ut in alio quoq; loco Paulus edocet. Si quis uidetur contentio 1.Cor.11.
sus esse, nos talem cõsuetudinem non habemus, neq; ecclesia dei.
Quia cum debeat alios ad cõcordiam trahere, nequaq̃ eos litigan
di facilitate prouocabit ad dissidium: non discordias exuscitabit,
sed exuscitatas restinguet: nõ rixas sectabitur, sed suauiter & mo
deste sedabit: si uarias emersisse uideat opiniones & sectas, eas ad
unitatem atq; concordiam, ad pacem & christianam tranquillita=
tem prudenter & acute reducet. Christus enim suis apostolis &
apostolorum successoribus ait Pacem meam do uobis, pacem re= Ioan.14.
linquo uobis. Non percussorem, sed modestum: non uecordem, Non percus-
iracundum, adeoq; suiipsius impotentem, ut qui sua patientia cæ= sor.
teros ad patiendum instrueret, pugnum, ferrum, aut lignum ab
ictu retineat, plus erga corrigendos agat beneuolentia q̃ seue
ritas, plus exhortatio q̃ comminatio, plus ingenua uoluntas q̃
uiolenta coarctatio, plus charitas q̃ potestas. Percussio duplex a Duplex percu
clericis uitanda, ne uerbo quidem, uel inutili sermone, nociuoue tiendi genus
consilio conscientiam infirmorũ percutiant: uel ex odio, aut su a sacerdoti-
perbia, corpori uulnus aut plagam infligãt. Delinquentem corri= bus vitandũ
gere licet, errantes in uiam uel inuitos reducere, aliorum utilitati
cũ modestia consulere, non suæ uoluntatĩ pręcipitiq; perturbatio=
ni subseruire, ideo dicit apostolus modestum. Ne puniant q̃diu Modestus.
senserint ira se commotos, sed prius animo suo tẽperent, ut com=
motione sedata, uel ignoscant, aut mitius & non nisi iuste castiget.
Ita philosophus quidam Punirem te (inquit seruo) si nõ iratus es Philoso-
sem. Et Plato, porrecto ĩ seruum baculo, rogatus quid ageret, ego phus.
(dicit) castigo hunc intemperantem, seipsum significans ira per= quidam
citum. Absolutum huius rei Christus exemplum adhibuit, qui cũ Plato.
percuteretur non repercutiebat, cum malediceretur non remale=
dicebat, cum pateretur non comminabatur. Sint ergo pastores,
non percussores, patientes non uiolenti, arguant, obsecrent, incre 2.Thi.4.

Cato. pent cū ōni patientia & doctrina. Virtus nam uidua est, quam nō patientia firmat. Sicq; uitam si mores hominum inspiciant, nemo sine peccato uiuit. Mortales aliorum uitia facile notātes corrigūt,
Nō cupidus. sua uix ullus introspicit. Non cupidum, sed domui suæ bene præ positum. Non oportet auarum esse, quia cupiditas aut inordinatus amor diuitiarum, radix est omnium malorum: quam qui nō abscindunt a se, bonorum omnium autori deo non possunt adhęrere. Vir itaq; catholicus & præcipue sacerdos, ut nullis erroribus implicari, sic neq; cupiditatibus inquinari debet: sed mentē a ter-
.2. Tim.2. renis liberam atq; alienam habebit. Siquidem nemo militans deo implicat se negocijs sęcularibus, at ab indignis quæstubus, mundanis curis, negociationibus inhonestis, & lucris turpibus ac prophanis in totum abstinebit. Ignominiosum & dedecus est e sacerdote economū, quæstorem, accepti & expensi supputatorem, immo lanium, immo pecorum saginatorem, coemptorem, diuenditorem, permutationibus hinc inde faciendis oīno deditū, immo totum mercimonijs emendis & uendendis absorptum. Qui mundo sese abdicaret, & in deo solo uelut āchora quadam firmiter affi-
Luc.16. geret: is se mūdi negocijs īmiscebit? Reddet reddet rationē uillicationis, supp[illegible]nē uitæ deo, nō mūdo, ꝑ animabus Christi sāguine redemptis, & tutelę suę creditis: non pro militibus gubernatis, nō pro administrato regno, magistratuue laudabiliter & rite per-
Ezech.3. acto: sed sanguinem eius de manu tua requirā ait dominus. Sanguinem eius, cuius eius? diocœsani certe seu parochiani tui quisquis es episcopus aut curator animarum. Erit anima tua pro ani-
Deut.19. ma illius. Quoniam cupiditas liberalitati aduersatur & hospitali-
Hospitalis tati, ut hanc extinguat, & illam sacerdoti persuadeat. Hospitalem oportere esse dicit, ne sit in illorum numero, quibus Christus in iu-
Matth.25. dicio terribiliter intonabit Hospes eram, & non suscepistis me: discedite a me maledicti in ignem ęternum: sed inter eos quibus
Ibidem. ad dexteram conuocatis, suauissime dicet Hospes eram, & collegistis me: uenite benedicti, possidete paratum uobis regnū. Ea de causa pascet oues, populum suum enutriet, non soli pane seu cibo corporali,

corporali, sed & spirituali nutrimēto seu uerbo dei, famelicos & siticulosos, pauperes & egenos utroq; modo reficiet: pauperes & peregrinos & in domos ad quietem & ad fidei doctrinam gratanter inuitabit, nudorum non solum corpus indumento, sed etiam animum consilio uestiet. Cumq; debeat alius ad hospitalitatem adhortari, certum de se pręstituat exemplū, est necesse. Quomodo poterit hospitalitatis hortator esse, qui domum suam claudit hospitibus? Memoria repetat quid Abraham, quid Loth per hospitalitatis opera nacti fuerint, quomodo deo placuerint, & angelos hospitio recipere meruerint. Econtrario, quid Sodomitis cōtigerit, qui repellebant hospites, & claudebant ab eis ostia: quomodo uorarit & absumpserit eos omnes ignis e coelo pluens. Recordetur Sarae, Rebeccae, Iother, cęterorumq; quos scriptura commendat. Veniat in mentem illius uiduae Sareptanę, quae tempore famis ac penuriae magnae, Heliam prophetam suscepit hospitio, necessitatem eius suae praeponens inopiae, quidnam inde consecuta fuerit meriti a deo, ab homine laudem & penus incrementum. Indigentes etiam minus bonos respiciat, quia non ex uita suscipientis, sed uoluntate, sed misericordia & bonitate dantis, retribuet dominus. Ideo non examinet postulantes, ubi nutrimentum postulatur. Si scrutator postulantium Abraham fuisset, fortasse nunq angelos hospitio recepisset: sed quoniam omnes recepit, recepit & angelos, qui si quosuis abiecisset, cum reliquis angelos quoq; repulisset. Et Christus se pascentibus & in domum inuitantibus aperuit, quod secū et de se loquentibus abscondit. Hospitales igitur ut simus, hortatur Petrus, ut fraternae dilectionis opera pręstemus. Paulus & Ioannes euāgelista tantopere feruebant in hoc, ut Diotrepem quendam, qui nec pauperes recepit, & recipere uolētes prohibuit, de ecclesia eijciens, excommunicaret. Si non hęc clericos instimulent, at illa meminerint quae Hieronymus ait Quicquid habent clerici, pauperum est: & domus eorum omnibus debent esse communes. Pauperes intelligit & peregrinos, ut etiam alibi declarat Gloria episcopi est pauperum opibus prouidere: & ignominia

Gene.18. &.19.
Ibidem.
3.reg.17.
1.Pe.4.
Rom.12.
1.Ioh.3.
Hieronymus ad Pauli.

minia sacerdotis est, proprijs studere diuitijs. Nam si uidua reci-
pi prohibeatur ab ecclesia, quæ pedes sanctorum non lauit, pau-
peres hospitio non recepit, & omne bonum opus non est executa:
quanto minus sacerdotes, qui probantur ab opere pietatis alieni,
recipi debebunt? Sit itaq; sacerdos hospitalis & munificus, sit ex-
positus omnibus egentibus, ut qui præsentis uitæ subsidia tribuat
Nō vinolēt⁹ egenis, ęternæ claritatis pręmia sibi consequatur. Deniq; non ui-
nolentum sacerdotem esse debere docet Apostolus, qui nec gulæ C.
Quā dedecet sacerdotē vinolentia. intemperantiam ullo modo habere permittitur. Neq; prohibetur 4.
ebrietas, & edacitas toleratur, cum sint utraq; tenebrarum opera,
& pręmoneat Apostolus abijcienda talia, nec ambulandum in cō-
Vinolentus quis sit. messationibus & ebrietatibus. Vinolentus, non qui modice sumit
Hierony. aut semel, sed frequēter uino repletus intelligit. Venter autē me-
Sapiē. ro æstuās, facile despumat ī libidinem. Luxuriosa nanq; res uinū,
& contumeliosa ebrietas. Omnis qui cum his miscebitur, non erit
Exponitur. sapiens. Luxuriā facit & nutrit uini perceptio nimia: & ubi ebrie-
tas est, ibi libido dominatur & furor, impatientia, contentiones,
& litigia facillime surgunt. Et sacerdotis animus castus, tranquil-
lus, ad contemplationem atq; sapientiæ studium aptus sit opor-
tet: sensu[illegible]idus, subtilis, uigil & acutus. Venter autem pinguis
sensum crassum generat. Vnde ministri templi prohibentur uinū
Matth.11. & syceram bibere. Et qui Christum annunciauit Ioannes, nō erat
Luc.7. manducans panem, neq; bibens uinum, ut tanq̄ speculum pręces-
sisse sciantur, in quo perspicerent qui sequuntur eos, qui Christum
prędicant ac annunciant, & qui in sancto sanctorū hostias immo-
lant, uinum & syceram nisi summo cum moderamine poturos, &
ab omni uiciorum incentiuo præstare se debere alienos: quibus
Ephe.5. alibi sic inquit Apostolus Nolite inebriari uino, in quo est luxu-
ria. Nolite sacerdotes nolite, quibus ita uetatur ebrietas atq; cō-
potatio, tabernas uinarias, aut ceruisiarias domos frequētare. Nā
de hac re iam uos certissimos esse uolo, quod nulla re magis q̄ ha-
rum ingressu, nedum crebro ac celebri concursu, uosq; & uestrum
ordinem dehonestare queatis. At dicet mihi baratronum siue gu-
lonum

lonum horū aliquis, nos auari non sumus aut tenaces, quod gratuito uenit, liberaliter impendimus. O stulte, a tota uia aberras: nam quod honesta sacraq; ratione partum est, in hunc finem habes, ut in usus egentium multo melius eroges. Addit, non nisi cū bonis & honestis uiris ingredimur. Qualescūq; inq̄ sunt, illorū honestas, tali frequentia facile decrescet. Verū id vobis an satis erit? Quid si talibus comitatus lupanar introeas? an ibi constabit honestas? manebit ibi integritas? Non plane: sed id qui uidebunt, in ignominiā omnino tui prædicabunt. Si causam rogites, in causa est incōuenientia loci. Locus locus aliquando sanctificat hominem, aliquando deturpat. Fit animus sanctior, ad orandum aptior, & in deum erectior, quando es in ęde sacra, q̄ cum domi tuæ sis aut in diuersorio. Christus domum suam, domum orationis dicebat esse, non domum mercatus: & tu eandem domum dei, ecclesiam Christi, cum taberna comparabis? Christus emptores & uenditores e domo sua pepulit, & tu te uinolentum & [...]pótore in ecclesia merito manere posse putas, ni semel tabernas frequentare desinas? O nunc episcope & sacerdos, sacerdos & episcope, uitam hic tuam manifeste descriptam intelligis: et quomodo nō ad hanc regulam (oro) uitā exiges, cū hęc tua uita lucerna debeat esse, & lux iacentibus in mundi tenebris? Quomodo quæso uiuere debes, qui mediator es factus inter deū & hominem, hominem & deum? qui iudex es hominis in occulto foro cōscientiæ? qui tanq̄ ab homine ad deum, a deo ad hominem intercurris, & animę causam coram deo sollicitas? qui cœlum claudis & aperis? qui Christi corpus ore sacro conficis, & uiuentem in cœlo deum in altari consecras? oculis cominus intueris, manibus contrectas, ore ad os loqueris: & demum ore sacro suscipis, qui deum deo, filium patri synceriter offers? O sacerdos, o sacerdos inquā, qui degens in terra, commune cum angelis & cœlitibus officium retines. Nō homo, non angelus, non archangelus, non cherubin aut seraphin, non ulla deniq; creatura, sed ipse spiritus sanctus hoc munus instituit, & homini adhuc in carne uiuēti præstitit angelorū officio

Matth. 21.

Ibidem.

Quanta dignitas sacerdotum.

& ministerio fungi. Hoc ministerium supra quodq; ministerium D.
aliud scandit. Hoc officium omne aliud trãscendit officium. Hęc 4.
res omnem rem superat. Hæc dignitas est alijs omnibus dignita=
tibus incomparabilis. Nunq̃ imperatori, nunq̃ regi, duci, uel ma
gnatum alicui deus quod tibi sacerdoti tribuit. Cui regũ uel opti
Matt.16. matum aliquando dixit Tibi dabo claues regni cœlorum? Cui re ,
regum aliquando dixit Quodcunq; ligaueris super terram, erit li= ,
gatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutũ ,
& in cœlis. Principes huius mundi magnã habent potestatem, sed ,
in solis corporibus. Quæ autem potestas socerdotibus est cõmis=
sa, ipsam animam attingit, cœlos transit, ut ea quæ sacerdos ope
ratur deorsum, dominus sursum confirmet: quæ fit in terris sen=
tentia seruorum, dominus ipse corroboret in cœlis. Sine horum
ministerio, pręter hoc officium, neq; salus ęterna, neq; cætera bo=
Ioan.3. na, quæ christifidelibus sunt promissa, redduntur. Nemo ualebit ,
Ioan.6. ingredi regnum cœlorũ, nisi renatus ex aqua & spiritu sancto. Et ,
qui non manducauerit carnem filij hominis, & eius sanguinem bi= ,
berit, non habebit in se uitam: quæ non alijs q̃ unctis sacerdotũ ,
manibus administrantur. Ignem gehennę nemo uitare, promis=
siue gaudij remuneratione potiri poterit, si sacerdotale non iuuet
officium. Qui nascimur filij iræ, regenerati per sacerdotes, filij dei
constituimur. Per sacerdotes (relictis gentilium erroribus) Chri=
stum induimus: & exonerati peccatis, uel eum pectore conserua
mus, uel alienatum pœnitendo reuocamus. Per sacerdotes Chri=
sti capitis nostri membra facti, filio dei coniungimur, & eius co=
Matth.9. hęredes efficimur. Benedictus deus, qui talem potestatem dedit ,
hominibus. Qui talem ac tantam potestatẽ acceperis o sacerdos, ,
Matth.5. q̃ pie, q̃ sancte, q̃ iuste, q̃ integre, q̃ caste uiuere debes? Tu ciui= ,
Luc.8. tas in excelso posita, quam transeuntes facillime conspiciunt. Tu ,
Exemplũ sa=cerdotis q̃tũ boni vel mali præstet. lucerna super candelabrum, quam omnes ecclesiam ingressi con= ,
tuentur. Peccatum tuum, plus centum inferiorum hominum, uir
tus tua, clarissima uirtus. Peccatum tuũ, innumera peccata pro=
creat. Virtus tua, cæteros ad uirtutem prouocat. Peccatum tuum
cunctis

cunctis noxium, tibi pessimum. Virtus tua tibi utilis & bona, cæteris optima. Virtus tua, exemplum commune parit, & ceu publicum uitæ præceptum efficit: siue uirtus siue peccatum in te fuerit. Qui fit ut prestantis olim syncerissimæq; uitæ, talem hodie iacturam fecerit ecclesia? Qui fit ut ecclesiastici pariter & prophani maiorum uestigia reliquerint, & a præcessorum semita plane deuiarint, nisi quod tot immites & immundi sacerdotes sint: tot ignari rerum atq; literarum indocti? Qui si literati forent atq; probi, literas adamarent, literas optarent, quærerent, & quod in ludicris, iocis, nugis, iuuenilibus & uanis oblectamẽtis tempus inutiliter implecq; sumunt: diuinis ac humanis literis, ciuilibus atq; speculatiuis studijs applicarent. Qui nunc ociantur, qui nunc edormiscũt & uagantur, qui omnes bonas horas male collocant: tum (quod oporteret) diuinis officijs atq; precibus instarent, quod superesset tempus, bonis literis impartirent, insudarent, impallescerent, deũ, coelos, & coelestia contemplati, mores ac uirtutes, ut loquunt & bene uiuant, perscrutati. Iam qui nihil intelligunt ante maturitatẽ ad ordines admissi, suauitatem ac ocium indepti, intelligendi laborẽ ultra ferre recusant, studioseq; uitæ normã illis iniocundam abijciunt. Qui parum bene legentes, uix intelligunt, intelligere quoq; negligunt. Pro quibus quis deo respõdebit? Nũ ipsimet qui sese indignos ingesserunt? an nõ multo magis ipsorum episcopi, qui scientes & prudentes, immerito tales ordinant cõsecrant & sanctificant? Sed neq; tu laice prorsum huius sarcerdotum irregularitatis uicio uacas, qui potissimum hæc in sacerdote requiris, ut apposite canes & accipitres enutriat, eleganter ferat, & prudenter ad prędam emittat: ut mittendi sagittas, inseruiendi mundanis ineptijs, tripudiandi, cantandiq; peritiam habeat. An erudite legat & quæ legit intelligat, an christianos mores sacerdotalemq; uitã secum afferat, rarissima questio est. Inuertatur hic mos, tollatur ordo prepostertus, & bonos sacerdotes tu laice accerse, beneq; moratos: doctos, uerecũdos, castos, prudẽtes, modestos, rebus diuinis & bonis studijs addictos, quorum te documẽta meliorẽ reddant, dum

Quanta pernicies sacerdotũ indoctorum.

Laici sacerdotẽ venandi & aucupandi doctũ, probo pferunt.

dum societas ad uirtutem allicit, doctrinam sanam proferens in
mediũ, & sanctitatem solum ostendens. Tuq; episcope episcope,
Nota. Quã cautus debeat eẽ episcopus in cõferendis ordinibus. quos ad sacerdotij dignitatem admittas attende. Non tibi quot
Argus habebat, oculi sufficiunt. Sed si mille luminibus cinctum E.
caput esset, his omnibus opus haberes in deligendis, quos in= 4.
1. Tim. 5. tromittas in uineam & ouile domini, iuxta cõsilium apostoli Ne
mini cito manus imponens. Sit quem suscipies ingenio perspi=
cuus, moribus aptus, acri memoria, bene doctus & sapiens: sit
pius, studiosus, modestus, castus, castus cogitatu, castus uerbis,
opere castus, castus uultu, castus gestu, castus habitu, tactu ca=
stus, oculo castus, in aure castus, ore castus, corde castus & men
te pudicus, immo totus in anima castus. Tu qui sacerdos es aut
esse cupis, uel talem te præsta, uel hanc uiuendi formam non ag=
grediaris. Cogita, cogita quanta sit ordinis tui excellentia, nec te
ad uoluptates mundanas accersi, sed ut id officij fideliter prestes,
quod tibi præstandum ultro pollicitus es. Ex his quę dicta sunt
intelligitis quanta prudentia, quanta fortitudo, temperãtia, scien
tia, quanta sanctitas, æquitas, & ut in summa dicam, q̃ multa uir
tus in episcopis, sacerdotibus, diaconis, & uniuersim in clericis exi
Inanis titulus nisi res respondeat. gatur. Videtis ut hæc dignitatis & officij nomina nihil efficiunt,
nisi uirtus quoq; nominum accedat, & res ipsa concurrat. Si dia=
conus presbytero, presbyter episcopo sanctior extiterit: an ꝙ hic
sit inferior pro minori deputabitur apud deum? Stephanus diaco
nus & protomartyr, an Timotheo ac Tito multisq; alijs episcopis
habetur in cœlis inferior? quos ut subijcere non audeo, ita neq;
anteponere. Quomodo sunt in legionibus & exercitu duces, sunt
tribuni seu chiliarchæ, qui decem cẽturijs aut militibus mille præ
sunt: sunt centuriones, sunt ferentarij leuioris armaturæ, sunt gre
garij milites, & auxiliares manipuli, qui quicquid opus erit, pręsto
sint statim ad auxilia ferenda: sic in isto mundo uarij status sunt
diuersaq; nomina pręliantium cum antiquo serpente, bellantium
cum diabolo. Sed ut ibi commissa pugna uacant dignitatum no=
mina, & sola fortitudo quæritur: sic in congressu christiano non
ponderan

ponderantur nomina, sed opera pręclara: sub imperatoreq; Christo gloriosior est, non qui genere nobilior aut nomine fulgentior, sed qui actu fortior atq; uita præstãtior. Estote ergo fortes in bello, & pugnate cum hoc antiquo serpente, & accipietis regnũ ęternum. Estote sancti, quia sanctus ego sum dicit dominus. Et hęc est episcoporum uita, hęc sacerdotum, diaconorũ, & omnino clericorum: orare, meditari, studere, sacrificare, declamare, mundũ derelinquere, deoq; cohęrere sunt ipsorum opera, iuxta illud Plorabunt sacerdotes inter uestibulum & altare, clamantes parce domine, parce populo tuo. Et hæc est religio munda & immaculata apud deum, immaculatum se custodire ab hoc sęculo. Hæc est religio munda, sed & est religio, quæ sumitur pro statu illorum, qui speciali uoto se subijciunt prelato, prælatiue pręcepto propter deum. Hicq; religiosi rite uocitantur, qui priuato religionis habitu ab alijs distincti, mundo propter deum renunciarunt, cum apostolis Christo dicentes Ecce relinquimus omnia, & secuti sumus te. De quorũ unoquoq; potest etiam intelligi, quod ita scribitur Cui dedi domum in solitudine. Contemnit multitudinem ciuitatis. Fugiunt enim huiusmodi religiosi, ciuitates, fugiunt oppida, uillas, humana consortia deserunt, mundana commertia uitant, in solitudine secretisue locis habitacula quęrunt, inter bestias morantur ut Ioannes & Christus antea fecerũt, ab hominibus segregrati, ne uerbis aut factis eorũ corrũpi possent. Orationibus, uigilijs, ieiunijs, & alijs (ut prius diximus) cruciatibus, corpus affligunt, habentes ferme pro carne cutem solam. Gemunt, plorant, plangunt, miserias orbis: ad coelum suspirãt, ad deum corde clamitant. Beati qui sic se subtrahunt ab hoc maligno sæculo, beati qui se a sęculari conuersatione subducũt, nec sua placita uolunt, sed dei captãtes amorem, tentationis insidias aufugiunt. Beati qui fugiunt in heremum solitariamue mansionem in speluncis, cauernis, aut cellis occulte uicturi, pastu sane modico, eodemq; diuinitus fere misso, contenti, famis importunitatem fructibus et radicibus terrę domare soliti. Beati quibus non est cura de crastino, sed ubiq; dei uolunta=

Eccle.
Leuit. 19.
Ioel. 2.
Iaco. 1.
Matt. 19.
Vera religio quid.
Iob. 39.

uoluntatem expectant & quidlibet obtulerit, libenter accipiunt.
Hęc est uita paradisiaca, qui sic uicturus, in loculo se suo cōposuit,
in paradiso uiuit. Non erant in paradiso ciuitates non oppida, nō
uici, non adhuc hominum turba: sed hominē solum posuit deus
in paradiso, quē ab initio creauerat ut operaretur ibi. Quid ita nisi
ut citra offendiculū se bene exerceret & exercitij boni proponeret
exemplum omnibus posteris: ut opera bona, opera uirtutis, opera
pietatis, charitatis, castitatis, contemplationis, confessionis, patien
tiæ, frugalitatis & obedientiæ in hominū pręcordijs exemplo suo F.
Gene. 2. firmaret. Plantauit autem & produxit in paradiso dominus deus 4.
omne lignum pulchrum uisu & ad uescendum suaue: lignum etiā
Gene. 2. uitæ, lignumq; scientiæ boni & mali. Et pręcipiēs homini dixit. Ex
omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali
ne comedas. Sed neq; de ligno uitæ comedit, aut per morulam in
paradiso post peccatum comedisse licuit. Cuius rei ut causas hic
alias omittamus, hanc unam deprehendimus, ꝙ religionis illinc
figura manet. Nempe religiosis qui spreta mundi uita, monaste-
ria uel cœnobia petunt & in heremum exeunt, lignum uitæ come-
dere, gustare ue nō licet, quibus uiuere Christus est, qui mūdo mor
tui soli deo uiuut, qui patrem, matrem, uxores, fratres, sorores, ad-
huc autem & seipsos deserunt ut sequantur Christum dicentem.
Luc. 14. Qui nō odit patrem, matrem, uxorem, filios, fratres & sorores, ad-
huc autem & seipsum propter me, non potest meus esse discipu-
lus. Ergo qui solliciti sunt quid māducēt, quid bibāt, aut quo ope-
riantur quærendis rebus studium& operam nauant, sibi uiuunt &
uiuendi curam ingentem habent, qui finito luxurioso prandio,
ad cœnam saliarem, post cœnam ad lectos molliter instruc-
tos intenti sunt: hi non monachi, non sunt heremite. Nomen suū
interpretetur monachus aut heremita, & intelliget ꝙ in heremo so
lus, saltem a mundana uita uoluptatibus inuoluta sepositus esse
Iosue. 5. debeat: ut alimoniam è cœlo magis q̄ è terra desyderet. Filij Israel
q̄ diu farinam ægyptiacam habuerunt, eis manna defuit: ut tu re
ligiose perdiscas, si terrenum uiuendi morem appetas, cælestē illū

quem

quem religio postulat non posse consore. Prohibebatur itaq; protoplastus ab esu ligni scientiæ boni & mali, ut & inde religiosorũ typus oriatur: qui non debent illaborare uel nimiam operam impendere litteris humanis, mũdanisue disciplinis, quę nescio quid carnis & mũdi sapiũt & præ diuinis cœnosę sunt atq; nihili. Quas si religiosus in uulgum spargeret: alma religionis eminentia tepesceret, & morti spirituali, uita spiritualis euicta, succũberet. Quod deus ibi significat In quacũq; die comederis ex eo morte morieris Gene.2.
& ita mulier idipsum repetit, præcepit nobis deus ne comederemus & ne tangeremus illud, præcepit uobis religiosis ut negotijs mundanis, litteris hominum incertis et impudicis non implicemini. Vitam alioqui monasticam, uitam religiosam, & solitariam interimitis. In heremo, cella, uel claustro religiose uiuere uita immaculata est: nec tam terrena q̃ angelica. Quæ cum pura, cum casta, sęuera, tenuis, & angusta sit: angelica potius existimatur q̃ humana, non a solis Christianis, sed iudæis etiam & paganis omnibus: ut ex illo quoq; Hieronymi dicto liquere potest. In carne p̄ter carnem uiuere, uita potius angelica q̃ humana nuncupatur, cuius uitæ fama, dimanat in orbẽ & p̄ sæcula durat: cuius cõuersatio laudatur ab omnibus q; in cœlis sit, cuius sanctitas a cunctis in admirationem trahitur, cuius mundicies a singulis adamata suspicitur. Hanc uitam degentibus, omnes creaturæ seruiunt. Angeli, sæpius apparent ad eos animandos in tormentis, sustentandos in periculis, defendendos ab inimicis, & præseruandos ad salutem. Homines, intime diligendo quæq; necessaria subministrant. Aues & beluæ, societate iuuant, & aliunde non adiutis oportune succurrunt. Sic leones in lacum misso Danieli pep̄cisse, sic prophetã Abachuc prandium a iudæa in Babilonem eidem Danieli apportasse legimus. Sic Hieronymo, leo suus. Egidio dama, Paulo heremitæ coruus, aues atq; animãtia reliqua Mariæ Egyptiacæ præsidio fuerũt. Magna uirtus magna profecto quæ prominet in miraculis horũ esse solet: quorum non corpora solum, sed & uerba ac uestimẽta, uenerabile quid et horrendum ostendunt: ut ad ea procumbant homines,

Gene.4.
Monastica uita q̄ arcta debet esse.
Hierony.
Daniel 14

homines, suppliciter osculentur, & condignum alijs modis hono-
Hebræ. 11. Exponitur. rem impendant. Horum uitam apposite describit Apostolus. Cir
cuieruut (inquiens) in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angu-
stiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis,
in cauernis terræ: quibus dignus non erat mundus. Sic religiosi ue
ri qui uilioribus utuntur indumentis non infectis aut arte fucatis,
in ouinis & caprinis pellibus incedere solent. Egẽtes quibus nul
la futuri temporis est prouisio, sola prouidentia diuina nõ sua fre-
ti, qui student ut officium erga deum suum semper adimpleant,
diuinis rebus iugiter inseruiant, ne quid prętermittant omnino ue
Luc. 17. riti. Angustiati, illius euangelici bene memores sint. Cum feceritis
omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quod
debuimus facere fecimus. Qui ieiunijs, uigilijs, consuetis orationi G.
bus, lectione, contemplatione, uirgis, scorpionibus, atq; alijs cru- 4.
ciatibus corpora castigant, non absurde censentur afflicti. Qui-
bus non ciuitas aut uicus: sed desertum, sed claustrum, aut alius lo
cus infrequẽs pro mansione sumitur, in solitudinibus errant. Ast
his claustrum ingressis, præcauendum est ne exeant, ni subsit ur-
gens causa qualis est prædicatio. Neq; sic egressi uagentur quasi
totus mundus illis claustrum foret, aut soli incedant obliti illius
Eccle. 4. quod scribitur. Væ soli, quia cum ceciderit, nõ habet subleuantem
se. Dicam ego quod sentio, dicam quod sentire uidetur quos lego
grauissimi, non minus esse mirabile, si spiritualis uitæ rationem &
religionis arctitudinẽ aspicias, uidere religiosum extra monasterij
septa uagãtem, q̄ mortuum e sepulchro cõmigrantem. Quid in-
terest, nisi ꝙ hic anima rediret ad corpus quod deseruit, ibi uolun-
tas quæ mundo renunciauit, ad mũdanæ uitæ uanitatem redeat?
Quid substantiarum maxime seperatarum sunt dediti contem-
plationibus: errant in montibus. In speluncis & cauernis sunt, qui
cellulas, oratoria, locaue id genus abdita colunt: orantes, meditan
tes, uitam, & suam & aliorum plangentes, paucis & eisdem uilibus
escis, tenui raroq; potu cõtenti, citra solicitudinem & prouisionis
anxietatem, deo se plene committentes, sui curas abijciunt: diuinę
uolunta-

uoluntatis quidlibet æquissime laturi eousq; ut si panem habeāt
uno die, altero solam aquam, non repugnent: si lapidem, si truncū
ad supportandum caput, haud obmurmurent, sed deum impēdio
laudent. Inter uiros tam sanctos, nullus hostiarius aut architricli-
nus, non palato seruiturus cocus, non mancipium, non seruus aut
puer ad manum ut imperata faciat, non famulus aut minister qui
necessaria tradat: sed uersa uice seruiunt Et qui maior inter eos: Matt. 20.
est tanq̄ minister. Soli iacent, soli student, soli sunt in cella, hoc in
primis uotis habent ut hominum societas à deo non alienet. Soli:
o soli cum deo sunt, nunq̄ minus soli q̄ cum sic soli sint: ipsi cum
deo & deus cum eis, qui futurus est eis merces, uita, cibus, gaudiū
& corona perpetua: quam & nobis, qui potest, ipse concedat. Re- Via diuitum
liqua est liberalitatis & misericordiæ uia, per quam diuites ac potē
tes ad cœlum pergunt, ut quam deus in homine super omnia re-
quirit, sine qua nec deo placere poterit, ipso per prophetam testā-
te Misericordiam uolo et non sacrificium. Quid his uerbis efficit Matt. 9. Misericor-dia potior sa-crificio.
an sacrificium uituperat aut recusat qui per os prophetæ sic nos
omnes alloquitur Sacrificate sacrificium iusticię? Non damnat sa- Psalm. 4.
crificium quod fieri præcipit, sed absq; misericordia nequaq̄ laude
dignum aut sibi placiturum affirmat. Verum enimuero Iudiciū Iaco. 2.
fiet ei sine misericordia qui hic non fecerit misericordiam. Nam
Scribarum & pharisęorum iusticiam qui neglectis operibus mise
ricordiæ sacrificia frequentius ad auram popularem & suam glo-
riam obtulerunt: sic inter iudęos Christus arguit. Nisi abundaue- Math. 5.
rit iusticia uestra plusq̄ scribarum & pharisęorum, non intrabitis
in regnum cœlorum. Ideo neq; nos opinemur contemptis pau-
perum necessitatibus, misericordię contemptis operibus: per uicti
mas, p̄ holocausta, sacrificia uel oblationes quascūq; solas, adipis
ci posse regnum dei: sed hostias bonis & fidelibus operibus si con
iungamus, nihil obstabit quo minus per gratiam hic fæliciter ob-
tentam, aspiremus ad futuram gloriam. Quam ob rem, Christia-
ne bonus atq; pius esto, neq; si laicus sis idcirco continuo pie uiue
re recuses. Pietas omnibus & ad omnia ualet. Esto promptus ad 1. Thi. 4.

impartiendum quod habes egenis:esto dapsilis,hospitalis,& om
ni modo largus eleemosynis , omni petenti facilis, oranti mansue
tus;infirmo clemens ac misericors,merenti consolator idoneus, &
commune miserorum columen ac Asylum : esto benignus munifi
cus & compatiens pauperibus,debilibus,ac ęrūnosis.Non cui des
sed amore cuius, non quantum,sed qua mente datur attende.Ve=
Mar.12. niat in mentem,ueniat euangelicę uiduæ quæ Gazophylacio duo
tantum minuta quod est quadrans obtulit : et pręlata est multis,
multo grandiora immittentibus.Retinuit placentam quam ade=
dit.Tritum est uulgo prouerbium,q̃ nemo placentam quam de=
uorat una retinere queat.At illa quam comederat,integrā habuit:
quæ sacrificium quod offerre uoluit,non obtulit : & tamen oblati
pręciū tulit.Memoriam subeat et Thabita uidua quæ plena ope=
Act.9. ribus bonis ac eleemosynis, faciebat tunicas &alias uestes in usus
paup[illegible];ac inde mortua,rogatu cæterarum uiduarum atq; pau
Matt.5. per[illegible],orante Petro uitæ est restituta.Beati sunt itaq; misericor=
Luc.6. des quoniam ipsi misericordiam consequentur . Igitur estote inui
cem benigni,estote misericordes. Estote misericordes sicut & pa=
ter uester qui in cœlis est,misericors est. Non ait euangelista potē
tes estote[illegible] sicut pater uester potens est: aut estote sapientes si=
cut pater cœlestis est:sed estote misericordes sicut & pater uester
misericors est. Tres si bene perpēdas,deū filios peculiares habuis
Tres filij dei sed diuersis sunt .·. se cōperies,sed uario quidē ingenio,Luciferum,Adamū,atq; Chri=
stum. Primus,potentiam patris appetebat.Ascendam (inquiens)
Esaiæ.14. solium & ero similis altissimo. Sed uæ tibi Lucifer, usq; ad solium
& supra cœlum exaltate: uæ tibi, uæ neq̃ tibi usq; ad infernorum
infima demersus es.Quod patre pręripere uoluisti,non particeps
aut cohęres esse potes.Tam degenerem & indignum filium pa=
ter abdicauit : ēq; beati regni sui finibus, inęternum expulit . Al=
2 ter patris sapientiam se non diffidebat habiturū, sic illudente dia=
Gene.3. bolo credulus Eritis sicut dij scientes bonum & malum. Sed uæ
Adame tibi,uæ tibi quia cōtra deum illusioni diabolicæ credidisti:
Ibidem. deus illudit ita tibi Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Et
statim

ſtatim emiſit te de paradiſo uoluptatis, in qua te poſuerat ut ope=
rareris & cuſtodires illum, in terram de qua ſumptus es: in terram
H. in opera tuo maledictam, in terram calamitatis et miſeriæ, terram
4. ſpinis ac tribulis plenam, in laboribus et ſudore uultus exercen=
dam. Tertius uerus & naturalis filius dei, ſed & paternę pietatis ac 3
miſericordię in exemplū nr̄i uerus imitator eſt: quē cōſtituit pater
hęredem uniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Cumq; ſit ſplen=
dor glorię & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia uerbo uirtutis
ſuę, ſedet ad dexteram maieſtatis eius in excelſis, cui dictum pro=
pheta recenſet. Sede a dextris meis, & Thronus tuus deus in ſæcu Pſal. 109.
lum ſæculi. Non ſit exemplum Chriſti nobis inane, ſed imitemur prouer. 29
illum in mutua miſericordia ſicut ipſe patrem imitatus eſt ſuum. Diuitie inutiles ſine miſericordia.
Et eſtote miſericordes ſicut pater ueſter miſericors eſt. Verum qui
ſubſtantiam habuerit huius mundi & uiderit fratrem ſuum neceſ Ioan. 3.
ſitatem habere, & clauſerit uiſceta ſua ab eo: quomodo charitas
dei manet in eo? Qui diuitias habet quibus opitulari poteſt egeno
fratri uel proximo, & auertit oculos aut manus miſericordes ab
eo: quomodo miſericordia patris apparet in illo? Ponite ante ocu Luc. 16.
los, ponite epulonem illum opulentum. Nonne acriter eſt repre=
henſus? nonne damnatus q̄ Lazaro iacenti præ foribus ulceribus
pleno, poſtulantiq; de micis a menſa cadentibus eius iuſſu nemo
dediſſet? Si diues iſte ſubſtantiam habens damnatus eſt quia mi=
ſericordiam non oſtendit egenti: quid nobis eſt modo dicendum
qui tot Lazaros, tot læproſos, tot pauperes, tot eſurientes, tot nu=
dos, tot inhoſpites ac omni pacto miſeros intuemur in ipſis ia=
nuis, in uicis, in ciuitate, in regno, in tot præſertim carceribus regni
nihil eis tribuentes? Quale iudicium erit nobis ſi nō reſpiciamus?
Iudicium iudicium ſine miſericordia fiet eis qui hic miſericordiam Iaco. 2.
non fecerint. Vultis in ancipiti milicia mundi huius a partibus Opera miſericordie tutiſſima arma ſunt.
Chriſti ſtare: uultis aduerſus diabolum arma portare? hęc opera
miſericordiæ ſunt ac uia quæ facillime repellunt impetum diabo
li. Hęc uos armant & armatos deo commendant. Hæc arma ſunt
quæ faciunt animoſos ad ſuſcipienda ſpiritualis pugnę munia of=

ficiaqꝫ. Hęc in conflictu muniunt & post conflictum nobilitant. Hęc arma cum sint intra nos, auferri non possunt. Semper de diabolicis insidijs, de carnis insultibus, de mundi tenebrosis nequitijs & tenebrarum rectoribus liberant. Obtenta uictoria de peccatis quibus nos diabolus oppugnat, hęc spolia nostra sunt, hęc trophea. Sunt hæ diuitiæ nostrę quæ nos adusqꝫ thronum dei subsequuntur, tribunaliqꝫ præsentatos ex omni parte iuuāt. Furto, nau fragio, uel incendio, non tolluutur. A tineis aut blattis non corroduntur, non situ carieue marcescunt, aut ulla ratione deficiūt: sed nobiscum manēt inęternum. Quod enim Christi pauperibus erogatur, id sibi deus refert acceptum: dummodo procedat ex mero
1. Ioan. 4. motu charitatis. Nam deus, ipsa charitas est. Cui non est absonū
Matt. 25. quod alibi Christus ait. Quod uni ex minimis meis feceritis mihi facitis. Hāc Christi sententiam unusquisqꝫ fidelis memori semper corde tenebit, ne forsan obliuisci possit in pectore, hanc sinu, hanc manu, hanc parietibus, immo certo conscientię repositorio collocabit. Si sic facerent omnes Christifideles, an qualē hodie facere uidetur res Christiana iacturam, faceret? Si memoria tenerent quod uni de minimis Christi seruulis fit, idipsum Christo fieri an tam immisericordes et (quod miserabilius est) impij forent ac iniusti? Cōsiderate quęso fratres quot hominum milia paupertate premuntur hodie & tabescunt. Considerate quot uiri, quot mulieres, quot coniuges, quot cœlibes, quot senes, quot iuuenes, quot uirgines, & quot uiduę uitę degēdæ necessaria, nec habēt, nec habere possunt? Per dei misericordiā appello uos, ut introspiciatis istius

Quāta iactura reipublice res pascuaria .·.

mundi miserias. Videte respublicas, uidete funditus euersas: priuatas utcūqꝫ florescentes. Videte neglectum tenuis plebeculæ inter eos qui rerum suarum satagunt. An non uidetis satiuam tellurem quomodo uertitur in gramineam? quomodo seges euanescit ī pascuam? Non uidetis rem multo detestatissimam quo pacto tot saltus emergunt ubi tanta messis ante fuit? quomodo feræ depopulant agros quibus tam multus populus antea uixit? Miserandum miserandum ut homines fame suffocant, Christiana pectora strangulant, &

gulant,& beluas saginant. Mirum ut rationales sui generis obliti, ferino generi præ suo faueant: homines extinguant ut pecora multiplicent. Quem nõ misereſcat iſtius ruinæ ciuitatum, oppidorũ, uillarum, & tam multiplicis hominum interitus? Hęc auaricia paucorum, hæc utilitas priuata, hæc noluptas improba, tot orbẽ iſtũ miſerijs inuoluit. Hæc agros effœtos, & ocioſos homines efficit. Hæc undiq; mendicitatem introducit. Hæc cura boum, hic cultus habendo pecori, hæc pinguefaciendi greges & armenta, hæc uesana libido dominatur omnibus. Quid faciat lætas segites, quo sydere terra sit uertenda, paucissimi curant. Et tamen hinc uita communis, inde singulare tantũ quorundam commodum dependet. Credite mihi, credite si gramina, si paſcuę ueſtrę prælo uł torculari ſubdantur erumpet ſanguis: exprimetur uita pauperum, nam inde totus illorũ uictus ſublatus eſt, dum inurioſa uiuendi ratio, fame, ſiti, nuditate perimit. Pronũcio uobis ꝗ uox ſanguinis huius de terra clamat ad deum & aſcẽdit in aures domini Sabaoth. Hæc uox, hic clamor eſt coram deo. Vindica domine ſanguinem nr̃m qui effuſus eſt. Extẽde brachium iræ tuæ domine, & in eos animaduerte, qui ſic emungunt, ut eliciant ſanguinem noſtrũ: qui uitæ compendia & deniq; uitam ipſam auferunt, ſibi non populo tuo uiuẽtes. Exaudiet (mihi credite) exaudiet uocẽ iſtam dominus, et percuſſurum intelligite. Lento gradu forſan procedit ad uindictã. Ignoras ꝗ benignitas iſta dei ad pœnitentiã te adducit? An diuitias bonitatis et longanimitatis dei contemnis? At tarditatẽ pœne, grauitate ſupplicij compenſat. Puniet, puniet uſq; in tertiam & quartam generationem. Male partis a te diuitijs, tertius hæres non gaudebit. Igitur qui diuites eſtis temperate ab iniurijs inopũ, eſtote miſericordes, corpore fractos atq; imbecilles refocillate, ſanos ac integros uiribus ad onera laborum adigite. Sed multo aliter euenire uidemus. Quot mutili, membris cõfracti, quot uulnerati debiles ac infirmi ſunt, quot adhuc ſuperſtitum caro putreſcit neq; qui reſpiciat aut condoleat inueniunt? Quot ſani fortes atq; pulchri, quos nemo uocat uel admittit in laborem. Dico uobis in

[Margin notes: Virgilius. — Expilatio paupũ vindictã clamitat — Apoc. 6. — Rom. 2. — Virtutes eleemoſyne.]

Luc.14. istorū minimo cœlum cōparari potest. Exite in uicos & plateas (Christus ait) et quoscūq; inueneritis, introducite. Vocate paupe res,claudos,debiles, cæcos,ad conuiuium: eleemosynarios emitti te uestros, uisitent decrepitos,lectis affixos, uisitent carceribus et uinculis oppressos:& urgens non cōmiserandi tantum, sed etiam dandæ eleemosynæ dabitur occasio. Contuebuntur miserabile ge nus hominum & horrendum aspectu. Fletus,gemitus, & strido ris inferni patebit imago: quando cibo potu & quiete destituti, pœnam,damnationis supplicio ferme parem,ostendunt. Nam fa mes inter cruciatus infernales numeratur. Tu locuples & mūdane fœlix,istiusmodi iuuato. Nam unius estis plasmatis,& eodē san guine redempti. Qui peccatores estis (estis autem omnes) audite
Daniel.4. Danielem, ita monētem. Peccata uestra eleemosynis redimite. Au
Luc.11. dite promittentem Christum date eleemosynam & omnia mūda sunt uobis. Audientes estote grandæuo ueteris testamenti patri
Tobiæ.4. Tobi[æ]. Eleemosyna ab omni peccato liberat. Pernoscite quomodo
3.Reg.17. Viduæ Sareptanæ filius per eleemosynā sit uitæ restitutus, & qua
Act.6. liter illa Thabita propter clamorem pauperum sit a Petro resusci
Thobie.4 tata. Quid Iob quoq; dicat animaduertite. Eleemosyna a morte li berat,& non patietur animam ire in tenebras exteriores. A morte peccati liberat: quia pręparat et habilitat ad agendam pœnitentiā per quam peccati mortalitas aufertur, præseruat etiam innoxium ne ruat in peccatum: minuit aut extinguit pœnam peccati tempo ralem hic & in igne purgatorio: nec solum qui facit eleemosynam sed & illis quorum gratia facit & distribuit. Non patitur animam ire in tenebras exteriores quæ procurat mentis illuminationem in agendis rebus ut nihil fiat quod factum non oportuerit. Hæc est eleemosyna quæ clamat ad deum, quæ misericordiam dei, miseri cordiam toties imploratam impetrat pie dantibus: utcūq; qui re
Eccle.29. cepere conticescunt. Quam ob rem Abscondite eleemosynam in
Matth.6. sinu pauperis & ipsa orabit pro uobis. Hæc magnam fiduciā pręstat ituris ad cœlum, huic ceu reginæ uirtutum aperiuntur cœli, uenienti, ianitorum nemo resistet, nemo custodum audebit dicere

Quid

Quid quæris? unde uenis? aut quo tendis? Sed facilis eleemosynę ingressus olympi. Pius, affabilis, ac misericors: multis āgelis ac cœlitibus alijs comitatus cito cōmigrabit ad astra. Contra, duris, immitibus, & auaris: cœlum inuium atq; inaccessum. Iudicium nāq; sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Est præterea uia pauperum quam inire debent ne peccent inopiam suā iniqua mente ferendo. Hæc est patiētia per quam dirigitur animus in aduersis. Hanc hoc pacto definit Augustinus Patientia est uirtus qua ęquo animo aduersa & mala omnia toleramus ꝓpter deū, In aduersis se patientia manifestat, in secundis rebus obscuratur. At sapientis est nec in istis extolli, nec in illis deprimi. Patientia lucet in aduersitate, sed propter deum accepta, nō propter mundū. Mercenarius enim æstus ac pondera diei laborādo sustinet, famē & sitim sępissime tolerat, sed quia causa dei non intercedit, spesq; premij sola mouet: eam mercedem accipiens, aliam a deo non expectet. Cæteri qui sibi non deo laborant, mercedem inter homines habentes ulteriorem non expectent. Q̃ duros multi labores, dolores q̄ anxios tolerant sui causa: quos si Christi causa tolerarent, patientes & magnanimi forent? Qui captant honores aut diuitijs inhiant, quos soles, quos ignes, quos imbres? quā glaciem? quos fluctus aut procellas perferunt? quot aspera ac inhospita loca subeunt? quot ictus atq; uulnera pectoribus obuijs excipiunt, tantum ut quod quærunt obtineant? Quanta tolerantia militum in bellis, in pugnis, in ambiguis conflictibus, in urbium assultibus & seditione multitudinis? quanta qui totum iuuētæ tempus militiæ terunt ut paucos in senecta dies trāquille degāt? Quid aucupes aut uenatores memorem, & quam illi sitim quantam esuriē, quot sæpissime uigilias æquissime ferant? quo cursu, quo equitatu, quo strepitu, quo clamore, quibus demum hortatibus, se fatigent, prędæ nō adeo preciosæ causa? De latronibus an silebo, qui uiatoribus insidiaturi totas fere noctes ducunt insomnes, nullā loci uel temporis asperitatem, nullam cœli inclementiam aut rerū difficultatem recusant, ut pessimo suo uoto potiantur? Nō est ista patientia,

Iaco.2.
Uia paupū.
Pacia quid Augusti. sermo.223
Omnia pro aie salute tolerāda.
Mercenarii.
Milites.
Aucupes. Uenatores.
Latrones.

patiētia nō eſt ꝑfecto nō eſt, ſed obdurata potius malicia, ſed duricia quædā & famoſa maliuolētia. Verū ſi ꝓ ſceleſtis deſyderijs, ſi ꝓ lucris tēporarijs, ſi ꝓ mometanea uita, ſi pro ſalute fugitiua, ſanitateq; carnali, tam multa, tā formidabilia, tā horrēda multi ſuſtineant: quanto plura, quanto duriora ſuſtinenda ſunt pro uita ſempiterna? Vt corpus languidum aut debile ſanitati reſtituatur

Egri. acerbiſſimas potiones & ſecantium medicorum aduſtiones, ultro neo ac forti animo ſuſcipiunt: & animę ſanitatem nulla pœna procurabunt? Non patientes erunt in tormētis corporis, ut & corpus & anima non mittantur in Gehennam ignis? Non huius ſæculi patientur incommoda, ut futuri ſalus adueniat? Scriptura clamitat

Luc. 21. In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Nempe uolūtaria patientia tribulationū in mundo, ſeruandis animabus uiam apparat. Accedet ad huius rei teſtimonium, exemplar patientiæ

Patiā Iob. Iob. Dic oro patriarcha ſanctiſſime, qualis ac quanta fuit illa tua patientia, quando ſathan aderat te tentaturus in omnibus? quādo egrediente illo a facie domini irruerunt Sabæi tuleruntq; quingēta iuga boum & quingentas aſinas, & pueros percuſſerūt gladio qualis erat tua pacia? quando cecidit ignis de cœlo, & conſumpſit ſeptem milia ouium? quando Caldæi inuadētes tulerūt tria milia camelorum? Adhuc quando uentus uehemens concuſſit quatuor angulos domus quæ corruēs oppreſſit una liberos tuos ſeptem filios, & tres filias? Deniq; quando diabolus corpus tuum ulcere peſſimo percuſſit a plāta pedis ad uerticem capitis, ut ſedēs L.
in ſterquilinio ſaniem teſta raderes? Ardebant dolores, ſcatebant 4.
uermes, ſanies defluebat. Corpus ulceroſum, purulentū, aſpectuq; fędum: ut non aliud tale ſit antea uiſum. Nihil eius præter unum animum remanſit intactum. Aderat inter hos dolores uxor amarulenta, ſuaſura blaſphemiam, aderant amici qui ſubinde condolēdo coauxere triſticiam, & in his horrendis cruciatibns permane-

Iob. 1. bat eius inuiolata patientia. Scripturæ teſtimonium audi. In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis neq; ſtultum quid contra deū locutus eſt, quid ergo fecit? quid dixit? An nihil inter hęc omnia? Dixit

nia? Dixit

nia? Dixit autē, sed quid? Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. Ecce qualiter deum in rebus omnibus aspectat. Sed an hoc est totum quod aiebat? Certe quod sequitur addidit Sit nomē domini benedictum. Ecce qualiter ad dei gloriam omnia refert: quomodo omnia diuino honori attribuit. An adhuc uniuersum quod dixit audiuimus? At in fine subdidit Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare nō sustineamus? Disce Christiane, disce, disce patientiā in aduersis, in paupertate, in iniurijs, in quibuscūq; casibus. Miser es: at Iob multo miserior. Necessitate grauaris: ille nihil habuit, ōnia pdidit. Sublimi loco natus, indulgēter educatus, ad magnos honores euectus: diuitijs amplus, iam subito factus es humilis, inops, abiectus, & citra meritum, ut intepretaris, tuum: ille uir magnus inter omnes oriētales, hucusq; liberis atq; rebus omnibus fœlicissimus, in solū examen securæ iustitiæ, diabolo permissus est affligendus. Summum infœlicitatis genus est, aliquādo fuisse fœlicē: ille, nec in illa fœlicitate fuit elatus, nec in ista miseria deiectus animo. Memēto memento patientiæ Iob. Mementote preterea fratres patientię beatorum martyrum Qui ibant gaudentes a conspectu consilij, pro nomine Iesu cōtumeliam pati. Illi enim omne genus supliciorum perpessi sunt: famem, sitim, nuditatem, carceres, cruces, gladios, ignem, laniatus beluarū: breuiter quicq̄ carnificinę a nepharijs homūcionibus excogitari potuit. Verum quantaquanta pacientissimi Iob, quantacunq; singulorum patiētia fuerit: ad ipsius Christi patientiam nulla fuit, nulla alia sic potest corda peccatorū emollire, quo similiter aduersa perferre uelint. Quocirca sic monet Apostolus Recogitate eum qui talem sustinuit pro peccatoribus, aduersus semetipsum contradictionem: ut non fatigemini animabus uestris deficientes. Memētote quot modis illatas iniurias patientissime Christus accepit. Malarum cogitationum machinamēta, uerborū improperia, & indignissima facta tulit. Male sentiebat de illo qui ad ingressum Marię peccatricis quę Christi pedes osculata lauit ac tersit, eum non esse Christum aut sanctum prophetā sibi persua=

Ibidem.

Ibidem.

Iob.2.

Patientia martyrum.

Act.5.

Pacientia Christi incōparabilis.

Hebræ.12.

sibi persuadebant:adeo,ut pharisęus qui inuitarat,diceret intra se.
Luc. 7. Hic si propheta esset, sciret profecto quę & qualis esset mulier q̄
tangit eum quia peccatrix est. Et quando sanauit paralyticum in
Matth. 5. lecto decumbentem, quidam è scribis dicebant intra se Hic blas-
phemat. Quãdo sanabat etiam cæcum,mutum,ac dæmonium ha
Luc. 11. bentem:pharisęi audientes cogitabant dicentes. Hic non eijcit dę
mones,nisi in Belzebub principe dæmoniorum. Manifestis pro-
Ioan. 8. bris insectabantur eum, qui coram in os sic maledicebant ei Tu
dęmonium habes. Tu de teipso testimonium perhibes, testimo-
Ioan. 9. tuum non est uerum:& qui sic calumniati sunt eum Nos scimus
Ioan. 7. ꝙ hic homo peccator est, Hic seducit turbas. Fecerunt ei grauissi-
mas iniurias qui tulerunt lapides ut iacerent in eum, qui manus
iniecerunt in eum,qui uelauerunt caput eius percutientes ac sub-
Luc. 22. inde clamantes Prophetiza nobis quis te percussit, qui coronam
spineam in capite & arundinem in dextera posuerunt:ita genibus
Ioan. 19. flexis i[illegible]o salutantes Aue rex iudęorum, qui falso accusatũ,
blasphemijs obrutum,plus semel impudentissime percussum, scu
ticis ac flagellis acerbissime cęsum, subornatis testimonijs & ini-
quissima sententia condemnatum,crucifixerunt: atq; crucifixo sic
Matth. 27 improperabant Si tu es Christus filius dei, salua temetipsum des-
Ibidem. cendens de cruce. Vah qui destruis templum dei & in triduo reędi
Ibidem. ficas illud,qui uirulenta colloquia commiscẽtes aiebant Alios sal-
uos fecit seipsum non potest saluum facere, Lachrimas lachrimas
hæc res,lachrimas huius rei commemoratio poscit. Lamenta uide
re uideor auditorum,suspiria uix teneo qui talia narro. Sed qualẽ
Esaiæ. 53. in his omnibus ipse patientiam exhibuit? Vt agnus ductus ad oc
cisionem & tanq̄ ouis coram tondente,non aperuit os suum. Nõ
aperuit os suum ad uociferandum aut ingemiscendum, qui tamẽ
aperuit ad exorandum patrem pro carnificibus & tortoribus suis
Luc. 23. dicens Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciũt. O mira benig
nitas & inenarrabilis patiẽtia Christi & dei. O Christiane christia-
ne,o quisquis es miser aut te miserum opinaris:imitare Christi pa-
Luc. 24. tientiam,imitare: per eam Christus intrauit regnum Oportebat
enim Chri-

, enim Christum pati & sic intrare regnum dei. Iam tu qui pauper
, es, qui es infortunatus, ęger, afflictus aut calamitosus: aut quacunq; aduersitate deprimeris: eadem uia contendas ad cœlum, in hac re Christum sequere. An Christum oportuit pati quod te non oportet usq; perpeti? Igitur armato te patientia. Quicquid enim pati-
M. tur corpus, impassibilis anima ꝑmanet: sed & corpus hic quęcunq;
4. tormenta sustinet, surget integrum ac immortale, surget intactū, surget & gloriosum: tantoq; gloriosius, quanto fuerat in hoc mūdo patientius. Huius rei gratia Christus martyres atq; cōfessores suos ad patiētiā acuens, certiores facit corporibus suis futurū statum integrum citra diminutionem ullius mēbri: adeo, ut nec unius capilli iactura fiat. Capillus (inquiens) capitis uestri non peri- Luc. 21.
, bit. Hi sunt enim semen illud bonum quod in terram bonam ce-
, cidit, & fructum afferunt in patientia. Et hæc patientia pauperū, Luc. 8.
, non peribit in finem: pauperum adhuc credentium, nondum con Psal. 9.
, templantium: adhuc sperantium, nondum tenentium: adhuc desy Exponitur.
derio suspirantium, nondum in felicitate regnantium: adhuc esurientium & sitienttium, nondum satiatorum. Horum omnium patientia non peribit in finem, nec infructuosa erit, sed fructum habebit ęternum, fructum nunq̄ emoriturum. Is labor recte perire dicitur, unde nihil emolumenti sit sequuturum: quod in istis plane contra eueniet, quibus non tantum imponitur oneris, quin merces longe amplior conferetur, dum pro temporalibus & momentaneis supplicijs, beatitudinem recipient nunq̄ finiēdam. Et hæc est uia pauperū quæ recta ducit eos ad cœlestia regna. Sed si talis Uia principū & regum.
sit pauperum uia: qualis futura diuitum? Principes certe, iudices, primores uiros & duces populi, uia iusticiæ perducet ad cœlum: improborum correctio, bonorum pręsidium, defentio uiduarum, pupillorū tutela: i summa, recta rei publicæ administratio. Mercatores atq; locupletes alios qui coniuges habent, liberorum ęducatio ac familiæ disciplina, domorum suarum dispensatio, obseruatio fidei, in rebus emendis & uēdendis (quando nihil dicitur quin eo modo fiat quo dicitur) adiuuabit. At innocentibus quę uia superest? Il-

periſt? Illis nondubium una baptiſatio ſufficit. Sed quæ tandem
Via omnib⁹ cõmunis. uia coĩs omnibus & indifferens? Obſeruatio profecto mandato=
rum, de qua quidem adoleſcentulo rogitanti uiam perueniẽdi ad
Matth.19. uitam ęternam Chriſtus ita reſpondit. Si uis ad uitam ingredi ſer=
ua mandata. Et propheta Dauid eam cum alijs ſibi communem
Pſal.118. aut tritam: intelligens, diuinę clementiæ denotat Viam (inquiens)
mandatorum tuorum cucurri. Verum hanc communem omnium
uiam, ueram, rectam, & unam omnino neceſſariam: peccatores ta=
men declinauerũt. Vnde ſi uitam ęternam adipiſci uelint, per pœ=
nitentiæ uiam ad hanc pręceptorum uiam redeant eſt neccẽ: quip
Luc.13. pe quibus ita comminatur dñs Niſi pœnitentiam egeritis, omnes
ſimul peribitis. Hortor ergo uos omnes, ut ſi cui uel trũ fragilliimę
carnis illecebra, fraus diaboli, mundiue blandicies impoſuerit et
ad peccata pellexerit: eueſtigio reſiliatis ne moræ diuturnitas &
frequentia, conſuetudinem introducens, uos in peccatis obduret.
Auguſti. ſermo .58. de tẽpore. Non enim qui peccauerit, ſed qui in peccatis perſeuerauerit odibi=
lis & abhominabilis eſt deo. Quare Ne tardes conuerti ad domi=
num deum tuum, ne differas de die in diem: nam ſubito uenit ira
Eccle.5. eius & in tempore uindictę diſperdet te. Clamet unuſquiſq; pecca
tor obnoxius deo, ſicut ille debitor in euãgelio dominum ac credi=
Matth.18. torem ſuum interpellat Patientiam habe in me & omnia reddam
tibi. Paupertatem ac miſeriam ſuam adaperiat, diuinam ſæpe cle=
mentiam inuocet, & ſecum uerę pœnitentiæ uotum afferat. Inuo
catio crebra diuinę clementiæ fixaq; pręcogitatio perimplẽdæ pœ
nitentię: moratur iram dei, & facit ne uindicta ſubitanea ueniat &
Eccle.5. Exponitur. diſperdat te Altiſſimus enim eſt patiens redditor. Hodie, cras &
perendie te ſuſtinet, tantummodo ut te ad pœnitentiam addu=
Deus differt vindictã vt ad pniam vocet. cat: ut te gratiæ ſuę participem habeat. Verum tibi pręcaueto, q̃q̃
patiens, at redditor eſt tamen, feriet, feriet profecto peccatorẽ, ſeq;
de peccato uindicabit. Interdum ſuppliciũ de corpore ſumit. Sępe
diuitias ac poſſeſſiones auferri ſinit. Latifundia uaſtari, familiam
diripi, liberos extingui: quodq; multo deterrimum eſt, te niſi reſi=
piſcas condemnabit. Non tumultuarius uindex aut repẽtinus eſt

iudex:

iudex:quam fert sententiam diutissime suspendit, patienter expe-
O. ctat,expectat ut misereatur tui, expectat uenturum ad se, uocat
4. abeuntem, reuocat contradicentem, tergum pungit,aurem uellit
admonens Reuertere reuertere sunamitis,reuertere reuertere ut in- Cant. 6.
tueamur te. Quia clementer inuitantem audire non uis: aduersita Exponitur.
tes ac molestias obtrudo tibi. Langoribus & debilitatibus excru-
cio,paupertatem & penuriam induco,bella suscito,capitis dolorē,
manuū cruciatum,pedis tumorem,chyragram, podagram, & ua-
riorum membrorum uarios morbos ac ęgrotationes immitto:tā-
tum,ut memor tuę salutis ad me redeas. Intellige, cogita tecum,
pręmonitiones quędā sunt ista omnia. Si longe grauiora contin
gant,ne dicas tibi non prædictum caue. Nam si mitioribus hisce
flagellis non castigeris,actiores plagas infligam. Sed dices unde
sciam ꝙ hęc flagella dei sint? Si quis e coelo nuncius ad me delap
sus esset ut hęc ostenderet,haberem fidē:nunc mens mi[illegible]tuat
huc illuc impellitur dum quid credat in istiusmodi rebus haud cō
pertum habeat. O excusator in peccatis facis quod epulo diues Luc. 16.
ante fecit. Sepultus in inferno, sic Abrahamum precibus molestare
cœpit, Rogo te pater Abraham ut mittas hunc lazarum in domū
patris mei. Habeo enim quinq; fratres ut testetur i[illegible]s ne & ipsi
ueniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham. Habēt Ibidem.
Moysen & prophetas:illos audiant. At ille dixit Non pater Abra
ham,sed si quis ex mortuis ierit ad eos pœnitentiam agent. Ait au
tem Abraham Si moysen & prophetas non audiant, neq; si quis Ibidem.
ex mortuis resurrexit credent. Quorsum hoc,habēt Moysen & pro Comminatio in non credētes scripture.
phetas? Habent certe legem tam ueterem q̄ nouam, habent legū
consilia,comminationes & pręcepta:quibus si nolint audiētes esse
qualiter remisso ab inferis mortuo credentes auscultabunt? Sic &
ego tibi respondeo Sunamitis seu Christiana aīa. Lex utraq; quā
sacra manifeste pagina prodit,damnat peccata, docet peccata eui
tanda,pro peccatis inflicta flagella,plagas immissas: cui si fidem
nōuis habere,quis credet ꝙ resuscitati nuncio fideres? credas ergo Rom. 2.
mihi. Patiens & longaminis est dominus ut te ad pœnitentiā ad- Exponitur.

 ducat.

ducat. Tu pergis esse peccator & quotidie peccas, ipse dissimulat: tu prorogas iniquitatem,profert ipse pietatem: Tu scelera non co hibes,at ipse uerbera tenet: deniqꝫ minora supplicia prius experi= tur,ut pertinaci subijciat acriora:& impœnitẽtem damnet. At pa tiens & misericors est qui pœnitentiam ac conuersionem peccato=
Eccle.5. ris tantisper expectat.Redditor est tamen,qui si nõ hic misericor= diter animaduertendo reuocet ad iusticiam: postea iustissime con
Matt.16. demnando,grauissimum supplicij genus adijciet. Reddet autem unicuiqꝫ secundum opera sua.Quare (quod moneo) reuertere, cul pam explica,facere miseriam,supplex obsecra Patiẽtiam habe in
Matth.18. me,miserum peccatorem.Effunde sicut aquam cor tuum. Humi=
Treñ.2. lia te sub manu potẽti dei. Plus enim concedit misericors deus hu
1.Pe.5. milianti se peccatori,deditício,se consciũ agnoscẽti,se prosternenti
Prostrato/ ignoscit de⁹. uere pœnitenti,sueqꝫ magestatis misericordiam imploranti:q̃ ip= se pe[illegible] aut petit aut petere poterit.Si ista nescias: documentũ accipe debitoris euangelici qui regi dominoqꝫ suo debebat decem milia talentorum.Se fatebatur obęratum,& prorsus inopẽ,ærisqꝫ pendendi diem differri dumtaxat exoptans:obtinuit, obtinuit ut precium omne remitteretur,totumqꝫ oblitteraretur debitum. Tu quoqꝫ sic in[illegible]āter obsecra,sed & quod promittis,fideliter adimple
Matt.18. te resoluturum satisqꝫ facturum esse polliceris inquiens Patientiã
Exponitur. Multum non mouit lapidẽ penitens ut sibi ignoscatur. habe in me & omnia reddam tibi.Idcirco redde quæ spondes om= nipotenti deo. Si uerus esse pœnitens merearis,deserenda peccata spondes.Hanc sponsionem redde. Pro superbia qua meritus es baratri supplicia, redde synceram humilitatem : pro uoraci auari= cia,redde largitionem honestam : pro furoris atqꝫ iræ frequentia, redde moderati pectoris patientiam & suauem charitatem : pro odio atqꝫ inuidia,plenam proximi dilectionem : pro pigritia atqꝫ O. negligentia,sedulitatem & industriam:pro gula & ebrietate, ieiu= 4. nij abstinentiam:pro Luxuria,castitatem & cõtinentiam. Pœnite re uolens ista promittet, & promissa prestabit:sed & pręcepta dei quæ sępenumero uiolauit,integre deinceps obseruabit. Vota qui= bus se uolẽs astrinxit,ultro ꝑficiet:pro modulo rerum suarũ,elee=

mosynas erogabit:ferocientes carnis motus, maceratione domabit:orationi iugiter insistet,genua flectet, nunc oculos leuabit in cœlum,nunc manus expandet, nunc tundet pectus,nunc pronis fiet aut procumbet in terrā, & frontem,& uerticem cinere lustrabit succlamās Patientiā habe in me,& omnia reddam tibi. Istiusmodi qui synceriter explebit uere penitentis munere gaudebit,misericordia uidelicet & peccatorum remissione,& alijs exemplo suo tāq̄ in speculari,pœnitendi formam ostendet. Fit idoneus pręceptor morum,qui dei pręcepta bene uiuendo docet, qui peccata dedocet,uita sua prelucente,superbos ad humilitatem: auaros ad liberalitatem,uoluptarios ad castitatem,immundos ad mundiciem iracundos ad animi trāquilitatem,inuidos ad alienæ felicitatis desyderium, sibi uiuentes ad amorem proximorum ,gulosos ad sobrietatem,ociosos ad exercicium prouocat:& in summa,docet iniquos omnes uias pœnitentiæ,uias domini. Et hæc, nō est ultima pars pœnitentiæ. Neq; satisfacit peccator corrigendo seipsum ac uitam emendādo, sed multo melius saluti proximorum pro uirili studendo:præsertim,si quos exemplo corrumpens ad scelus illexerit,complices aut sceleris conscios habuerit, ut eos exemplo nouo pertrahat ad documenta uirtutum,hunc affectum erga proximū suum habere debeat unusquisq;,ut eos uitæ exemplo ad deum ducat,quos improbitate sua,ab eodem abduxit. Ecclesiasticus plane tradit ubi scribit Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Sed ubi mandauit inquies? Nimirum illic euangelij Diliges proximū tuum sicut teipsum. Q; unus oportune conuersus,multos ad psimilem conuersionem adducat, strenui militis in bello capti docebit exemplum. Hunc rex uel princeps militiæ ob præclare gesta quantouis precio redimit. Redemptus beneficij memor, nullum eius causa periculum in bello non obibit,uitā potius q̄ eius gratiā effusurus. Eadem spes multos ad pugnam accendit,ut à captiuitate se tueantur & captiuos alios in libertatem asserant, suoq; duci restituant. Sic unus à deo iustificatus peccator, & christiana militia strenuus : complures ad pœnitentiam atq; uerum iusticię tra-

Ibidem.

Eccle. 7.

Matt. 22.

Lapsi resipiscentes/acrius penitent.

 mitem,

mitem, exemplo suo preuio perducit. Quandoquidem unus ple-
runq; peccator ita conuersus magis abhorret a peccatis, de cõmis-
so tristior & in amore dei feruentior, cautius uiam iniquitatis un-
diq; declinat & à relapsu cauet, q̄ pleriq; qui steterunt aut non ita
grauiter ceciderunt. Hinc fit ut quod Lucas ait impleatur Maius
Luc. 15. gaudium erit super uno peccatore pœnitentiam agente, q̄ super
nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Conuerso
nanq; graui peccatore, totus exultat mundus, & collaudat autho-
rem deum. Angeli lętantur adaucto numero, gaudent homines
longe maiorem occasionem eruditionis suę nacti, q̄ è nonaginta
nouem iustis nancisci queant. Nam plerumq; ubi primum pecca
tor conuersus fuerit peccatumq; odisse cœperit, multo alacrior P.
fit in deo, multo pœnitentior, longe mœstior, q̄ nonaginta nouē .4.
alij qui non ita grauiter collapsi sint, Quot ad hunc usq; diem eru
diunt ad iusticiam & à uia sua mala conuertuntur, audientes le
gentes aut secum animo ponderantes saluberrimam Dauidis exi-
mij regis ac prophetæ pœnitentiam? Quot Mariæ Magdalenes &
sancti Latronis exempla prouocarunt ad resipiscentiam? Quot
Petri lachrimæ uitam emendare suam? quot Pauli casus à casu re-
surgere fecit? Dicere dicere poterat horum unusquisq;, dicere pos-
sunt horum imitatores omnes, quod & hic propheta dicit Doce-
bo iniquos uias tuas. Et impij ad re conuertentur. Qui deum ig-
norantes cœlestia non respiciebant sed penitus erant auersi, uidē
tes iniquorum conuersionem sanæ doctrinæ comitem, simul ipsi
conuertentur. Conuertentur ad te domine, te corde gestabunt, te
ore fatebuntur, te profitebuntur opere, & uniformi consuetudine
te sibi indiuisim copulabunt. Miram prophetæ charitatem, mirā
erga omnes beneuolentiam. Non tam quod est futurum indicat,
q̄ quod sibi cordi est singulari uoto desiderat. Desiderat autem sa
lutem animę non suæ solum, sed aliorum item omnium: ut aliorū
alios exempla mouere possint et cõuertere ad deum. Quippe si nõ
cõuersus fuerit peccator a peccato suo, saluus esse nõ poterit. Sin
conuertatur & resipiscat, proculdubio saluus erit, annuente ꝑ pro-
tam dño

, phetam domino Si conuersus fuerit impius ab impietate sua: uita Ezech. 33.
, uiuet & omnia quę peccauit non imputabuntur ei. Nota quod ait Exponitur.
, Conuersus non uersus uita uiuet, uertitur quod facta reuolutione Quid intersit inter verti et conuerti.
consistit eodem, conuertitur quod post uersionem alio migrauit.
Vnde conuersio est fuga uel recessus ab uno termino in alterum. Conuersio quid
Quare uersus esse dicitur, cui crimen leuiter & pro tempore dolet:
conuersus, cui perfecte dolet sub certo proposito deserendi. Vertitur qui peccatum abijcere cogitat, nec abijcit tamen: sed breui facta mutatione, idipsum refouet: conuertitur qui nunc à peccato totus alienatur, qui iam non tantum pœnas non timet, sed ad bonũ amore dei contendere festinat. Ideo si uelimus ad deum & uirtutes apte conuerti, necessum est ut à uicijs antea recedamus. Si paruis magna componere conferreq; liceat, hanc hominis conuersionem conuersioni quam tractat disputatio dialectica comparare potero. Traditur ea triplex. Simplex, per accidens, & per contrapositionem. Conuersio per accidens ut ordiamur ab ea, nõ plena sed partialis est, in qua mutata quantitate, manet sola qualitas eadem. Simplex est ut ita dicam totalis in qua nec qualitas, neq; quantitas immutatur. In conuersione per contrapositionem non solum totius in se, sed quarumlibet etiam partiũ fere fit immutatio, quãdo termini finiti commutantur in infinitos. Iam ut alludamus ad mores, multi conuertuntur ad deum per accidens, qui peccatũ unũ aut alterum è leuioribus emendant, sed nonnulla grauiora reseruant: uel qui pœnitudinem simulanter conuersionem ueram foris ostendunt, sed affectionem internam peccandiq; delectationem, in animo retinent. Per accidẽs etiam conuersi nõ absurde dici possunt, quos incommodum, infirmitas, aut urgens alioqui necessitas ad emendationem sui compellit. Sic multos iactura bonorũ, alios priuatio dignitatum, nonnullos amicorum amissio, ad sui memoriam uitęq; correctionem attraxit. Quorum unus Nabuchodonosorus erat, cui cum propter insignem superbiam abiectus esset ab hominibus, cum feris ac bestijs fœnum ut bos comedẽs: tandem completo sermone domini redditus est sensus, & leuabit oculos in

Tres conuersiones.

Conuersio per accidens.

Dani. 4.

Q. 4.

cœlum altissimo benedicens & laudans ac glorificans uiuētem in sempiternum. Alij conuersione simplici conuertuntur, qui uere uitam priorem & integre castigant: sed illico relabuntur assuetudine uicti, quorum posteriora sępissime fiunt peiora prioribus. Cōuertuntur alij per contrapositionē, quorum uitæ, singulæ quæq; partes iustissima lance corriguntur: neq; solum quæ mala perpetrata sunt aut in assuetudinem accepta, uerum etiam omnes iterato faciendi cupidinem, cogitationis propositum, atq; delectationē auersantur: nec ad tempus modo, sed tanq̄ omnes terminos finitos cōuertentes in infinitos, in oppositam qualitatem omnia uertentes, semper auersaturi. Sic auariciam in liberalitatem, incontinentiam in castitatem, superbiam in humilitatem, inuidiam in charitatem, irācūdiam in modestiam, neglectum cultus diuini in frequentem diuinę pietatis imprecationem, & omnino maliciam in uirtutē cōuert[illegible] itidem facturi quoad superstes fuerit uita. Ita fiet ut in totum conuertantur, tum in affectione, cogitatione, delectatione, cōsensu: tum uero in actibus, opere, & assuetudine: non ad tempus, sed imperpetuum facta prioris uitæ conuersione, uitam semp̄ sub pœnitentiā agentes, incessanter misericordiam implorantes. De cuiusmodi conuersione per prophetam dominus ait Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, fletu, planctu, scindite corda uestra & non uestimenta uestra. Conuertimini inquit non ad mundum, non ad carnem aut diabolum, sed ad me: nō ad uitia sed ad uirtutes, ad me, ad me deum misericordem, peccatores pœnitentes & audientem & recipientem, etiam si in maxima mala prolapsi fuerint, modo pœniteāt, modo conuerti uelint, modo doleant & conterantur, libenter suscepturus sum, gaudens amplectar, ultro remittens errata: ac demum ęterna uita coronabo. Quo se quis conuertere debeat modum adiungit et formam, dicens. Cōuertimini in toto corde uestro, toto corde cōuertitur ad deum, qui propter eum peccatum omne detestatur, sperans plenam remissionem. Nam impium est ab eo qui summe misericors est, dimidiam sperare ueniam. Non potuit Cromatij corpus (ut in historia diui

Conuersio simplex.

Conuersio p contrapositionem.

Ioel. 2.

Exponitur. Quomodo oportet nos ad deum conuerti.

Augusti.

Sebastiani legimus) nisi cunctis dæmonibus eiectis & relictis ido
lis omnibus sanari: sic nedum anima poterit si non excludas om-
nia peccata, suscepta quoq; uere pœnitentia. Conuertimini ad deũ
qui uere misericors est: qui uere pœnitenti peccatum omne relaxat
R. dolentes respicit, & gementes misericorditer audit: qui peccatores
4. non spernit, sed pœnitentibus omnia condonat, ad se conuerti uo
lentes & contritos excipit, amplectitur, & coronat. Etiam si grauis
sime deliquerint: peccatores non contemnit qui uenit ad uocan-
dum eos, qui cum eis conuersatus est, cum eis bibit, & comedit: &
ad peccatricem animam clamitat Reuertere reuertere sunamitis re Canti.6. Exponitur.
uertere reuertere ut intueamur te: Reuertere ad me & ego suscipiã Hiere.3.
te. Reuertere ad me qui sum protector tuus et merces tua magna Exponitur q libenter
nimis, reuertere ad me qui te sanctifico, qui deleo iniquitatem tuã, deus excipit
qui diligentes me diligo: reuertere ad me qui sum pars & heredi- reuertentem
tas tua, qui sum salus tua: reuertere ad me qui redemi te, & con- ad se.
solabor: reuertere ad me qui sum pastor bonus & animam meam
pono pro ouibus meis: Reuertere ad me qui sum resurrectio & ui-
ta, ad me qui sum uia ueritas & uita: reuertere ad me qui sum uitis
uera: reuertere quicunq; uis esse palmes & in me manere ut fructũ
afferas: reuertere ad me qui uici mundum, ad me qui sum Iesus il-
le nazarenus tibi natus, tibi passus, & tibi mortuus. Reuertere re-
uertere ad me & ego suscipiam te, te dulciter amplexabor, tibi da- Ibidem.
bo gratiam in hoc sæculo & gloriam in futuro. Nunc o maximã
atq; ineffabilem dei misericordiam, misericordiam talem ac tantã
ut nihil supra ni superet ipsa sese. O misericordiã supra misericor-
diam, quæ nullos respuit ad se uenientes, sed omnes ultro recipit.
Latronem pœnitentem non spreuit, non Chananeam supplicantẽ
non in adulterio deprehensam, non in tæloneo sedentem, nõ pub
licanum se deijcientem, non discipulum abnegantem, non lachri-
mantem meretricem, non ipsos crucifixores: neminem ad se confu
gientem, neminem repellit, omnes ex quo recipit. Conuertimini
(inq̃) ad me, & ego suscipiam te. Ad hunc conuertimini. Sed quali
ter? In corde uestro inquit. An hæc utcũq; conuersio sufficit? Non Ioelis.2.
abunde

Ibidem. abunde facit nisi toto corde fiat. Conuertimini (inquit) in toto cor ,
Conuersio ex toto corde fieri debet. de uestro toto fit corde, quando malum opus bono, mala locutio ,
bona, mala affectio bona, malaq; delectatio bona delectatione cō ,
mutatur: & quando sentinam uiciorum exhaurit affluentia uirtu=
tum. E choreis hisce uestris argumentum huius rei capescite. In
quibus, est motus quidam inchoatus tantū, deinde uersio dimi=
diata, tercio plena & toto corpore conuersio: ac tum demum om=
nes inter se concurrūt, atq; sic tota chorea absoluitur. In huiusmo= S.
di chorea initur a leui motu, pergit ad uersionem quandam mediā 4.
plena post conuersio succedit, ubi sibi ductores occurrentes comi=
ter annuunt. Motus ille primus fallax est, qui uersionē innuit neq;
facit: dimidiata uersio fallacior cum quasi in totum uerti uideatur,
tamen spectantes illudit: plena conuersio consummat actum in
quo copulātur actores inclinatu quodā ad sese mutuo choreæq;
finē imponunt. Verum in hac nostra conuersione ita uelim nos
totos ad deum conuerti, ut non nutibus, non dimidiatis uersioni=
bus, non simulatis inclinationibus: sed toto corde, totis animi uiri
bus, serio ac uero conatu res geri uideatur: ut id a nobis perficiatur
Ioelis.2. quod ipse dominus per prophetam & iubet & optat. Conuerti= ,
Quanta pernicies e choreis nascatur. mini inquiens ad me, & ego conuertar ad uos. At o si uelitis ista ,
uos qui tot choreas ducitis, animaduertere. O si uelitis interea re= ,
cordari qualis ad deum sit facienda conuersio. Vtinam uelitis uti=
nam qui sic uicissim in chorea uertimini, solido mutuę conuersio=
nis nexu perfecte deo copulari & in illius aures susurrare, & in so=
lo illo, tam animoq̄ corpore gestire: Atq; hunc tam obscœnū suf=
surandi & gesticulandi modum in his chorearum lasciuijs peni=
tus abdicare. Neq; hæc gesticulatio corporis puritatē animi obte
nebret. Vix tolerandam corporis agitationē, turpius animi deside
rium non sequatur, ne faciatis choreas hasce uestras uere diaboli=
cas, dum quod ambiguis palam signis ostentatis, certis intus co=
natibus alitis. Vah, uah, Proh deus immortalis, homines esse tam
cœcos qui leuia corporis oblectamina quærunt, & ad deum om=
nia uuētem non aduertūt. Abhominabile est, abhominabile, deo
pariter ac

pariter ac hominibus, hoc quod choreis uestris facitis: neq; deus præteribit inultum. Quorum fœdis adinuentionibus nihil hic ob luctatur, nequioribus actis nullum grauamen obuiat: alibi sentietis horribilia. Videre uideor ut acutissimus ille Augustinus magna chorearum inconuenientia ne dicam nefanda flagitia præuiderit, quando sententiam istam notatu dignissimã protulit. Melius est in die dominico arare q̃ chorizare. Aut ergo choreas istas prorsum intermittite, quibus tanta facinorum discrimina subsunt: aut in eum ordinem redigite, ut q̃ minimo periculo tractentur, & inter agendum per imaginem corporalem, commodi spiritualis subide reputatio subeat: ut dum corporibus inter se conuersis familiaris amicitiæ signa fiunt, eius conuersionis quæ facienda est erga deũ relinquendo peccata, frequens memoria succurrat. Faciẽda est autẽ conuersio uestra ut propheta monet, in ieiunio, quo corpus maceretur ut in seruitutem redactum, spiritui semper obediat: in fletu, quo spiritus uiuificetur & cœlestem gratiam hauriat: in planctu, per quem corpus simul & anima sanctificentur & in deum reuiuiscant. Per ieiunia, seruati sunt Niniuitæ, per fletum, Magdalenæ remissa sunt peccata multa. Planctu, pœnitens promiscue uocantur ad misericordiam. Quare uere conuertimini, & scindite corda uestra, non uestimenta. Scindite corda per pœnitẽtiam, scindite per primam & potissimam pœnitentiæ partem, cõtritionem, per eius necessariam comitem confessionem: scindite per absolutã operatricem satisfactionem. Scindite per iuge bonorum operum exercitium, per orationis eleemosynarum & ieiunij frequentiam: sonet pietas ab ore, splendescat opere, sint clamor & planctus in pectore. Sic cõuertimini ad Christum in toto corde uestro. Siquidem ueræ conuersionis & pœnitentiæ sunt plures effectus. Restitutio bonorum quæ peccãs amiserat, exhilaratio, angelorum quorum ita casus reparatur, & qui paululum abest à primo exaltatio peccatorum. Authore Bonauentura: deus restituit pœnitenti opera per culpam mortificata, quæ fuerant antea uiua. Opera nanq; bona facta in charitate, per culpam mortalem mortificantur & pereunt:

Margin notes: Augusti. — T. 4. — Quomodo fiat vera conuersio. — In ieiunio: — Ioel. 2. — Scindite corda. — Fruct⁹ pñite. — Bona 1.4

Ezech. 18. reunt: Vel ezechiele teste Si auerterit se iustus à iustitia sua & fece
rit iniquitatē, omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur
sed erunt ī obliuione apud deum qui non approbabit aut remu=
Ibidem. nerabit facta corruentis in peccatum. Sed si cōuersus fuerit ab im=
pietate & egerit pœnitentiam de omnibus peccatis quę operatus
est, & custodierit omnia pręcepta: Vita uiuet & non morietur, om
nium iniquitatum quas operatus est non recordabor. Sic instau=
randum in statum pristinum commissi pœnitentem, saluator in V.
parabola filij prodigi significat. Filius qui post dissipatam substā 4.
tiam discalceatus, nudus, aut lacer, redijt ad patrem inquiēs Pater
Luc. 15. peccaui in cœlum & coram te, nec sum dignus uocari filius tuus:
peccatorem denotat qui post animi, corporis & fortunæ bona, ma
le consumpta, nudus gratia, uirtute priuatus, fractus & lacer mori
Ibidem. bus, per pœnitentiam tamen redit ad deum. Hunc pater ut uidit
Exponitur. Deus nullū pe nitētē reijcit. ut d[illegible]ijt: misericordiaq; motus accurrit, & osculatus, cecidit ī col
lum [illegible]ius ita seruis imperans, proferte stolam primam & induite il
lum, & date ei annulū in manu eius & calceamenta in pedes. Sto=
la prima est indumentum nuptiale, indumentum sancti spiritus,
hoc est gratia seu uitæ meritum, peccato prius amissum: sed nunc
paterna dei bonitate, per pœnitentiam reuertenti restitutum. An=
nulus in manu & calceamenta in pedibus: signant opera iustitiæ
& uirtutis affectum, quæ uerus pœnitens ubiq; postea prosequе=
tur. De secundo fructu seu effectu conuersionis, ita testatur in euā
Luc. 15. Exponitur. gelio Christus. Gaudium erit in cœlo coram angelis dei super uno
peccatore pœnitentiā agente, magis q̄ super nonaginta noue qui
non indigent pœnitenta, quia spiritus amministratorij gaudēt, &
illorum conuersione quibus opitulaturi mittuntur & eorum exal=
tatione quibus in cœlo sedes asseruantur. Non ait fore gau= X.
dium super peccatore pœnitentiam cogitante, non super peccato 4.
re pœnitentiam dicente uel pręedicante: sed dūtaxat agente pœni=
Quomodo deus penitē tes exaltat. tentiam. Exaltationem peccatorum pœnitētium ex his quos sub=
dam intellige. Maria soror Aaronis est percussa lepra, q; in ducem
Num. 12. Mosen obmurmurarat: at peracta pœnitentia, mundior effecta,
Exod. 32. priorem

priorem gratiam prophetandi recipit. Aaron ipse post conflatum ex auro uitulum & pro deo coli cęptum poenitens, sacerdos summus consecratur. Dauid post adulterium & ingratissimum homicidium, humillime peccata fassus: per poenitentiam obtenta uenia, spiritum prophetiæ recepit & regium diadema retinuit: tanto sublimior effectus, quanto ruinæ proprior erat. Achab qui pessimæ Iezabelis consilio, sanctissimum Naboth iniuriose trucidàrat se summittens ad poenitentiam, regię sedis amplitudinem haud amisit. Sed ad nouum testamentum ueniamus omissis compluribus alijs testamēti ueteris exēplis. Nōne Petrus qui negauit dominū poenitendo restitutus, Apostolorū princeps est factus? Paulus qui Stephanum lapidibus obruentium uestimenta seruauit & tā ardenter afficiebatur ad homicidium ut omnium manibus interfecisse dicatur, qui Christi discipulos ubiq; persecutus, ecclesiā acriter expugnauit: nonne conuersus eligitur Apostolus & summus prædicator? Multos pręterea si bene numeres, inuenies ab hæresi conuersos, factos postea in catholica fide cōstantissimos, suiq; ordinis pręcipuos. Multos e media gentilitate uocatos ad fidem, inuictissimos Christianismi propugnatores, patres indulgētissimos pastores gregum aduigilantissimos, & prestantissimos episcopos extitisse. Qualis Augustinus per Ambrosium, per quem Augustinus ad nos uenit. Quas uires intuenda fide prestitit uterq;? Quod eruditionis Christianæ uitæq; sanctæ specimen dedere? Quo alij cum episcopi tum alioqui moribus ac doctrina sanctissimi uiri, sic

2.Reg.11. &.12.

3.Reg.21.

Matth.26.

Act.7.

Act.9.

Y. emersere? Verum inter omnes peccatores quos conuersio seu poenitentia uel uocauit ad fidem, uel errantes reuocauit & uocatos cō

4. summauit, hos tres uiros initio nequissimos attēde, superbissimū & cruentissimum Paulum, Dauid luxuriosissimum, & Matthęū cupidissimum: e quibus pręsentissimum erroris aut peccati remediū addiscitur. Horum enim ea fiducia fuit, & tanta postmodū in charitate dei constantia: ut sua scripta tanq; communia quędam peccatoribus antidota, uersentur atq; sonent in ecclesijs frequentissima Quanq; euangelia scripserunt Ioannes, Marcus, atq; Lucas: infrequentiora

Tres olim maximi peccatores, ad summos honores vocati

quentiora tamen suntq̃ quod est Mathei. Licet aliorum quorũdã etiam psalmi sint, dauiticos tamen habet ecclesia frequentissimos Licet Petrus, Iacobus, Ioannes, & Iudas, epistolas canonicas conscripserint: Paulinę tamen usitatiores in ecclesia habentur. Quod ideo factum non absurde credetur, ut omnes intelligant, q̃ sit chara deo conuersio peccatorum: quos tam sublimes & duces fere primarios, in ecclesia constituit: in ecclesia inq̃ utraq;. Qualiter ĩ presente seu (quod uocant) militante: iam prope uidimus: & in contionibus fere singulis horum nomina horum exempla, pœnitentiæ detonare uidemus. Q; magna sit illorũ gloria in ecclesia triũphãte seu regno cęlorum, Christus attestatur in euangelio iudęis facti

Matt. 21. cia sua iustitia superbientibus ita respondens Meretrices & Publi ,

Ibidem, cani pręcedent uos in regno dei. Sed quare sic pręcedent? Quod se ,

quitur causam ostendit. Venit inquit Ioãnes in uia iustitiæ & uos ,
non habuistis pœnitentiam ut crederitis ei: meretrices autem & ,
publicani, pœnitentiam agentes crediderũt. Ex his Christiane fra= ,
ter accipe, uere conuersionis efficaciam, edisce q; deo summoperę ,
placebit, si quis ethnicus ad fidem accurrat, si quis à peccato resipiscat. Quare qui peccatis assueuisti, peccare desine, finẽ delictis impone: clauum clauo pelle: qui procliuis ad mala fuisti, benefacta malefactis oppone: malum affectum bono uince, quęre dominũ deum tuum, dum inueniri possit, ut hic gratiam apud eum ineas, & in cœlo gloriam obtineas. Sed & cum propheta deprecare. Z.

Versus. 15. LIBERA ME DE SANGVINIBVS DEVS DEVS 4.

salutis meę, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Precedente uersu propheta uere pœnitens, alios se docturum & exemplo suo bono, salutem eorum procuraturũ esse promisit: presertim si quos exemplo suo malo corruperat aut offenderat ante, pollicitus est adiutore spiritu principali, se peccatores a uia sua mala reuocaturum, uocaturum ad pœnitentiam reuocaturum á facinoroso uitæ genere, uocaturum ad uirtutem & dei gratiam, edocturum uias rectas quæ ducunt ad deum & cęleste gaudium Hic redit ad seipsũ hic uitam intuetur suam: fit in peccato suo linceus, in alieno cęcior

ſua uitia damnat, aliena damnare timet. Videns eſſe ſua quę ſolus
deus relaxare poſſit, ut relaxet exorat. Libera me de ſanguinibus
deus deus ſalutis meę. Bone deus da mihi quæſo mentem ſanam,
cor purum, & uitam mundam & integram, mihi dico docere uolē= Oportet vi= tio careat q̄ alios repre= henſurus eſt.
ti plebē tuam: ne quos docere cupio, non minus indignanter q̄ ue=
raciter obijciant Medice cura teipſum. Tu qui nos curare aggrede Luc. 4.
ris, primo omnium teipſum curato: Nos docere conaris, ac tibi
prius eſſes docendus. Stultum, improbum, notatuꝗ dignum eſt
ſi morboſus aut languidus tete ad medicandum ingeras, ſi docere
uelis ipſe docendus: medetor ante tibi, doceto teipſum ut inde ſa=
lubrem medicinam, ſalutare conſiliū nobis adhibeas. Quid feſtu= Matt. 7.
cam ab oculo noſtro pergis educere, qui trabem non uides in ocu
lo tuo? Extrude prius illam trabem ab oculo tuo, & tum perſpi=
cies ut feſtucam eximas è noſtro. Si nos doctrina tua puros atꝗ
ſanos eſſe uelis, ipſe purus & ſanus eſto prius. An non graue pro=
brum eſt, ſi uere poſſit illud i te dici Turpe eſt doctori cum culpa Cato.
redarguit ipſum? Inſigne dedecus eſt ut is caſtimoniā laudet, qui
libidinoſe uiuit. Rubore dignum quoties is gulam reprehendit,
qui interim a crapula non temperat. Turpe pleno uentre laudare
ieiunia & rubentibus buccis abſtinentiam maciemꝗ ſanctorum
patrum prędicare. Turpe facinus ut ipſe ſuperbiam uituperet, qui
pompis & inani glorię maxime ſtudet. Nec omnino cōuenit ut ſu=
perbiam arguat, qui faſtu tumet & imperio. Nunq̄ dedocebit inui
diam inuidus, aut iram iracundus, non piger inertiam, non uinum
uinoſus, amoris ſtulticiem amaſius aut ebrietatem ebrioſus. Itaꝗ
propheta non ignorans oportere eum carere omni uicio qui dictu
A. rus eſt in alios: inſtat huic ſupplicationi Libera me de ſanguini=
5. bus deus. Libera me de peccatis mortalibus quę me degrauant, ut
alios eodem onere leuem. Nam ſanguis in ſcriptura ſępiſſime pro
peccato ponitur, ut illud Eſaiæ perdocet Manus ueſtrę plenæ ſunt Eſaiæ. 1.
ſanguine, manus ueſtræ pollutę ſunt ſanguine, & Ezechielis aliud Eſaiæ. 59.
Si non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam ſanguinem eius Ezech. 3.
de manu tua requiram. At triplex eſt ſanguis ut de ſumma nihil

omittam: iniquitatis qua cum pari non ęquo iure uiuitur, crudelitatis qua quis subiectis non recte dominatur, & nequitiæ ac carnalitatis qua uolūtas diuinā non respicitur. Ab his sanguinibus se liberari propheta supplicat. Sed mirum ut ante peccatum propheta cęcutiuit: è peccato commisso peccati pericula didicit. Ante peccati perpetrationem, peccati malignitatē ignorat, ubi perpetrarat, & offensę grauitatē & irę diuinæ uindictam animaduerterat: q̃ miris modis, q̃ grauiter, q̃taq; cum indignatione deus in peccatum seuiit: tū demum intellexit atq; pro comperto habuit ultionē finem esse peccati: tum etiam discrimen, grauitatem maliciamq; delicti persensit, & donari sibi reatum expostulat. Quasi nauta timidus canas spumeis fluctibuas cautes, scyllā, caribdim, syrtes, & scopulosa loca sciens, sciens peccati sarcinam, grauamen, ac finem, id esse periculosum, id omnis mali fundamentum, id totius in mūdo miseriæ principium, ob id iratum deum, id supplicio terminandum q̃nq; in littus nuper eiectus & secunda se tabula pręseruans orat, Libera me deus. A peccato me libera quod humanum genus exilio damnauit exigens è paradiso, quod innocentiæ statum extinxit iustitiam originalem auferens: mundo paupertatem, infirmitatem et omnifidam necessitatem: immo & trinam homini mortem, corporis, animę & etrnam utriusq; intulit. Peccatum hominē à deo elongat & infatuat: dum cęcū, male conscium, & omni uirtute uacuum efficit. Quocirca liberationem à peccato cum propheta quęras ò peccator, quo dum uoluntati dei contraniteris & rebellis ac proditor es: illū ad ultionem inflammas. An non grauiter offendis quem ad passionem, ad patibulū, ad crucem denuo uocas? Quod in te est idipsum facis qui peccatum pro quo mortuus est, denuo committis. Si mihi nolis credere uel Paulo crede qui peccatores affirmat, rursum crucifigētes Christum. Peccatū etenim est occasio crucis. Hanc qui renouas an excusaberis ab offensa crucifixi? ò peccator peccator qui peccato tuo deum ita stimulas, neq; solummodo deum, sed multos etiam alios offendis. Offendis Angelos quos peccando contristas. Quoniam angelis suis deus mādauit de

[Margin notes: Peccatū in cognitionem pene pducit. — Incōmoda peccati. — B. 5. — Hebræ. 6. — Quot offēdit peccator peccato suo. — Psal. 90.]

, dauit de te ut custodiant te in omnibus uijs tuis, qui facit angelos Psal. 103.
, suos spiritus & ministros, ut te circū egressum cōponant, in egres
, su dirigant, in progressu saluiuificent, & in recessu & post recessum similiter obseruent. Iam si nihilominus pecces iste labor & hęc diligentia tibi perit qui custodiam angelicam frustras, & custodes ingratissime molestas, flereq; facis ut flere possunt, tristes ac mœstos esse facis, utcūq; taliter affici possibile est. Offendis eos qui sunt in igne purgatorio quorum graues adustiones & afflictiones qualescūq;, non potes ipse gratia uacuus, tuis precibus aut eleemosynis ullo modo iuuare. Offendis inferos quorum aduētu tuo poena crescet. Poena nanq; accidentalis damnatis adaugebitur crescente numero damnatorum. Sicut adiectis lignis ad focū fit auctior ignis, ita quo plures damnati descendunt ad inferna, fit eo maior ante damnatorum poena. Si quæ dicuntur adhuc dubites: ueniat in mentem cuiusdam diuitis qui induebatur purpura ac Luc. 16.
bysso epulatus quotidie splēdide, & mortuus ac sepultus in inferno uidit Lazarum in sinu patris Abrahæ, quem rogabat ut eum mitteret in domum patris ad fratres suos, qui testaretur illis, ne & ipsi uenirent in eum locum tormentorum. Cur id diues orabat? An amore fratrum? At inficiantur animas damnatorum posse bonum optare alijs. Non est in inferno charitas, non est fraternus amor. Cur ergo ita orabat? certe non ex charitate, sed ne accessione damnatorū poena sua adaugeretur et incresceret. Nam quotquot illic sunt & osores & amicos immaniter oderunt. Oderunt patrē, matrem, sorores, fratres, uxorem, liberos, omnes tam sanguine q̄ iure coniunctos: omnes homines oderūt, omnes creaturas, immo creatorem omnium & misericordiæ parētem deum. Offirmati malitia calescunt odio, cunctos insigni maliuolentia persequuntur. Inter eos nullus amor sed regnat odiū, odium odium: nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat: nulla tranquillitas aut gratia sed infinita tempestas. Si quid amoris, aduersus se inuidiosissime uertitur. Non igitur ex charitate quam non habebat illa damnati diuitis oratio uenit: sed ne poena sua quam accidentalem uo-

Cur diues uoluit fratres suos admoneri.

C. 5.

cant, incrementum inde sumeret. Offendis preterea proximū quē tuo corrumpis exemplo. Offendis teipsum maxime qui tuam animam spirituali gladio (quod est peccatum) interimis. Offēdis omnem huius mundi creaturam, tam rationis expertem q̄ ratione p̄ditam. Sicut enim læso capite leduntur omnia membra corporis, sic offenso creatore grauatur omnis creatura: dolenti capiti totum corpus naturale condolet, fit manus agilis, pes citus, ad succurrendum pars omnis est parata: ut si quis caput impetat, statim brachiū erectum amouebit ictum: pes fuga prospiciet saluti corporis, oculus ad uiam prouidendam sedulus erit vel ad fugendum quouis officio, quod reliquo corpori utile fuerit: adeo ut omnia mēbra se periclitari malint, q̄ ut capiti quicq̄ detrimenti contingat. Capiti ciuili similiter, ut prīcipi summoue magistratui, singule partes reip. solent esse prompte ut suppetias ferant, si quid aduersi cotingat in bello uel alias alius casus incidat: & capiti rerū omnium omnipotenti deo res ulle minus erunt obsequiose? Quā ob rem qui sic omnes offendit, infensum habebit iudicem, & oēs uel accusatores uel contra se testimonia ferentes, Angelos, Sāctos subinde clamantes Vindica domine sanguinem nostrum, uindica nobis illatas à peccatoribus iniurias. Tūc accipiet armaturam zelus illius, tūc armabit creaturā omnem ad ultionē inimicorū, acuet iram, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Peccatum peccatum itaq̧ ludit, falsificat atq̧ uiolat imaginem & similitudinem dei, innocentiam perdit, potentias anime singulares, intellectum, memoriam, & uoluntatem, eximias uirtutes, & affectiones quasq̧ bonas corrumpit alterat aut minuit: uires tam animæ q̄ corporis frangit, simplex & æquabile uiuendi genus extinguit, expulsa gratia uitæ meritum excludit, irreuocabilis & preciosi temporis iacturam facit, charitatem frigefacit: eum qui perpetrat maledictum, inexauditum deo pariter ac hominibus odibilem & angelis abhominandum efficit. Quiq̧ facit peccatum seruus est peccati. Peccati uero seruus aduersarius est dei & amicus diaboli. O serue neq̄ & scelerose peccator, Oh qui diabolo subiectus, inimicus uis esse

Marginal notes:
Mēbra oia capiti opitulantur.
Apoc. 6.
Sapi. 5.
Ioan. 8.
Exponitur. Peccatū affert seruitutem.

cus uis esse

D. cus uis esse dei. Miser & infelix homo qui sub imperio diaboli su-
5. perbis, qui libidini seruis, & luxui corporis studes, qui tua ipsius
confusione delectaris, qui contra naturam factus es seruus, & uile
mancipium, uoluntas ex se libera ad uirtutes ordinata, tu quam
peccato subijcis diaboli seruam efficis. Scias scias ꝙ quicquid ela-
borando quaeris, domino tuo diabolo acquiris. Peculium tuum
eius lucrum est. Sicut in seruitute detentus, quicquid facit, ad nutũ
& commodum domini sui facit, ne seipso quidem exempto: ita pec
catorum opera immo peccatores ipsi diabolo lucrifiunt. Hęc incle *Pericula que peccatũ insequuntur.*
mentia peccati, populata est orbem terrarum. Cur quaeso mersus
est mundus diluuio, nisi propter peccatum? Quomodo quinq; ci- Gene. 7.
uitates incendio perierunt nisi per peccatum? Cur Pharao cũ Egyp Gene. 19.
tijs in mari demerguntur? Certe propter peccatum. Quare decem Exo. 14.
nominatissimis plagis afflicti: nũ eadem de causa? Cur perijt in Exo. 7. 8. 9. 10. & 11.
deserto populus Israeleticus populus electus, partim morsu serpẽ Num. 21.
tum, partim importunis bellorum tumultibus, partim incendijs, Exod. 32.
partim uoragine terrae? cur perijt inq̃ populus quem peculiarem
deus & uelut primogenitum habuit, pro quo tot miracula patra-
uit, an non ob peccatum? Quam ob rem Dauid tot cruẽtis bellis 2. Reg. 21.
oppressus, tot cladibus affectus, toties uictus, in terga uersus: cur
populus eius casu tam multiplici iactatus plagam tam uariã, mor
tem tam subitariam praesertim pestem expertus? Nonne deus illi
conditionem tulit ut horum quodlibet eligeret, bellum, famẽ, aut 2. reg. 14.
pestem? & ille conditionem pestis accepit qua cum alijs possit in-
uolui qui cum primis commeruit, & exinde septuaginta milia uiro
rum una die morti concessere? Cur totus Israel adeo perculsus ut
nullus eorum duobus exceptis ad terram promissionis accesserit?
Cur immunera perpessus mala quae lectio testamenti ueteris ex-
planat? Quare in exercitu Sennacherib armis ac numero gloriosi 4. Reg. 19
185. milia angelo feriente una nocte perierunt, ipso quoq; in fugã
uerso? Quare Nabuchodonosorus insolẽs e throno corruit, immo Dani. 4.
cur humanitatem exuens in beluam per septennium defecit? An
non ob peccatum fiebant ista? At hic poenitudine ductus ad mẽ-

 tem, for-

Num. 22. tem,formam & conditionem redijt. Cur Balaam uates imminẽtẽ angelo reprehenſus & abſterritus eſt ab aſino ſuo mirabiliter increpante? Nunquid exigente peccato? O utinam utinam talis Balaam adeſſet aſinus qui uidẽs aſtãtem Angelum ſtricto in nos gladio,nos omnes periculi impendentis admoneret, liceretq; angelũ illum dei cernere euaginato aduerſus nos gladio. Cur regnum Aſſyriorum,Perſarum,Græcorum,& glorioſiſſimum deniq; Romanorum funditus eſt euerſum? Abſorpſit hæc omnia uorago peccatorum. Cur auguſtiſſimum in orbe templũ Hieruſalem,cur ipſæ Hieroſolimę ſunt ęquata ſolo? plebs indomitę ceruicis iſta popoſcit. Chriſtus ciuitatem ſummi ſplendoris & eminentiæ correctam uoluit,ut ſalua maneret:at incorrecta remanſit,ut periret. Chriſtus cũ acerrime fleuit miſerabilẽ caſum ciuitatis pręmonens fore ut urbs ob illorum flagitia breui euerteretur:illi non aduertẽtes,ruinæ cau-
Matth. 27 ſam Chriſti uidelicet necẽ,aſſidue curabant, acclamantes Sanguis eius ſuper nos & filios noſtros. An nõ hęc ĩprecatio ſic impie uouẽtibus obuenit? Intra annos quadraginta duos urbs iacuit,non relicto lapide ſupra lapidem. Cur totus hic mundus ſæpius in nihilum ferme redactus eſt? Solum peccatum hoc fecit. Quare quotidie ruinam minitatur? Peccatum ſolum hoc facit. Peſtilẽtiam,annonę caritatem,famem,preſſuras,& inuiſa crutiatuum genera magis ac magis indies ſuſtinemus. Inclementiam cœli,telluris intemperiem,terremotus, & alias aſperitates q̃ frequentiſſime patimur.
Matt. 14. Geruntur bella ſine ceſſatione, conſurgit gens contra gentem & regnum aduerſus regnum,audiuntur pręlia & opiniones pręliorũ & nunquid è peccatis hęc omnia naſcuntur? Sed non dum finis, non dum finis. Verum niſi peccata noſtra corrigamus: niſi uitam emendemus & abhinc meliorem agamus:non expectemus fœlicẽ rerum innouationem,ſed deteriorem indies fortunam. Bella creſcent,coaleſcet egeſtas, crebreſcent runię,morbi proſerpent,& omnia malorum genera in nos conſpirabunt. Videtes igitur iſtęc terriculamenta,leuemus capita noſtra,diuinæ clementiæ cuncta referentes accepta : qui ſeuera manu nos emendare conatur , ubi nec

monita

monita nec pręcepta pręualent. Quarę Caynus, Iudas, epulo diues & alij capitales peccatores damnati sunt? Cur similes quotidie F. 5. damnantur? Quare qui damnantur, ignibus ęternis cum diabolo mancipantur? Profecto mortale peccatum miserabiliter ista facit. Deniq; cur dominus noster Iesus Christus dei filius e sinu charissimi patris omnipotentis, superbeati, in terram hanc miserrimā, in gremium pauperrimę matris ad nos uenit? quare natus, quare in presepi positus, cur pannis inuolutus, circumcisus, parentibus subiectus, intinctus, à diabolo tentatus? cum in forma dei esset æqualis deo, cur serui formam accepit, in similitudinem hominū factus habitu inuentus ut homo? quare ieiunauit, orauit, in oratione pernoctauit, continuaq; se prędicatione exercuit? cur insidias, assiduas coniurationes, & opprobria tulit, & in omnibus humiliauit semetipsum, pauper natus, pauperior uiuens, pauperrimus ad mortem deueniens, & factus obediēs usq; ad mortem, mortem autem crucis uilissimam: nisi ut corpus peccati disperderet & redimē[illegible] homines curaret? Non mihi si linguę centum essent, oraq; centum, omnia quæ dici possent in peccatum, in medium afferrem: omnia si proferre conarer, me tempus deficeret. Cūq; tanta malignitas, indignatio dei tanta, tot & tanta discrimina sint in peccato: merito condemnandus adest, quisquis ab illo non diffugiat. Fugit autē G. 5. poenitens, fugit hic propheta noster, propheta quod penes se nō est, a deo postulat: & tu quisquis es peccator poenitēs cum illo postula Libera me de sanguinibus deus deus salutis meę. Christus deus tui causa mortem oppetijt, & sanguinem totum effudit, ut ne quantilla quidem guttula quæ ab hac unguicula pendeat, in corpore toto remanserit: & tu te sanguinibus à quibus ille te redemit, ultra contaminari sines? Exurge exurge qui dormis in peccato, exurgens tende uires tuas & inclama Libera me deus, libera me de sanguinibus. Nota q; interpres sic in plurali uerterit de sanguinibus, magis hebraicum aut græcum fontem imitatus, q̄ quod latina lingua permittit. Vel magis rei proprietatem q̄ institutionis grammaticę concinnitatem attendit: innuens ab originali peccato quod inna-

Luc. 2.

Phil. 2.

Matt. 4.

Maior est malignitas peccati q̄ ut exprimi possit.

Ephe. 5.

Cur sanguinibus in plurali dicatur.

quod innatū est in carne seu sanguine, multa uariaq; peccata pro-
1.Cor. 15. creari: iuxta quod Paulus ait Caro & sanguis regnum dei nō pos-
Exponitur. sidebunt. Hoc est uitia carnis, seu peccata quæ de carnis & sangui-
nis corruptione proueniunt: ab introitu regni cœlestis excludunt.
Nam peccata actualia duplici de causa dicuntur caro uel sangui-
nes, primo q procedunt à fomite illo & concupiscentia quæ est ī
carne & sanguine, tum uero q merentur sanguinem & mortē ęter
nā, appellantur mortalia peccata. Porro sanguis in scriptura, fre-
quenter pro morte usurpatur. Atq; hinc est q dicimus aliquē san-
guinis reum ac debitorem, quoties facinus aliquod admisit morte
Triplex san-guis dignum. Hic ut pręgustauimus à trifido sanguine seu peccato prę
sertim, se liberari propheta flagitat. Ab iniquitate, crudelitate, &
uitio carnis. Ab iniqua actione liberari quærit, quia reliquum ope
rationis nostræ utcūq; se habet inficit, ac ingratum deo reddit, id
quod ab Esaia certo perdiscimus, apud quem sacerdotibus legis
Esaiæ. 1. ita dominus infit Ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum
Exponitur. abhominatio est mihi, Neomeniā sabbatum & festiuitates alias
non feram. Et causam subdit Iniqui sunt cœtus uestri. An sabbati
celebritatem contemnit, cuius mosen & successores toties admo-
nuit? Nunquid incensum recusat, quo Dauid Solomon & ceteri tā
topere placuere? Non uult sacrificium quod in lege tam sedulo re
quesiuit? An legem soluit qui uenit ut adimpleret? Non soluit, sed
cultoribus legum quod defuit hoc adimplendum curat. Errabant
putantes sufficere sibi sacrificij curam & culturam sabbati: docet
dominus adiungendā necessario iustitiam uitæ, hanc oportere fie
Ibidem. ri, & illa non omitti. Sunt inquit iniqui cœtus uestri, nō æquo iure
uiuitis, sed iniuria multos afficitis: & ideo cum extenderitis manus
uestras, auertam oculos meos a uobis: & cū multiplicaueritis ora-
tionem, non exaudiam. Talis oratio, talis oblatio, talis obseruatio
diei quæ fit ab iniquis peccatoribus, alijs iuste pieq; uiuētibus, au-
gere potest meritum: ipsismet peccatoribus, nō prodest, nisi inuet
ut resipiscant. Nunq̄ illius facta deo placebunt qui proximū iniu
ria uel exemplo peccati, aut subditum authoritate uel potentia le
dit. Sed

dit. Sed auertam ait oculos meos a uobis qui tales estis: auertam faciem ut non audiam uos, qui mihi displicetis. Et cum multiplicaueritis orationẽ non exaudiã. Instat rationi. Manus enim uestræ sanguine plenę sũt est At q̃d quod ait Manus uestrę sũt plenæ sanguine? nisi ꝙ per manus, opera ipsa intelligantur? Scitis ꝙ manus Ibidem. Sãguis peccatũ plerũq; significat.

H. 5. sit organum organorum, ꝙ ad opus maxime sit accommodum. Hinc ab effectrice deflexio fit ad rem effectam, & manus ipsum opus appellatur: manus plena sanguine, sãguinarium opus: opus uarijs peccatis infectum, opus miserum, opus abhominandum, cuiusmodi sunt homicidium, adulterium, fornicatio, iniuria, falsũ testimonium, & id genus alia. Quoniã opera uestra peccatis abũdant, & iniustę sunt actiones uestræ: cetera quæ facitis alioqui proba satis & meritoria, fiunt inania. Quæ sint hęc opera mala, declarat Osee dolens Maledictum, mendacium, homicidium, furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Bene dicit hęc inundasse ꝙ instar fluuiorum exeuntium ripas atq; terminos quos dominus posuit, peccatores se habeant: qui nec deum timẽt, nec homines uerentur, sed dei pręcepta trãseunt, & irreuerẽter omnia transilire pergunt. Vnde pręfatus Osee subijcit Et sanguis sãguinem tetigit. Nam peccata peccatis, noua ueteribus, uetera nouis, grauia grauioribus indies addunt. Nonne sanguis sanguinem tetigit, quando peccator peccatorem inescat, quando alter alterum ad peccati suauitatem illicit? Sic enim inter se uerba conferunt ut mores eorum sapiens acute describit, sic adhortantur inuicem Venite fruamur bonis quæ sunt, utamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter, non prętereat nos flos temporis, relinquamus signa letitiæ nostræ quoniam hęc est pars nostra & hęc sors nr̃a. Letantur autem cum male fecerint & exultant in rebus pessimis. Sed huiuscemodi gaudium, extrema dementia est. Laborans ad mortem si rideat, mẽte captus ac freneticus existimatur: & applaudens peccatis quæ pertrahunt, ad æternam mortem non habebitur insanus? Quem scabies agit in pruritum, dum fricat aut scalpit sentit uoluptatulam: sed ea repente uertitur in angorem. Esca

Osee. 4. Exponitur.

Ibidem.

Sapien. 2.

Prouer. 2.

pręfixus

prȩfixus hamus piscem, & laqueus fallit auem, quia dum captāt escam, capiuntur ab hamo uel laqueo: sic & peccatorem, dum falso gaudio ducitur, dum uoluptati carnis & mūdi delectationibus immergitur, nec opinantem tumultuarius dolor & repētina mors inter oscitātes & nimium securos opprimit, neq; dat spatium co-
Prou. 14. gitandi qualiter effugiat. Si nescias, è prouerbio disce. Risus dolo-
Iob. 21. re miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Pleriq; tenēt tympanum & cytharam & gaudent ad sonitum organi, & in puncto
Matth. 16. descendunt ad infernum & perdunt animas suas. At quam commutationem dabit homo pro anima sua? Nunquid ibi dare poterit pro animæ suæ redemptione? Certe nihil. Nam unusquisq; in fine iuxta uitam quam uixerit & opera quæ gesserit: ī uitam uel in mortem iuditium accipiet immutabile & æternum. Qui uero uitȩ temporalis uoluptatem diuinæ uolūtati prȩtulerit perdet animā, I.
Crudelitas triplex. & post amissam prȩsentem uitam simul perdet æternam. Sed ue- 5.
niamus ad crudelitatē quæ tribus potissimū modis ostēditur, uel quoties aliena uiolēter rapiuntur, uel ꝓximi scienter decipiuntur, aut indigenti non dantur necessaria & auxilium penitus subtrahitur. Nonnulli uiolenti in pauperes sȩuiunt, bona pauperum inuadunt, quæ placent sibi rapiunt. Alij fraudibus, uafricijs & calumnijs res proximi ad se deuolui procurant. Alij q̄q̄ aliena non occupent aut diripiant, q̄q̄ dolis fratrem non decipiant: sua tamen egestate grauatis, non communicant aut necessaria subministrāt: diuitias quibus abundant, haud impartire uolunt indigentibus, sed neq; stipem interdum modicam erogare dignantur. Si quis inuadēdo (sicut attigimus) abripiat, si quis supergrediatur aut circumueniat in negotio fratrem suum: & si quis ab eo (cui fieri uideatur) iniuriam non propulset, aut auxilium egenti subducat, & necessaria non suppeditet. His omnibus scitote dictum a domino.
Ezech. 3. Sanguinē eorū scilicet pauperū de manu uestra requiram. Primis
Abacuc. 2. illis seorsum per prophetam Abachuc ait Væ ei qui congregat nō sua. Legimus omnes fontes & aquas Egyptiorum in sanguinem a deo conuersas, ob inhumanitatem quam in filios Israel crudeliter exer-

ter exercuerunt Pharaone principe. Rapina uero pręcipue contin-
, git in usurpatione dominij, extorsione, subtractione, & bello. Ob
, quod bellum Dauid uir sanguinis est appellatus, cui dominus id-
, circo dicit Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, 1. Par. 17. 22. 28.
, non poteris ędificare domum nomini meo, eo ꝙ sis uir bellator &
sanguinem fuderis, filius qui nascetur ex te, erit uir quietissimus: ip
se ædificabit domum nomini meo. Qua in re si nunc Hebræos
, pariter et latinos quęras interpretes, Dauide autore fusũ fraudulẽ- 2. Reg. 11.
, ter inuenies esse nobilis & fidelis uriæ sanguinẽ: inuenies etiam iu
, sum esse sanguinem sacerdotum, quos causa fugitiui Dauidis ab 1. reg. 22.
, eis enutriti sãctificatis panibus delatore Doech Saul interfici ius- Sanguinarij ad sacra ineptissimi.
, serat: inuenies & sanguinem esse complurium iustorum atq; inno
, centum quos inter iudęos alios atq; gentiles, tot bellis curarat idẽ
, Dauid occidendos. Hinc est ꝙ noluit dominus domum ab eo suã
K. extrui, manifeste demonstrans bellaces & cruentas manus ad sa-
5. cra minus idoneas esse. O mores, ò tempora nostra multo conta- Incomoda belli.
minatiora. Quid dicemus de pręsentis mũdi bellatoribus, qui bel-
la uel leui de causa suscitãt, uel aliũde suscitata non ut prudenter
extinguant uel pie componant, sed magis ut acuant & inflammẽt
occasiones inquirunt? Quid de cõducticijs hisce militibus, qui spe
premij qualiacũq; gerunt, sursum deorsum omnia miscentes, diui
na simul ac humana confundentes? Quid promiscue de singulis,
qui cum homines sint, belunio tamen more, cęteros homines inua
dunt? Cum sint ciues, conciues & proximos truculenter excipiũt?
qui non parentibus, fratribus, aut alioqui consanguineis, contra fe
rente fortuna parcunt? non sua quęrunt, sed aliena rapiunt: ubiq;
spoliant, ubiq; incendunt, diruunt, omnia deuastant, citra discrimẽ
meriti, sexus, ętatis, aut ordinis, omnes omnino confodiunt, trans-
figunt, mutilant, mactant, iugulant, & trucidant, sanguinem san-
guinem fundunt, sanguine iustorum & insontium passim cum
aliorum sanguine mixto? Heu quis fando poterit explicare quot è
bello surgunt incommoda, quot acerbissima mala, quot dolenda
peccatorũ genera, quot mobilis uulgi rumores, quot susurri, quot
hominum

hominum inter sese detractiones, quot opprobria, quot contumeliæ, quot oris quot manuum acutissima tela, quot euibrata iacula, quot principũ et rerum publicarum proditiones, quot oppressiones populorum, quot depopulationes agrorum, quot urbium depredationes et direptiones ædium, immo quot regnorum excidia, quot ictus, uulnera, cicatrices, quot iniuriæ, periuria, qualis cædes hominum et quantorum exercituum clades, q̃ infāda facinora? Heu ꝙ tibi non nobili, non parcatur ignobili, non absentibus magis q̃ presentibus: non notus ab ignoto, non infans secernatur a decrepito, non ætatis non amicitiæ non religionis habeatur ratio: sed omnes utut ratione distant, æquali tamen sorte pereant. E heu illic omnia uenalia sunt, homines cum pecoribus omnia sordidis uoluptatibus exposita, fœdissimis moribus õnia comunia: mulieres rapiunt et corrumpunt, uirgines deflorāt, sacras ꝓphanant, et plebanas indignissime uiolant, in uiduis in matronis uesan[illegible]n libidinem explent, nullum tyrannidis aut seuitiæ genus omittunt, ira facit aduersarios, gladio, fame, ꝑcipitio, telis alijs ac tormentis interimere: suos sepe suspendio tollere. Quid dicā? breuiter homines exuunt et cum feris omnia miscent. Candida pax homines, trux decet ira feras. Sed tales an impunes abibunt? Nõ plane: sed dura sed dura manet eos sententia dei. Fiet eis quod de se fatetur Adonibezech: sicut feci ita reddidit mihi dominus. Qui sanguiuem sitiunt, sanguinem bibent. Et si liceat in narratione sacra, meminisse gentilis hystorie, fiet eis quod cyro contigit, cui (cũ bello captus esset) in dolium humano sanguine plenũ iniecto Regina Thomyris respondit Iā satiare sanguine quē sitisti. Cui consonat imprecatio prophetæ Dissipa gentes quæ bella uolunt. Videte quis sit dominus deus uester, dominus auferens bella usq; ad finem terre, rex pacificus, princeps pacis, et pacis eius non erit finis. Veruntamen quis docebit eos ut fugiant a uentura ira dei? Quicunq; dociles sunt, hic a propheta doceri possunt. Q̃q̃ eius erant iusta bella, deiq; preceptis iniũcta: memoria tamen repetens, quales et quam incerti sint bellorum casus, quomodo confusio

[Margin notes: Ouidius; Iudicũ. 1.; Sãguinis effusio vindictã clamitat.; Iustinus.; Psal. 67.; Math. 5.]

fusio cędis occidat, ut boni cnm malis, cum iustis iniusti, noxij cũ innoxijs, eadem fortunæ iniquitate corruant: timens seueritatẽ iudicij dei, et ueritus ne sanguis eorum ut Abelis ante, contra se de terra clamaret ad deum, ne sanguis eorum cum innocentum sanguine clamitaret, Vindica domine sanguinem nostrũ qui effusus est: conclamat et ipse suppliciter ad deum Libera me de sanguinibus. Si tam dura sit conditio bella gerentiũ, quid tu facis qui bella cies: qui animos ad bella suscitas, qui bellãdum asseueras et bella prędicas? Nescis nescis quid mali facis, ad bella quisquis accendis. Desistendum bellis, desistendum ab iniurijs: sed et pauperiorum est subleuanda necessitas si pro crudelibus haberi nolimus. Iacet pauperimus frater tuus in uico, supplicat, inclamat, pedibus fere tuis obuoluitur, et non exaudis eũ: lachrimatur gemit, uociferatur, et non compateris: morbos, ulcera, ulneruum cicatrices ac putres ferme carnes ostentat, et oculos auertens necessitati non succurris: an ille te siquando rogabis exaudiet, qui sic [illegible]bet? Qui petit a te da ei et ne auertaris, omni petẽti te tribue, da, nihil inde sperans, da hijs qui nõ habẽt retribuere: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Caue ne canes tibi preponantur in amore pauperis, lambunt illi morbos et emolliunt [illegible]cera dolentis, neq̃ tu condoles: ille tibi perit, emoritur, ab Angelis in sinum Abrahe ducitur, quo Lazarus præcessit: et tu descendis ad inferos cum Helluone diuite cruciandus, eò q̃ in tot pauperũ inopijs immisericors sis ut ille fuit. Diuites enim quorum uiscera nulla pietate commouentur, in tali pauperum turba passim in plateis decubantium, per infirmarum partium corporis grauamina, uix inincedentium: miserabiliter et indesinentur occlamantium, fimbrias ferme uestium sic impellente necessitate prensantium: in tanta proximorum inopum multitudine, crudeles homicidæ sunt. In hijs enim parcis et parum misericordibus, non rapina sed tenacia mulctabitur, ut in ipso de quo iam diximus diuite qui damnatus legitur, satis liquet, non q̃ abstulerit aliena, sed q̃ sua non dederit egenis. Nam ut qui non colligit cum Christo spargit: ita qui cum

Marginal notes: Apoc. 6. — L — Immisericordes etiã canibus immitiores. — Tobiæ. 4. — Luc. 6. — Luc. 16. — Mar. 12.

Ambro. Christo non miseretur et adiuuat, interiturum interimit. Huc Ambrosij testimonium accedit. Pasce fame morientem, si non pauisti occidisti. Licet non inferas iniuriam auferendo, ui uel armis impetendo: tamen infers, si non ab eo qui patitur, propulses iniuriam, si non ęqualiter et iuste cum fratribus agas in commercio, si non inopia laboranti feras opem: et tibi dominus inquit Sanguinem eius de manu tua requiram. Igitur esto quod Christus admonet

Luc. 6. misericors, sicut pater in cœlis misericors est. Ecclesiastici

Eccle. 4. consilium inaudito Fili eleemosynam pauperis ne defraudes: et oculos tuos a paupere non auertas, non auertas faciem tuam ab egeno: sed inclina petitioni pauperis aurem tuam redde debitum tuum & responde illi pacifice. Congregationi pauperum affabilem te facito, & ne relinquas quęrentibus tibi retro maledicere. Exaudiet illos in amaritudine animæ qui fecit eos: Ne auertas faciem tuam a proximo tuo, sed libera eum qui patitur iniuriam. Eleemosynis redime peccata tua ut monet Daniel, &

Dani. 4. iustitia luceat in omnibus operibus & contractibus tuis. Postremo de carnis uitio dicendum a quo se liberari propheta maximopere efflagitat, se liberari petit ab omni specie luxuriæ, quando supplicat Libera me de sanguinibus. Carnis & sanguinis peccata in me comprime: me ab omni libidine & enormi uoluptate, tam interna animæ q̃ externa corporis, oro liberes: à praua delectatione. ab ĩprobo cõsẽsu, ab actu turpitudinis & indomita cõsuetudine, me libera: libera me a Sodomitico siue ĩnaturali peccato, à sacrilegio, ab incestu, ab adulterio, ab omni fornicatione siue stupro: libera me ab omni carnali desiderio, a carnalibus quibus ĩuoluor aut inuolui possum me libera: libera me ab his carnaliũ illecebrarum inundationibus, ab his uorticibus, ab hoc procelloso pelago meæ carnis, libera me qui Noe patriarcham ab aquis diluuij liberasti, libera me qui liberasti filios Israel de profundo maris rubri persequente Pharonis exercitu sed demerso, libera me qui Ionã in mare proiectum in uentre ceti liberasti, libera me sicut liberasti Petrum ne flante uento ualido mergeretur unda maris, libera me sicut Paulum

A libidine carnis libera ri orat.

M. 5.

cut Paulum liberaſti de profundo pelagi, libera me quæſo et da
mihi locum inter īfinitos quos in abyſſum uoracem & lacum in=
exhauſtum abire nõ permittes. Ab imminentibus peccatorum
periculis, ab inſidijs diaboli, a cęcitate cordis, a uitio carnis, ab om
ni immunditia mētis atq; corporis me libera, da mihi uerecundiā
oris, caſtitatem corporis integritatem per immēſum natiuitatis,
uitæ, paſſionis, & glorificationis tuæ meritum: da uirtutem omnē
N. & ab omni malo me libera deus deus ſalutis meę. Emphaſim facit, Emphaſis
5. & uehementem affectum cordis iſta congeminatio nominis indi= Unus deus unica omnium ſalus.
, cat. Sic propheta ſentire uidetur, ideo te deus deus meus inuoco,
, ob id à te liberari cupio, q; tu ſolus ſis author & elargitor noſtræ
, ſalutis, tu pater miſericordiarū & deus totius conſolationis. Quia 2. Corin. 1
, domini eſt ſalus. Dominus illuminatio mea & ſalus mea. Ipſe ſa= Pſal. 3.
, lus Angelorum, hominum ipſe ſalus regum, ſubditorum: ſalus pe Pſal. 26.
, corum: uolucrum, piſcium: ſalus omnium ipſe inſimul uiuentium.
Ab ipſo ſola ſalus & proſperitas, ab alijs infirmitas & moleſtia
manant. Ipſe dat ſalutem regibus, per ipſum reges regnāt, in eius Pſal. 143.
manu corda ſunt regum, ipſe dat ſalutem omnibus. Omnes igi= prouer. 8.
tur confugiant ad deum, in deo ſpem ſitam habeant, eius uno ni= Prouer. 21
tantur auxilio, firmitas & fortitudo noſtra deus reputetur, ad deū
laus & oratio noſtra uolent, fides circa deum laboret, in deo con=
quieſcat: ab eo incipiat & in eum deſinat omnis operatio noſtra,
charitas in eo triumphet. Ipſe regia uia ſalutis, commune ſanita=
tis aſylum & refugium, ſolum ægritudinis & morbi remediū: ipſe
regit omnes, omnes tuetur & ſeruat ubiq;. Neq; ſaluatur rex per Pſal. 32.
, multam uirtutē & gigas non ſaluabitur in multitudine uirtutis ſuę, Exponitur.
, fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem uirtutis ſuæ non
ſaluabitur. Quis multo maxima regum in terris uideatur eſſe po
tentia, ſi comparetur ad diuina, nulla fiet: ſi uere perpendatur, nihil
in pace, nihil in rebus ullis efficiet, niſi diuina poteſtas accedat.
Quod regū uis imminuta minus poterit, dei gratia ſupplet: quod
regū ſuperbia de ſe prçſumit, id diuina uirtus euacuat. Vnde ſub=
ditur. Et Gigas nō ſaluabitur in multitudine uirtutis ſuæ. Gigas, Exponitur.

 terræ filius,

bellica arma nõ iuuãt, nisi assit dei presidium.

terræ filius, superbus prępotens & immitis intelligitur: cuius quãtaq; magnitudo, quantęcunq; uires, quantacunq; potentia fuerit: ubi deus obsistet aut non iuuabit, omnia quæ facienda sumũtur incassum excident. Vnde stat deus, illinc uictoria stabit: etiam si minimum cum maximo, imbecillim cum robustissimo committas, licet paucissimos plurimis opponas. Si non hęc prima fronte suscipias, pone ante oculos pusillum dauidem & ingentem Goliã: unum Dauidem, & numerosum Phylistinorum exercitum. Nõne funda Dauidis tanta arma immanis Goliæ, lapilli Dauidis tot tela, tot ferramẽta spacioli Goliæ prostrauerũt humi in nomine domini? Nonne illo perempto, una uictoria Dauidis, phylistęos omnes in terga conuertit? Non hic quid funda, quid lapilli, quid puer fecerint: sed quid deus in his facere potuerit attende. Quod factũ licet humanis uiribus impossibile, licet tibi mirabile, sed deo tamen facile fuit. At dices. Rex equos habet magnos, fortes, ualidos, feroces, bellicosos, ueloces, agiles quibus utatur, quibus se tueatur, quibus uincat, & e periculo (si contingat) statim eripiat & securus euadat. Quibus fretus, tu tibi salutem, defensionem & securitatem, tu tibi tutelam & uictoriam nimis audacter polliceris. At hęc omnia fallunt & frustrantur, nisi deus ipse pręsidium tulerit: id quod

Exponitur.

sententia sequens facile declarat Fallax equus ad salutem in abũdantia autẽ uirtutis suæ nõ saluabitur. Credis equũ igitur te tueri posse? promittis ab equo tibi salutem defensionem uictoriã? At fallit equus. Volente deo cadet equus & tu cades ab equo. Esto fortis, esto audax, celer, & omni parte bene compositus, omni modo strenuus equus: tueri tamen haud te poterit nisi deus una tueatur. Vides ut honor, potentia, diuitiæ, multitudo uirtutis, & equorum atq; armorum abundantia, non sufficiunt ad tutamen regũ. Quid igitur tu pusillus homuncio facies? Vnde tu pręsidia quęres

Psal. 32.

Subeat mentem tuam quod scribitur Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eos qui sperant super misericordia eius. Nõ hic uides q eos protecturus est dñs qui suis diffisi meritis, suis rebus, suis facultatibus, suę uirtuti: solius dei clementiæ fidunt, deũ metuentes?

Deus metuẽtes se tuetur peccãtes deserit.

, tuentes? Quomodo persequebatur unus mille, & duo fugabant Deut. 32.
, decem milia? Quomodo unus Caldęorũ mille iudęos, & duo Cal
, dęi decem milia Iudęorum fugabant? An non ideo quia deus uẽ=
, didit eos: & dominus conclusit illos? An non ꝙ posteaq̃ domino
peccassent, tanto timore statim percussi sunt, adeoq; deiecto ani=
mo fuerunt: ut paucis tantum hostibus conspectis, in fugam pro
tinus uersi sint? Tradidit autem sic eos in manus inimicorum, ob
peccata quæ taliter admiserant. Scimus q̃diu se iudæi continue=
runt à peccatis, quomodo suam in ipsorum causis omnipotentiã
deus ostenderit: quot signa, quot prodigia fecerit in Egypto, quot
, in maris rubri transitu, ubi dixerunt Egiptij Fugiamus Israelem, Exod. 15.
, dominus enim pugnat pro eis contra nos. Scimus ꝙ Nabuchodo
, nosorus supplicio doctus asseruerit. Non est alius deus super ter= Dani. 3. 4
, ram nisi deus Hebræorum. Ipse est qui uerissime de se dicit Ego &. 5.
, occidam & ego uiuere faciam, percutiam & sanabo, non est qui de Deut. 32.
, manu mea possit eruere. Ergo domini est salus, domini potestas &
imperium, domini uictoria: dominus à periculis, à peccatis, à mor
te liberat: dominus omnia potest. Quam ob rem ab eo liberari re=
cte propheta postulat inquiens Libera me de sanguinibus deus
, deus salutis meę. Qꝫ si feceris, & me liberaueris Exultabit lingua
P. mea iustitiam tuam. Lingua mea quæ blasphemabat antea, quæ
5. mendax quæ turpis erat: quæ uaniloqua, imperiosa, futilis, libidi=
nosa: quæ de rapinis diuitijs, honoribus ebrietatibus, commessa=
tionibus & alijs sordibus abunde garrula fuit: nunc purgata per
pœnitentiam, exultando declarabit & magnifaciet publicitus iu=
stitiam tuam. Hęc ipsa iustitia est sed cum misericordia plenissi= Iustitia dei quibus gradibus punit.
me coniuncta, qua dignatus es hic me punire, ne tormẽta paterer
ęterna. Iustitia tua talis est ut nullum peccatum sinat impunitum
Aut hic punitur, aut in igne purgatorio, aut in inferno. Hic miseri
corditer, hic leniter & ad tempus punit. Ad tempus in purgatorio Purgatorii locus.
sed grauissime. Locus enim purgatorius cohæret inferno, & quasi
, idẽ cũ inferno, de quo sic Augustinus in sermone quodam ait Qꝫ Augusti.
, ille ignis Purgatorij durior erit q̃ quicquid in hoc sæculo penarũ

Infernalis locus. aut sentire, aut uidere, aut cogitare quis potest: nihil õnino differens ab igne ĩfernali, nisi ꝙ unus habeat finẽ, alter nõ habet. Infernalis autẽ supplicij cruciatus, intolerabiles & æterni demõstrãtur.
Apoc. 20. Exponitur. Illuc missus est diabolus in stagnum ignis & sulphuris, ubi bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. Attendite fratres non figmentum, non somnium, non esse
Pena iferni multiplex & infinita. fabulam, sed meram ueritatem quam è scriptura narramus: ꝙ in sæcula sæculorum apud inferos sint animæ cruciandę. At ô miserum peccatorem quem infernus expectat. ô dolendam horã qua pertrahetur illuc, ô statum abhominandum per quem semper erit in cruciatu, semper illic ubi deum non uidebit, non uidebit solem: ubi carcer terribilis erit, importabile uinculum, horribilis obscuritas, fœda mãsio, societas dęmonum, corrosio uermium, fetor intolerabilis, dolor infinitus, afflictio continua, clamor horrisonus, rerum impossibilium affectatio, nullarum abitio: famis, sitis, frigoris, & caloris sęuissima commutatio: fletus, stridor, ululatus, sera pœnitentia, gemitus inanis, lamentatio sine consolatione, pœna
Acerbitas penarum. citra remedium, & ęterna desperatio. Fletus oculis, horror auribus stridor dentibus, fetor naribus, uoci gemitus, pondera uinculorũ manibus atꝗ pedibus, ardor nunc inextinctus, nunc frigus immedicabile membris omnibus, inexplicabilis dolor totius hominis.
Iob. 20. In quo quisquis erit, de se dictum à beato Iob intelliget Omnis
Psal. 39. dolor irruet super eum. Intelliget & illud in sese uerissimum Circũ dederunt me mala quorum non est numerus. Erit inibi tanta pœnarum acerbitas, tam acerba tortorum crudelitas, ut damnati & tormentis abhibiti, uita (quam simpliciter omnes appetunt) contempta: mortem alioquin omnibus inuisam affectaturi sint: uel ip
Apoc. 9. Dãnati cupiunt sed neque unt mori. so teste qui dicit Quęrent mortem & non inuenient, desiderabunt mori & mors fugiet ab eis. Quia nũꝗ morientur & semper erunt in agone mortis, semper moriẽdo nunꝗ morituri semper in angu
Æternitas penarum. Matth. 25. stia maxima. Morte nãꝗ deterior est uita pœnalis quam damnatis ęternam fore pronunciat ibi Mathęus Ibunt hij in supplicium æternum, ibunt in supplicium, in ignem, e quo nunꝗ exituri sunt,

in quo

, in quo nullam aut consolationem aut spem liberationis habere Psal. 49.
, possunt. Intelligite hęc qui obliuiscimini deum, ne īfernus aliquā-
, do uos rapiat & non sit qui eripiat. Considerate considerate quid
, inter mundanum cœlesteq́ gaudium, inter huius sæculi pœnam & futuri, quid intersit. Considerate ꝙ non sit in hoc mundo tam grande solatium aut tam solidum gaudium, cuius satietas & abūdantia diutina non pariat fastidium. Quid est fesso saturoq́ suauius, q̄ molliter in lecto plumeo cubare? In quo tamen si menses aliquot aut dies teneretur q̄uis non inuitus, molestaret & aggrauaret plurimū. Quid famescenti cibo dulcius? At ut semper edas, non fastidium tātum sed etiam exitium parat. Nec est ulla res tā delectabilis, cuius sacietas non ferat plurimum lassitudinis. Rursum non est in hoc sæculo pœna tam grauis quę longo probę uoluntatis exercitio, non possit mitescere. Sed multo aliter habet tū cœli gaudium tum infernale supplicium. Illud inæternum exhilarat, hoc æternum cruciat. Illud sic implet ut nūq̄ satietate tędium inducat, hoc sic amarissimam pœnam infligit, ut mitigari nullo modo possit. Quare si non possitis huius uitæ pœnam tolerare: si non possitis unius horę uel momenti spacio digitos in igne sustinere: quomodo cruciatus immensos īferorum patiemini? quomodo plus mille millibus annorum totum corpus simul ac animę in horribili Gehennę flamma perferre poteritis? quæ facit horrorem aspicienti, trepidationem intelligenti: quæ penetrat & cruciat os, nares, oculos, aures, & omnes corporis partes: ingressu pariter &

Quid inter celeste & mundanū gaudiū intersit.

R. egressu perturbat, simul omnia uiscera decoquens & elixans. O
5. conditio damnatorum infęlicissima. Si esset futuræ salutis spes ulla, non detestanda foret. Quando post mille millia millium, post decies centena millia millium annorum, tantundem adhuc restabit temporis, neq́ pœnarum aliquid diminuetur īterim, sed īdies adaugebuntur: quid eo statu detestabilius erit? Et quando tandē ab inferno patebit exitus? Dicam equidem uobis, dicam quod est uerissimum, sed dicam cum lachrimis. Nunq̄ nūq̄ exibunt, nusq̄ nusq̄ patebit exitus, nunq̄ à supplicijs euadent, nunq̄ flere desinēt

nunq̄: nūq̄

nunq̄ nunq̄ eiulare cessabūt qui traduntur inferni doloribus, sed
Apoc. 20. Cruciabūtur die ac nocte in sæcula sæculorum. Vtinam utinam
carnalibus hisce oculis uidere possemus infernum. O quātum in
nobis sapientiæ pondus efficeret. O si possemus aures istas ad ba
ratri os apponere. Audiremus profecto audiremus hanc misera-
Luc. 16. bilem damnati Diuitis implorationem Pater Abraham miserere,
mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti in aquam ut,
Lamētatio dāpnatorū. refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma. Audiremus,
turbam damnatorum heu heu clamitantium quantus ardor iste
quo cremamur, Væ Væ Væ quantę sunt tenebrę. Væ nobis miseris
in terra peccatoribus, Væ nunq̄ uel sero pœnitentibus, uæ peren-
ni supplicio deputatis. Heu nos infelices quibus nemo lumē ostē
dit, heu calamitosos à quibus nemo tollit incendium. Quis enim
nobis uel aquæ guttulam dabit ad refrigerium? Quis ab ullo cru-
ciatu liberabit? Quis aliquid cōsolationis in tot mœroribus inter
ponet? Vbi nunc amici nostri quos saltem esse credidimus? ubi di
uitiæ quibus adeo confisi sumus? ubi pompa, ubi gloria, ubi potē
tia qua nos mundo uenditabamus? Deficiunt ista neq; nos adiu-
uant in his periculis. Iuuare poterāt bona fideliaq; facta: sed quæ
prius odimus, nunc adesse facere non possumus. O uita quidem
illa nimioq̄ deflenda uereq; misera, quam tantus dolor sequitur &
angustia: quam sequitur hęc uita (si non potius mors sit dicenda)
omni gaudio, omni solatio, & omni auxilio destituta. Nunc aures
arrigite iuuenes, huc animum aduertite, nec putetis aniles esse fa-
bulas quas narramus, aut puerorum terriculamenta quæ prędica
mus: sed credite (qualia sunt) omnium esse uerissima, ne si falso cre
dentes ista perfide rideatis, uerum iudicem sic dure comminantē
Luc. 6. audiatis Væ uobis qui nūc ridetis. Væ qui quę summa cum mœs
ticie terroreq; flentes acciperetis, deridendo prętereitis: quia luge-,
bitis & flebitis. Lugebitis in inferno, si non hic lugentes descenda-,
Quomodo descendem⁹ ad iferos priusq̄ illuc abeamus. tis in infernum. Descendite itaq; descendite lugentes in infernum
anteaq̄ descendatis in infernum perpetuo cruciādi. Sed quomodo
fieri potest ut quis hic manens descēdat illuc? Id ipsa scriptura do
cebit. Indi-

cebit. Indicat Genesis caput tricesimum septimum quomodo Ia-
cobus cum audisset de morte Iosephi filij, credens à fera pessima
deuoratum: à filijs suis congregatis ut lenirent dolorem, consola-
tionem accipere noluit: sed ait Descendam ad filium meum lugēs Gene.37.
in infernum. Quãq̃ hęc historia uera est ut narratur, tamē illitescit Exponitur.
ac tegitur spiritus in hac littera: qui pręterea per Iacobū unūquēq;
fidelem dat intelligendum. Is per conscientiæ discussionem ac in- examinatione
ternam & secretam exanimationem inaudiens atq; percipiens fi-
lium suum (quod est cor uel animus eius) à feris dęmonibus & im
manibus peccatis uoratum esse, uestimentoq; uirtutum spoliatū,
ait Descendam in infernum lugens, hoc est mœstus atq; flens re
cordabor, & in amaritudine recogitabo peccata singula: quæ per
infensum dolorem ueramq; cōtritionem sic exteram, ut beneficio
confessionis ab his liberatus: ut sic ab inferno damnationis uera
contritione & dolore simul eripiar. Quod (ut pretactum est) à deo
propheta postulans inquit Libera me de sanguinibus deus deus
salutis meę. Ab æterna me morte, tam ab inferni q̃ purgatorij me Iustitia dei
pœnis libera: sicq; de me suppliciū sumpturus sis, iam sumito. Ca cū misericor
stiga uiuētem ut parcas mortuo: puni superstitem in terris anteq̃ dia cōiūcta.
ad infernum descendero ut ab inferni damnatione liberes. Quod
si feceris exultabit lingua mea iustitiam tuam. Exultabit id est cū
exultatione annunciabit & magnificabit lingua mea iustitiā tuā,
iustitiam cum misericordia coniunctam. Quippe talem experior
iustitiam tuam q; me punire digneris imprę̄sētiarum, ne torquear
infuturum. Quod genus puniminis ingentis gaudij materiā prę
stat. Quid enim delectabilius q̃ per momentaneam huius uitæ
castigationem, æternum euadere cruciatum? Quod alibi prophe-
ta perpendens ait Omnia iudicia eius in conspectu meo, diligēter Psal.17.
inspicio quantum inter se sæculi pręsentis & futuri tormenta diffe
rant, q; inæternum ista premant, statim illa uanescant: & ideo iu- Ibidem.
stitias eius non repuli á me: sed patienter omnia quæ in hoc sæcu
lo contingunt aduersa sustinens: abunde gauisus sum, in morem
Pauli sic de sese confitentis Libenter gloriabor in infirmitatibus 2.Cor.12.
meis. Sic

meis. Sic itaq; sperans per preces suas à deo misericorditer exauditas, se liberatum à sanguinibus, subdit Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Id ante rogare pertimuit q̃diu se peccatis obuictum intellexit, non nescius quid alibi scribat Non est speciosa laus in ore peccatoris: & iterum. Iniquitatem si aspexi in corde meo, nõ exaudiet dominus. Deus non exaudit os pollutum, deo sordescit oratio peccatoris. Peccatoris autem labia polluta sunr, polluta lingua, os ex omni parte pollutum. Quantumuis loquitur peccator, tanq̃ mutus & non loquens habetur. Verba quæcũq; fundit non ascendunt in aures domini Sabaoth: quęcũq; profert non tangunt, non urgent, non uincunt audientem: ingrata sunt non meritoria, nõ acceptat, sed liquescũt inexaudita deo, Cuius rei & hic propheta noster testis satis idoneus adest, inquiẽs ut prędictum iam est Iniquitatẽ si aspexi in corde meo non exaudiet dominus. Et illud Ioannis Scimus q; deus peccatores non exaudit. Si uerum sit q; deus non exaudiet peccatores, quid tunc faciẽt miseri? Quid tum proderit diuinam appellare clementiam? Tacebunt ne ergo? nec precibus sollicitabũt deũ iudicẽ? Omnia ne fortunæ cõmittent? nec deum interim pro ueia interpellabunt? An eis ineuitabilis est damnatio? Non est. Nẽpe q̃diu non displicet peccatum, tamdiu exaudibilis est oratio peccatoris. Q̃diu habemus animũ peccandi, non exaudit dominus. Sed ubi primum pœnitere incipias commissorum, ubi primum emendandi tui incessit uoluntas, & certum non amplius peccãdi propositum conceperis: tam cito exaudiet deus, tam cito miserescet. Sic enim Publicanũ audiuit, sic Dauidem, sic Magdalenã sic latronem. Rogemus ergo eum, & quas à peccatoribus prius auerterat clemẽtissimas aures, ad pœnitentes conuertet. Rogemus ueniam & condonabit, imploremus auxilium & pręstabit. Ponamus ante oculos quos modo recitauimus Pharisęum & Publicanum, quorum ille recensens opera sua bona, uisus est uelle iustificationis suę uirtutem inde colligere: sed proinde qualis acessit, peccator abijt. Publicanus uero sibi diffisus, & in principio sermonis accusa-

Oratio peccatoris nõ exauditur nisi penitentis.
Eccle. 15.
Psalm. 65.
Ioan. 9.
Expouitur.
Sanctus Thomas.
Luc. 18.

nis accusator sui, spem omnem in dei misericordia sitam habens
sæpius illud ingeminat Deus propicius esto mihi peccatori, esto Luc. 18.
misertus mei, mei miseri: & descendit hic iustificatus in domum
suam. Abhorruit enim à uita quam prius egerat. O bone deus
q̃tum abhorruit à cogitatibus, uerbis & actis suis quæ frequen-
tarat hactenus. Quando uenit in mentem facinorosę uitæ longe
stans nolebat nec oculos in cœlum leuare, sed percutiens pectus
in signum doloris de peccatis accepti, misericordiam implorobat,
& imploratam obtinuit. Sic alter latronum qui cum Christo pen-
debant posteaq̃ uere pœnitens confessus est Nos digna factis re Luc. 23.
cipimus, & misericordiam exorauit dicens Memento mei cũ uene
ris in regnum tuum: audire meruit Hodie mecum eris in paradiso,
Sic Dauid humiliter confitendo pœnitens Ego sum qui peccaui 2. Reg. 12.
domine miserere mei: audiuit à propheta Trãstulit dominus pec-
catum tuum. Vos quoq; si similiter inclametis: quomodo non si-
militer exaudiemini? Sed nolitis obliuisci quod à propheta dictũ
V. pręostendimus Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet Exponitur quomodo quis seipsum aspicere debeat ii oratio tionē suā exaudiri velit.
5. dominus. Aspicere, seu respicere potius, hominem sępe dicimur
cui fauemus aut miseremur, aspicere seu respicere rem quam opta
mus aut diligimus: sicut legimus Respexit me dominus: Respexit
humilitatem ancillę suæ. Aspice in me & miserere mei. Quid est Luc. 1.
quod dicit Respexit me? An non te uidebat ante dominus? uide Psal. 118.
bat te & ante. Sed respexit te, qui gratiam suam ostendit & miser-
tus est tibi, te ue dilexit. Quem admodum in persecutionis aut
alterius necessitatis articulo, miser homo quem tu iuuare potes iã
dudum à te uisus: ait tamen Respice me, respice me: uides illum
& ille te, uociferatur nihilominus Respice me. Quid ergo est res-
pice me, nisi miserere mei? tuę dilectionis, tuæ charitatis oculũ ad
me uerte? necessitatem meam attende? Quam ob rem ubi prophe
ta dicit Iniquitatem si aspexi in corde meo nõ exaudiet dominus:
innuit iniquitatem amari, uel cordi esse, non oportere: non esse cõ
sentiendum delectandũue peccatis si dominus exaudire debeat.
Nolis igitur peccati uoluptatẽ aspicere seu respicere, noli omnino
diligere:

dilígere: ſed contemnens auertere. Intra cubiculum conſcientiæ tuæ,& clauſo hoſtio ſenſuum externorum, cordis tui latebras ad unguem explora, ſit ſolidum quicquid ineſt nec inania perturbēt: ſi qua ſubſit iniquitas, illa ſūmopere tibi diſpliceat, ut tu deo placeas. Mirum ut aliorum hominum iniquitates tam facile perſpiciētes accuſamus, ut in has fere uoces (etiam leui de cauſa) prorūpimus, hic malefactor, hic ſceleratus & perditiſſimus eſt homo: ut feſtucam in oculo proximorum non permittentes, trabē in nr̄o toleramus. At tu quiſquis efficaciter deū orare cupis, ad te redi: redi ad cor tuū, iudex eſto tui: non habeas aſpectum hoc eſt deſyderium uel amorem ad iniquitatem, ut digne deum uenerari laudareq; poſſis: docendus ab Apoſtolis, qui probe callētes ſolum hoc ſupplicationis genus eſſe conueniens & utile, nec alio placari poſſe deum, q̄ quando quis emundata conſcientia, caſtigataq; uita cōfitetur atq; laudat deum, ſpiritus ſancti gratiam requirebant, & orantes ac ieiunantes eius expectabant aduentum. Isq; ſpiritus completis diebus Pentecoſtes ſub linguis diſpertitis atq; igneis eſt illapſus in ipſorum pectora, quibus tantam & tam ſynceram uirtutem, tantam fidei cōſtantiam, tam fortem dei charitatem infudit: ut abiectis omnibus mundi rebus, ſolius dei negotium agerent, & abijcientes omnem hominum timorem, ſolum deum quē eundē unice deamarent, pertimere cœperint: intrepidi nominis Ieſu Chriſti teſtimonium redderent, & per conſtantiam ſuę prędicationis, populum ubiq; ad perfectam fidei Chriſti profeſſionē allicerent & allectatos retinerent. Mira res: Rudes & indocti tantum piſcatione uictum quęritantes: Platonis Ariſtotelis, & totius philoſophiæ penitus ignari, ad eam noticię uim ſubito peruenerunt ut ſapientiſſimos quoſq; ſua diſputatione confunderēt, & omnes omnis ętatis atq; conditionis homines, prędicatione conuerterēt ad fidem ſuam. Sed tu domine deus ſupplicibus electis tuis dediſti hanc gratiam tu illas linguas ignitas in quibus ſe ſpiritus ſanctus effudit donaſti: tu aperuiſti labia ipſorum, tuo tactu, tuo afflatu cuncta peccata diluens, uirtutes omnes indidiſti. Sic Eſaiæ

Quomodo ſpūs ſctūs in apoſtolis linguarū dono operatus ſit.

quoq; labia

quoq; labia mundasti,qui non ausus erat ante uerba dei proloqui
tremendo confitens Vir pollutus labijs ego sum. Vidi dominum Esaiæ.6.
sedentem super solum excelsum & eleuatum & plena erat domus
maiestate eius. Seraphin quoq; stabāt super templum & clama=
bant alter ad alterum,Sanctus,Sanctus, Sāctus , Dominus deus
exercituum.Propterea dixi Væ mihi, quia uir pollutus sum labijs
nec sum dignus qui laudem deum aut sanctum nomen eius no=
minem. Et continuo uolauit ad me unus de Seraphin & calculus
igneus seu carbunculus in manu eius quem forcipe tulerat de al=
tari,& tetigit os meum dicens Ecce tetigi labia tua & auferetur ini
quitas tua & peccatum tuū mundabitur. Et statim á mūdatione
labiorum & linguę,immo totius hominis:audiens uocem domi=
ni dicētis Quem mittam & quis ibit? respondi Ecce ego mitte me
domine. Sic ubi primum labia sensit à deo purificata : clamitare
cœpit audacter populo suo scelera,deiq; mandata declarans. Sic
& propheta noster Dauid labiorum suorum emūdationem à deo
postulat,ut per gratiam sancti spiritus , firmus atq; constans in
omni uirtute factus , digne dei laudes enunciare queat:inquiens.
DOMINE LABIA MEA APERIES ET OS MEVM Versus.14.
annūciabit laudem tuam. Aperi tu domine labia mea ad uirtutē,
quæ prius ego ad uitium adaperui. Ego mendacijs,uaniloquijs,
multis ac futilibus uerbis,turpibus atq; stultis loquelis,iuramen
X. tis,periurijs & blasphemijs,os meū aperui:tu nūc ueritati,mode= Os quod aperit deus diui
5. stiæ,sermonis castimonię,simplicitati, diuinęq; reuerentiæ precor na loquitur.
aperias.Illius autem labia deus aperire creditur qui debitas loquē
di tacendiq; circumstātias,semper obseruat:& quid,ubi,cui,quo=
modo,quando loquatur attente pręuidet:ut nihil dicat quod uel
suę saluti non prosit,uel alteri noceat. Complures uerbosi sunt et
incircumcisi labijs,inepte loquentes,inepte ubiq; seipsos efferētes
blaterantes,fabulis,nugis,parasiticis assentationibus, omniq; di=
cacitate redundantes ,nihil ad rem,nihil ad deum,ad salutem ani
mæ nihil:sed solum ad id attenti , ut semper loquantur,quid autē
& q̄ bene loquantur negligentes.Quorum intemperies, quorum

immodeſtia ab omni ratione diſcrepans, nihil non malum, nihil non indecens & inhoneſtum effutire ſolet. Si autem dominus os alicuius hominis aperuerit, loquetur iudicium, loquetur iuſtitiam atq; ſapientiam, loquetur quæ ſũt ad ſalutem ſuam atq; proximi, cœleſtia loquetur ac mirabilia. Sin aliter, quæ mundi ſunt, quę carnis & diaboli, fũdet inſaniſſime. Legimus chariſſimum dei Moſen quando conſtituere uolebat eum dominus ductorem populi ſui,

Exo. 4. Exponitur.

reſpondiſſe Obſecro domine Non ſum eloquens, impeditioris & tardioris linguę ſum. Nõ ſum forti animo, non elata ſonoraq; uoce, ſum balbutientiore lingua & minus idoneus qui tam multum populum regam, aut iſtuc nuncij ad Pharaonem perferam. Idcirco mitte quem miſſurus es. Erat (authore Hieronymo) Moſes iter Egyptios mirabilis ac incõparabilis eloquẽtię, mundana ſapiẽtia ſimul & facũdia cunctos poſt ſe lõgo reliquit interuallo, in rebus tractandis pro temporis exigentia ſummus. Sed cũ audiſſet uocẽ domini loquentis ad ſe atq; profundam illam diuinitatis eloquẽtiam iſtud nuncij demandantis: ſe ſtultum, ſe nihil penitus ſcire, nihil eloqui poſſe putauit. Exemplo uulgari quod loquor intellige. Videris aliquem qui peculiare quoddam linguę donum & linguam uolubilem habens, & ingenij naturalem acrimoniam, dum ruri uerſatur ĩter uicinos ſe pauperiores, inter coepulones atq; cõpotores ſuos, ita ſermonẽ per linguæ uolubilitatem uariare: ut eũ ipſi pro ſapientiſſimo ducant. Qui tamen ubi in apertum orbem mundiq; tumultum acceſſerit, quo doctorum & expertorum turba conuenit: ad ſingula uerba ſtupidus fit balbus & elinguis. Si ſolorum hominum experientia, ſic inexpertum reddere poſſit attonitum: quanto magis dei ſapientia quantancunq; ſapientiã ac eloquentiam hominis obſcurabit, ut ſeſe non auſit expromere? Mutus & indoctus ſi brutis comparetur, eloquens & doctus apparet. Ratione tantum prẹditus, ſi conferatur ad rationis & uocis expertes, ut ſapientiſſimus erit. Et quis nõ eſt brutus, ineloquẽs, rationis & ſapientiæ uacuus, ſi cum deo comparetur? Moſes itaq; doctiſſimus ac eloquentiſſimus hominũ eius temporis, cũ audire

Hierony. Humana eloquentia pre diuina nihil eſt.

cœpiſſet uo-

cœpiſſet uoces & eloquia domini, cũ ſẽtire cœpiſſet uerbum illud
Y. quod erat in principio & erat apud deum: uocem ſuam exiliorem
ac graciliorem, linguam tardiorem atq; impeditiorem intellexit, q̃
ut ulla ex parte diuinę uoluntati reſpondere poſſit. Non ſum in- Ibidem.
quit domine eloquens ex quo locutus es ad ſeruum tuum: qui ta-
men inter homines ante multo eloquentiſſimus habebar. Dixit Deus auctor eſt eloquẽtie
itaq; dominus ad eum Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus
eſt mutum & ſurdum, uidentem & cœcum: nonne ego? Perge igi-
tur & ego ero in ore tuo, doceboq; te quid loquaris. Hinc intelli-
gas humanam imbecillitatem diuina gratia firmatum iri, neq; de
futurum unq̃ deum in ſe ſperanti: & qui fecit os homini, multo fa
cilius ubi uolet, eloquentiam ori dari poſſe. Cũq; Moſes adhuc ti-
midior eſſet, clementiſſimus dominus fratris adiutorium adiũxit
ut audentior eſſet Aaron (inquiens) frater tuus eloquens eſt, pone Ibidem.
uerba tua in ore eius, ego ero in ore tuo & in ore illius, & oſtendã
uobis quid agere debeatis, ipſe erit os tuum & tu eris ei in his quę
ad deum pertinent. Vt inde colligas deum quoad fieri poteſt, ho-
minem unum alterius hominis auxilio iuuare ſolere: ſin ea uia ſuc
cedere non poſſit, ubi neceſſitas expoſtulat manus ſuas interpo-
ſiturum. At ita Moſes & Aaron iunctis dexteris diuinę potentiæ,
duram illam ſuſcepere prouinciam, perfũcturi legatione cum ad
Pharaonem, tum ad populum Iſraelis domino cooperante & ſer
monem confirmante, ſequentibus ſignis. Creditum ſibi dei uerbũ
deiq; potentiam ſic exercuere, ut tribus potiſſimum miraculis ma
gorum uerſutias edomarent, & decem plagis omnem Egyptiorũ
populum exanimarent. Sic itaq; Moſes ac Aaron apertis à deo la
bijs ſuis in negotio preualuerunt. Illud ipſum de Hieremia dicen- Hiere. 1.
dum eſt cui dominus infit Prophetam in gentibus dedi te & ipſe Exponitur.
reſpondet A A A domine deus neſcio loqui, quia puer ego ſum. A.
quia iunior ſum q̃ ut loquar: A, quia ſum ignorantior q̃ ut intel-
ligam: A, quia ſum infantior ac inelequentior q̃ ut alios loquẽdo
doceam: neſcio loqui quia puer ego ſum. Miſit autem dominus Ibidem.
manum ſuam & tetigit os illius dicẽs Ecce dedi uerba mea in ore

tuō,ecce constitui te super gentes & regna ut euellas, destruas,dissipes & disperdas,ædifices & plantes. Talis tamq; consummatus inde propheta factus est ut uicijs fidentissime reclamaret, ad culturam uirtutum assidue prouocans, & acerrime peccatores increpans,studiosos adiuuando confirmaret. Aliorum prophetarum omnium deus ora quatenus adaperuit,eatenus ĩ ædificio spirituali uerboq; dei profecerunt:sicut intuentibus illorum doctrinā atq; opera patere potest. Vt ad Apostolos deniq; perueniam quibus

Mat.13. ait Christus Non uos estis qui loquimini,sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis:hos pauperrimos piscatores,ideotas,rudes, contemptibiles,& abiectos,stupidos ac bardos,nullius respectus ad se uocauit ac elegit:ut opus ipsorū non suę ascriberetur uirtuti sed diuinę.Posteaq̄ enim spiritus sanctus in linguis igneis descendens,crassum hoc,rusticum & despectum genus hominū illustra

Act.2. rat: Cœperūt loqui uarijs linguis prout spiritussāctus dabat eloquiūlis.Dum erant omnes pariter in eodem cęnaculo,factus est repente de cœlo sonus tanq̄ aduenientis spiritus uehementis, seu uenti uiolenti,& in eodem uento spiritus ipse sanctus, illud mirabile donum linguarum & scientiæ prompsit. Attende q in igne quoq; spiritus aduenerit. Ignis enim tris pręcipue naturales proprietates habet huiusmodi sancti spiritus operationi conformes. Habet uirtutem inflammatiuam qua frigida calefacit, purgatiuā qua turpia mundat,& illuminatiuam qua lumen pręstat.Spiritus itidem peccata comburit,à peccatis corda purgat, & ignorantiam atq; torporem excutiens, animum illustrat. Vires easdem habet dei uerbum quod auditori spiritussanctus imprimit. Inflammat

Psal. 118. audientem ad sui desiderium attestante quidem Dauide Ignitum eloquium tuum uehementer,& seruus tuus dilexit illud. Ab eodē inflammati sunt,duo illi discipuli qui post passionem cū Christo

Luc.24. deambulantes castellum Emaus uersus, audita Christi doctrina, dicebant Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loquere-

Prou.30. tur in uia & aperiret nobis scripturas? Omnis enim sermo dei ignitus,& piorum omnium hominum pectora,amore dei facit exardescere.

Cur spūs in linguis igneis in apostolos diffusus sit.

Proprietas ignis/spūs & verbi dei.

Z.5.

descere. Purgat & emundat auditu proficientes quemadmodum 2.
ante mundauit Apostolos quibus ait Christus Iã uos mundi estis Ioan. 15.
propter sermonem quẽ locutus sum uobis. Illuminat auditores, 3.
errores & ignorantiæ tenebras expellit, lumen ueritatis instaurãs
ignem amoris diuini sicubi fuerit extinctus redaccẽdit: illius scrip
turæ testimonio Declaratio sermonum tuorum illuminat & intel Psal. 118.
lectum dat paruulis. Auditio sermonum dei dat intellectum, non Expositur: Quã lucẽ cõfert verbum dei, & quib9.
omnibus, sed paruulis. At qui sunt paruuli nisi quotquot humiles
& spiritu pauperes sunt: qui reuerẽter ac meticulose uerba dei sem
per inaudiunt: Qui uero superbo suo nituntur ingenio, scripturã
aut non curantes aut ad sensum suum trahentes, nec subdentes in
tellectum sanctorum patrum interpretationi qui & sacri spiritus
sensus est: hos littera occidit spiritus non uiuificat: littera cerebro 2. Corin. 3.
se & arroganter accepta spiritum excludit, qui non requiescit nisi Esaiæ. 66.
super humilem, quietum, uerba dei trementem & captiuantem in
tellectum suum. Quod itaq; Christus parabola proiectę sementis Matth. 13.
edocuit. Iactorum nanq; seminum, aliud secus uiam, aliud super Exponitur.
petras, aliud in spinas, quartum deniq; semen in terram bonam ce
cidit. Id quod rogantibus discipulis ita Christus expressit Vobis
datum est nosse mysteria regni cœlorũ, aliis autem non est datũ.
Semen est uerbum regni quod qui audit aut legit & non animũ
aduertit ut intelligat & iuxta quod intelligit operetur ac uiuat: ty
pum uię gerit, in qua quicquid seritur à uolucribus, hoc est nequi
tiis spiritualibus seu dęmonibus editur. Qui facile quod audit ob
liuiscitur, uel ingruente persecutione uerbum derelinquit, in morẽ
terrę petrosę facit: in quam quod cadit, radicem nõ inuenit ut per
maneat. Qui solicitudine sæculi diuitiarũq; fallacia suffocatus, sa
lutarem uerbi diuini fructum effundit: spinarum instar habet, à
quibus extinguntur omnia semina. Qui uero dei sermones audit,
audiens intelligit, & intelligendo uitam tanq̃ ad amussim ordinat
terrę bonę simillimus est: in quam quęcunq; iaciuntur, fructũ affe
A. runt uaria sorte multiplicem. Quod idem etiam in nuce facile cer
6. nitur, ĩ qua, tria perpẽdẽda occurrũt: Cortex, Testa, Nucleus. Cor

 tex, ama-

Tria in nuce notanda. tex, amafulentus est & acerbus: eosq; disignare potest, qui in cortece uerborũ & suprema litteræ supficie uersantes morãtur: quod faciunt isti qui preter grammmaticum sensum, nihil callent aut sapiunt. Testa uero ut insipida, ita etiam & dura est: cui adhærent illi qui uerum sensum scripturę non capientes in sinistram sententiam retorquent: illorum persimiles qui dixerunt: Durus est hic sermo & quis potest eum audire? Nucleus uero qui dulcis, tener, prę mollis atq; salubris est, eos repræsentat, qui internam litterę suauitatem iuxta spiritussancti intelligentiam apprehendunt: scientes q; uerba dei spiritus & uita sunt, seu quando legunt seu quæ dicũtur ab alijs audiunt. Non omnibus ergo declaratio sermonũ dei dat intellectum: sed paruulis solum ac humilibus, solum bene se habentibus beneq; affectis, solum hijs qui de cortice testaq; litteræ, ad spiritus nucleum assurgũt. Quid enim Paulum è tam sæuo persecutore fidelissimum fidei prędicatorem effecit, nisi uerbum illud dei Cur me persequeris? Vas electionis es mihi. Tactus nãq; spiritu, statim subdidit Domine quid uis me facere? Quid Dionysium Areopagitam ad Christi fidem conuertit, nisi Paulina declaratio uerbi dei? Quis Gallos & finitimos ad Christianismũ introduxit, nisi Dionysus idem conuersus. Quid Romam primariã ante cultricem idolorum, immo totam Italiam uocauit ad Christum: nisi christiana Petri Pauliq; prędicatio: ut de Hierosolymis taceã ubi Iacobus minor postea sedit, & Antiochia quæ cathedra Petri fuit insignis. Quis Iudęam, Galilęam, & Samariam christianæ fidei dotauit insignibus: nisi Iacobi pariles & coapostoli? Nũquid Andreas Achaiã baptisauit? Thomas Indiam? Bartholomęus inferiorem Indiam? Mathęus Ethiopiam? Ioãnes Asiam? Scythiã Philippus? Simon & Iudas Persidem? Nũquid oriens & occidens immo totus orbis Apostolorũ doctrina persuasus, diuinis se legibus sponte subiecit? Nonne Longobardiam Petrus Martyr? Cesaraugustas Vincentius? Marsiliam Maria Magdalene, & Angliam Augustinus accendit calore fidei? Nonne ceteri tum Martyres tũ Confessores suę sanctissimę doctrinæ, uitęq; radios in omnem orbem disperserũt,

Ioan. 6.

Ibidem.

Act. 9. Verbũ dei totũ orbẽ ad se traxit.

disperserũt, partim ad ĩfideliũ conuersionem, partim ad hereticorũ confutationem? Quis Arrianos, Manicheos, Pelagianos, Valentinianos: quis alios istorum similes arte iugulauit, nisi beatissimi Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, aliiq; pares ipsis? Et quid isti potuerunt nisi per uerbũ dei? Quid Petrum, Paulũ & alios Apostolos, aut orbẽ per ipsos illuminauit: nisi uerbũ dei? Quid Dionysio, Vincentio, ceterisq; Martyribus, fortis intelligentiae lumen addidit preter uerbũ dei? Quid Ambrosium, Hieronymum, Augustinũ, Gregoriũ, Martinũ & reliquos confessores illustrauit: an non dei uerbũ? Quid undiq; tenebras humani cordis ablatas profligauit, nisi hoc ipsum uerbum à talibus enũciatum? Quomodo probatur impletum illud Esaiae Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam, & habitantibus in regione umbre mortis lux orta est. Modum autem psaltes ostẽdit ibi Declaratio sermonum tuorum illuminat & dat intellectũ. Hei nobis φ tanta sit huius uerbi fames & inopia, nimioq; raro uestris hoc auribus insonat; neq; tamen cum insonuertit, satis auide capessitur. Legimus multos antiquorũ rhetorũ ac philosophorũ tam facunde, tam grauiter & copiose dixisse, ut stuporẽ iniicientes quidlibet auditorio persuaderent: & piorũ concionatorum minor erit gratia quos implet spiritussãctus? ut illud Christi testificatur Nõ uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri loquitur ĩ uobis. Vt genuinam orationis uim etiam in gentilibus intelligas: audi quid narret de Catone censorio Valerius. Tãtae fuit eloquentie ut nunq̃ ab aliquo grauatus per aliũ defendi uoluerit. Et authore Plynio, quadragies quater accusatus: causam ipse suam optime dicens, absolutus est. Nam ut Tullius, inquit, tanta fuit eius eloquẽtia, quanta tẽporibus illis in quoq̃ inueniri posset. Egesias quoq; philosophus tam suauiter, tamq; copiose de bono mortis aliaq; uita disserebat, ut complures auditis quae dicebat, ultro sibi mortem intulerint. Quapropter rex Ptolomaeus arcte prohibuit, ne ãplius eiuscemodi legeret aut doceret. Ad hec de Cicerone narrat Lactantius, φ eloquentia sua hominũ corda habens in manibus quiduis

Esaiae. 9.
Psal. 118.
Quanta vis eloquentie etiã apud Ethnicos.
B. 6.
Matt. 10.
Cato.
Plinius de viris illustribus.
Egesias.
Cicero.

quiduis obtineret ab eis, & quouis impelleret: in tantũ q aliquan do dum faceret orationem coram Apollonio, in tantam eũ admi rationem ac uelut extasim adduxerit, ut tacitus & immemor sui diu remaneret. At tandem in se reuersus, intulit Te Cicero laudo & admiror. Zenocrates item Philosophus dum prelegeret in scho lis, per facundiam eius unus auditorum polemius nomine, mores mutauit & uitã, & qui dissolutus aduenerat, modestissimus abijt.

Zenocrates.

Titus liuius lacteo eloquentiæ fonte manans, multos ab ultimis etiam finibus ad se traxit. Eschines deniq cum exul Rhodi lecta illa sui aduersarij Demosthenis oratione quam i eum dixerat, mul tos admirantes atq laudantes audiret, suspirans ait. Quid si ipsã audissetis bestiam sua uerba resonãtem? Habet enim nescio quid latentis energię uiua uox, & in aures discipuli de authoris ore trãs fusa, fortius sonat. Verum si uim istam habeat eloquentia propha nis oratoribus à deo permissa ut cõuertere possit in stuporem au ditores & ad consensum inducere: quanto maior inerit diuini uer bi predicatoribus? Nimirum eis insuit absoluta: per quam pecca tores à peccatis, & deploratos ad spem æternæ uitæ retraxerunt.

Titus liuius

Eschines.

Hieronymus ad Paulinũ

Quanta vis sermõ Dei habeat

Quanta fuit uirtus illius eloquentiæ quæ compulit agrorum & domorum possessores omnia uendere, & afferentes precia pone re ante pedes Apostolorum, quæ coegit spernentes mundum, seq ipsos & suam uoluntatem recusantes, omnia sua cum alijs habere cõmunia? Quæ uirtus illa sancti spiritus accepti, per quam una Petri predicatio, circiter tria milia conuertit ad fidem? Stãs etenim Petrus & uocem eleuãs locutus est Viri iudæi, certissime sciat om nis domus Israel, quia & dominũ eum & Christum fecit deus hũc Iesum quem uos crucifixistis. His autem auditis, compuncti sunt illi corde dicentes ad Petrum ac reliquos Apostolos Quid facie mus uiri fratres? Cœpit eos pœnitere facti dolentes Christi mor tem à se tam crudeliter illatam, deflentes eum quem irriserant, in clinato capite pectus assidue tundentes, manus complodentes, & incessanter orantes ut sanguinem illũ gustare possint in salutem, quem super se filiosq antea imprecati fuerunt. Clamantes itaq

Act. 4.

C.

Act. 2, Exponitur.

Quid

Quid faciemus? Quid faciemus ut animas nostras à damnatione seruemus? Qua ratione fiet ut huic Christo reconciliemur, ut peccata nostra nobis relaxentur ut in dei fauorem acceptemur? Quibus Petrus paterne respondit Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorum uestrorum, & accipietis donū spiritussancti. Qui ergo receperunt sermonem eius baptisati sunt, & appositę sunt in die illa animæ circiter tria milia ut prędiximus. Nec multo post, populū in sanatione claudi cuiusdam ex utero matris attonitū, affabatur Pœnitemini & conuertimini ut deleantur peccata uestra: & multi eorum qui audierūt crediderunt, factusq; est numerus eorū quinq; milia. Ista uerbi diuini uirtus, ab ore Petri tot stati mirāda perfecit. Et quid (oro) Paulus uas electionis huius ductu uerbi pręstitit? Quid reliqui fecerunt Apostoli? quid Martyres? Confessores? quid constantes ipsę uirgines? quibus si uerbi huius efficacia defuisset, ne minima quidem earum rerum quæ per eos patratæ sunt patrari potuissent. Diebus quoq; nostris noua syncerę religionis facies emicat, uetus ecclesiasticæ sollidicatis norma resplendescit, faxit deus ut perseueret, dum alacres ad pœnitentiam ex auditu uerbi dei peccatores accurrūt. Hoc uerbo, ecclesia Christi hodie & usq; ī mūdi finem sustentabitur: hoc uerbo, uocantur omnes mortales ad salutem: hoc uerbo, quicquid usq̃ est quod ad animæ salutem spectat, satis perspiciū habetur: hoc uerbo, fides, spes, charitas, reliquæq; uirtutes omnes citra quas in cœlum non itur, facile clarescunt & ob oculos omnibus sitę sunt & manifestæ. Viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagū quoq; & medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis. Hoc uerbo, mouētur omnia tam interiora q̃ exteriora hominis: ad uerbū dei commouentur, tremunt & quatiūtur. Iste sermo dei seperat uirum ab uxore, uxorem à uiro, filiū à patre, filiam à matre, à socru nurum: sed & fideles etam ab infidelibus. Credentibus in Christum omnibus fauere tenemur, non credentibus etiam parētibus

Act. 3. 4.

Ibidem. 3.

Hebræ. 4.

Matt. 4. non debemus. Illam unam Christi iussionem Venite post me Petrus & Andreas audientes, illico secuti sunt eum. Vocauit Iacobū
Matth. 9. & Ioannem Christus: & secuti sunt eum. Mathęo dixit Sequere me & secutus est eum. Sibi quoq; simili forma Philippum adiunxit: immo uocauit ad se quos uoluit, & uenerunt ad eū. Et pręsertim fecit ut essent duodecim secum quos mitteret ad prędicandū. Sed & alij, alij nimirum innumeri per dei uerbū, reliquerūt patres, matres, uxores, fratres, filios, sorores, domos, agros, omnia quæ possidebant uniuersū mundū, & semet etiam ipsos suamue uolūtatem ut per eximiam religionem & singularem charitatem ad Christū confugerent, dicentes Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus
Matt. 19. te. Quid ergo erit nobis? Quibus Christus ait Amen dico uobis. Quod uos qui secuti estis me in regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus Israel. Et paulo post. Centuplū accipietis & uitam æternam possidebitis. Ex his intelligere potestis quantam uim habeat ista uerbi dei prędicatio: quæ ut inprimis Apostolis & apostolicis uiris conueniat, ita omnibus quodā modo concedi potest. Atq; sic prędicant uiri quiq; prophani prędicant & fęminæ quotquot quod in sacris litteris intelligūt aut à doctoribus intellectū inaudiūt: id suis domesticis utiliter instillāt corrigendo mature peruersos, & modestos suauiter instituendo. Vnde tam suæ q̄ illorū qui docentur, non parua causa salutis ex-
.1. Tim. 2. urgit: secundū quod sonare uidetur illud Apostoli Mulier per generationem filiorū saluabitur si in fide permanserint dilectione & sanctificatione cū sobrietate. Si salubri parētū admonitione liberi ad uirtutē & bonā frugē adducātur. Verbū dei suā in his oībus uirtutem apertissime declarat. Hanc propheta non ignorans supplicat Domine labia mea aperies, & os meū annūciabit laudem tuam. Aperies per istius uerbi tui pręsentiam, & os meū tali gratia delibutū, fiet idoneū ad encomiū & laudem diuinæ maiestatis. Annunciabo laudem tuam ꝙ me crearis, ꝙ peccantem non abieceris, sed peccato minus nihilo factū, recrearis: ꝙ errare uolentem commonueris & monitu reuocaris, ꝙ confitentem exaudiēs à pec D. 6.

cato per-

cato permũdaris, & mundatũ conseruaris. At quis enumerare potest innumera dei beneficia nobis abũdantissime collata: pro quibus laudes debemus multo maiores q̃ reddere possumus? Grãde imo maximũ beneficiũ creationis est, neq₃ minus recreationis, redemptionis, conseruationis, expectationis, uocationis, remissionis, cõuiuationis, & glorificationis. Primum est creationis beneficium, quo deus corpus & animam cum potentijs & qualitatibus aptissimis efformauit. Cuius prestantiam facile perspiciet qui cõsyderabit qualiter alter oculorum, unus è digitulis, aut aliorũ mẽbrorum minimum, nullo uel emi precio uel arte fieri possit; nedũ anima uel eius potentiæ non aliunde q̃ è mera dei bonitate proficisci queant. Ipse corpus effinxit, ipse animam infundit, illius est totum quicquid sumus. Fecit corpus egregiam creaturam, sed animam magis egregiam, ut pote in insignem similitudinem creatoris, rationis participẽ, æternæ quoq₃ beatitudinis capacem. Creauit insuper omnia propter hominem & eius utilitatem, & finis quodammodo omniũ est homo, ut est autor philosophus. Omnia (dicit Apostolus) uestra sunt. Omnia nostra sunt: superiora, æqualia, & inferiora. Superiora ad singulare hominum tutamen & presidium. Id quod in corporibus cœlestibus maxime cernere licet, et si de ipso deo loqui libeat, plusq̃ perspicuũ est q̃ futurus sit ipse nobis oĩa. Erit nobis & cibus & potus, uictus & uestitus, pater et mater, domus & hospitiũ. Erit nobis uita, salus, gaudiũ, corona, & quo fruituri simus si nr̃a nõ obstet iniquitas. Equales, Angeli nisi ꝙ paulũ ab his minuti simus, sed qui nr̃i quoq₃ sũt quorũ ministerio custodiaq₃ protegimur, & cõuictu delectamur. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiũt salutis? Inferiores omnes aliæ creaturæ seruiunt homini, ut ipse soli seruiat deo. Nam uel Bonauentura teste Deus omnia inferiora creauit pro nobis. Atq₃ sic ut per Apostolũ predicitur Omnia uestra sunt. Aliqua creauit ad usum, commoditatem, siue utilitatem: sicuti panem, uinum, escam cæteraq₃ ex quibus uiuimus. Quędam ad iocunditatem & recreationem,

[Margin notes: Beneficia dei magna & multa erga nos. — Beneficium creationis. 1. — Dignitas hominis. — Bernar. — 2. Sen. dis. 1. & 2. Phy — 1. Cor. 3. — Hebræ. 1. — Bonauen. — Omnia i usũ humanũ condita sunt.]

tionem, uelut accipitres, canes, feras, aues, pisces, pariter atq; beluas. Quędam ad nostrũ adiutoriũ sicut equos, boues, & alia iumenta. Nonnulla fecit in exerciciũ & correctionem ut serpẽtes muscas, pulices, pediculos & id genus animalia noxia quibus mordẽtibus, pungentibus aut calcitrantibus, non raro ad cognoscendum deum & timendum excitamur. Sed & Philosophi testimonio Natura fecit omnia propter homines. Si huius rei probationem expectes, eam adijciet theologus insignis & subtilis disputator Richardus in quarto. Post iudicium inquiens omnes interiores creaturę cessabunt, quia his amplius non egebit homo: pręter elementa & cœlos qui tantum cessabunt à motu, q; is amplius nõ erit necessarius homini. Hinc uides aperte collectũ Hęc omnia propter hominem esse creata: licet principaliter deus ea crearit ad ostendendam suam bonitatem, potentiam, admirabilem & gloriosam sapientiam. Secundũ est beneficium redemptionis siue recreationis. Quid enim creatio prosit nisi creator creata redimat? Quid nasci profuit, nisi redimi placuisset? Qui pro redimẽdis peccatis hominũ proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Qui & lauit nos in sanguine suo. Nã ut ait Apostolus Omnia pene in sanguine secundũ legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Christus autem nõ hedorũ, non arietum aut uitulorum sanguine (quod est factũ in ueteri testamẽto) mundauit homines: sed proprio sanguine de quo plura dicemus proxima parasceue. Tertium beneficium Conseruationis est. Nã si creasset, si redimisset, & non cõseruasset: quid commodi inde nobis euenisset? Proinde non tãtum creauit & redemit, sed etiam cõseruat, gubernat, alit, pascit, nutrit & sustentat. Cito omnia in nihilum tenderent, nisi manus conditoris ea tenerent. Si te Christiane frater non seruaret dominus, diabolus sua tentatione cito superaret, in te intraret & destrueret facile. Sed ipse tentari nõ sinit ultra id quod possumus: terra ob peccati fœditatem te absorberet, uoraret infernus ut ibi scribitur Nisi dominus adiuuisset me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Si te non conseruaret, non unam ho-

Philoso. 1 politico.
Richar. 4 dis. 44. ar. 1. q. 6.
Beneficiũ receptionis.
Rom. 8.
Apoc. 1.
Hebræ. 9.
Gregorius i Morali.
1. Cor. 10.
Psalm. 93.

E.

unam horā ualeres, sed nec uiueres. Si conseruare desineret, pūcto temporis ad incredibilia damna caderes. Sed de te psaltes ait Cū ceciderit non collidetur quia dominus supponit manum suā. Tertium beneficium est associationis, partim qua carnem nostrā assumens & uisus atq; conuersatus in terra, dedit se sociū ut ibi suis affirmat Iam nō dicā uos seruos sed amicos, & alibi cohęredes aut socij uocantur: partim qua nobis angelicę custodiæ tutelam adhibuit, sicut propheta fatetur Angelis suis deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Mandauit ut te custodiant in omnibus uijs tuis, hoc est ante egressum, in egressu, in progressu, in exitu & post progressū. Hę sunt omnes uiæ tuę de quibus q alias plura diximus: hic paucioribus erimus contenti. Primo omnium ante egressum, sedulam custodiam pręstabunt angeli, ne qua negligentia matris adhuc in utero pericliteris, ne ulla suffocceris angustia, ne prematuro partu abortiaris. In ipso quoq; egressu pręsto aderunt, curantes ut omnia tam caute & fęliciter per ipsas obstitricū manus transigantur, ut fausto & prospero partu edatur in lucem infans, & post fortunatum puerperium fœlicius etiam sacro sancto baptismatis fonte renascatur. Neq; in toto reliquæ uitæ progressu defutura est unq̄ angelorum custodia, cura, & inuigilantia. Nam ita infantiam nostram innocentem & incorruptam seruabunt, ut nec pueritiam sint deserturi: ita rursum consulent iuuenibus, ut ne maturos iam uiros omittent neglectos: postremo eam senum curam agent, ut interim decrepitis non cessabunt aut obliuiscentur prospicere. Neq; in ætatis tantum progressu aderit angelorum sedulitas ac pręsidiū, sed in uniuersis insuper totius uitæ negocijs. In prosperis enim diligenter cauebunt ne fluxis & fortuitis rebus nimium efferaris, ne diuitiæ, honores, magistratus, dignitas, clientela, cæteraq; id genus fortunę ludibria tibi animos addant aut superbiæ cristas erigant: ne contra in aduersis pręter decorum abiectus fias, aut animum despondeas, deniq; ut æger et sanus, ut ualidus & imbecillis, ut peregre & domi semper tibi constes: breuiter ut in quocūq; loco, in quacūq; conditione

Psal. 36.
Beneficiū associationis.
Ioan. 15.
Rom. 8.
Psal. 90.
Exponitur.
In quib9 uijs nos custodiunt angeli.

per totam uitam fueris, tutus semper & munitus ab omni aduersi tate euadas. In exitu etiam quo tempore anima ab hoc corpuscu= lo emigrabit, multo uigilãtissime operã dabit ãgelica cura, ne qua fraude, uafritie aut impostura tetri dæmonis superemur, ne astu= ta diabolicæ tentationis calliditate uincamur, ne quid tum potissi mum cõtra fœdera illa quę cum deo in baptismate percussimus,
1. Pet. 5. cogamur uel cogitare uel dicere aut consentire. Quia tum maxi= me circuit aduersarius ille noster diabolus ut leo rugiens, quęrẽs
Augusti. quem deuoret. Quod Augustinus etiam affirmat, ita scribẽs Tũc pręsto aderit diabolus recitans omnia uerba nostræ professionis, quæcũq; bona uel mala egimus: tentans nos de fide, & nisi deus subueniret electis, nullus resisteret ei. Ex quibus satis apparet, q̃ sollicitus sit & tunc pręcipue in nostram pernitiem atq; extremã damnationem. Quare quęso bona opera nostra ad memoriam re uocat? An ut pro his deo gratias agamus? minime. Cur ergo quę so? Certe ut nostris meritis nimiũ confisi pręsumamus, sic ut æter num meritum amittamus. At contra cur mala recitat? Nunquid ut lugeamus & pœnitudine afficiamur? nequaq̃. Sed potius ut ad desperationem nos adigat: atq; eo pacto ad se trahat. Verum ea ęst dei optimi maximi benignitas erga homines, ut nunq̃ nos de= serat, sed & ministros suos nẽpe ãgelos, in his & huiuscemodi peri culis semper pręsentes mittit, in nostrum auxilium ac defensionẽ. At tãdem post egressum & exitum non minus parati sunt, ut nos in illa tam discriminosa, longa & ignota uia tutos traducant ad summum iudicis tribunal: ubi diffinietur per ipsum supremũ iu= dicem deum, quid muneris, boni uel mali recipiemus, pro trãsacta G.
Hierony. uita nostra in hac huiusmũdi peregrinatione. Hieronymus quoq; 6.
ait ꝙ nõ possit tuta esse humana fragilitas inter tot & tanti hostis insidias, nisi sanctorum Angelorum muniretur auxilio. Nos itaq; dęmonia suffocarent in uentre matris ante baptismũ, in reliqua post natiuitatem & regenerationem uita, in ipsa morte, uel saltem post mortem, si non ab angelis custodibus & collegis nostris im pedirentur. Angelis itaq; suis mandauit deus de te. Mandauit ut

te custo=

te custodiant à uitæ periculo, ut te protegant à peccato, liberent à malo, confirment in bono, ut defendant à tentatione, teneant in syncera pietate, ut in aduersis rebus erigētes animent, in secundis ceu frœno dirigāt, ut in angustijs ac tribulationibus consolentur & bonos semper cogitatus instillent, ut ad pœnitentam moueant, alliciant ad gratiam, & perducant ad gloriam. Nec Angelis istud officium ingratum est aut inuitum ministerium, qui sibi conciues homines fore desiderant, per quos ruinæ suę fissuras instaurādas expectant. Et ideo magna cura studioq; diligenti nobis adsunt omnibus horis, locis omnibus, succurentes si quid duri contingat prouidentes si qua necessitas ingruat, docentes quid uitatu, quid petitu sit optimum: solicite discurrentes inter deum & homines, ut gemitus & suspiria nostra deo pręsentantes gratiam impetrent, sicut ille qui Cornelio Centurioni dixit Corneli Orationes & elee= Act. 10.
mosynæ tuæ ascenderunt in conspectu dei, exeunt, intrāt, & ubiq; nobiscum ambulant, in laboribus adiuuant, in ocio & quiete pro= tegunt, in pugna propugnant hortantur, suadent, animant, & de mum quicquid boni agimus, deo offerunt, sicut qui loquebatur ad Thobiam Misit me dominus ut curarem te, quando orabas cum Thobie. 12
lachrymis, derelinquebas prandium tuū, & abscondens mortuos sepeliebas: ego obtuli orationem tuam domino. Compatiuntur patientibus, peccatoribus condolent, congaudent gaudentibus, & conuersis applaudunt: unde grandis eorum cura magnusq; fer uor suę in nos dilectionis apparet, quod & euangelista compro= bat illic Gaudium erit corā Angelis dei super uno peccatore pœ= Luc. 15.
nitentiam agente, hij sunt animarum custodes, corporum zelato= res, bonorum defensores. Isti nos diligunt, instruūt, protegunt, & nostrum in cœlos aduentum expectant. Isti sunt consolatorij spi ritus, prouinciarū magnifici rectores, sed & singulorum hominū etiam tenuissimorū amicissimi & indistincti curatores uti Christus edocet ubi prohibet unum christianū fratrem ab alio contemni, quāuis ordine, gradu, dignitateq; sint ipares: quibus dati sunt An geli pares Videte (inquiens) ne cōtemnatis unum de pusillis istis. Matt. 18.

Matth.18. Dico nanqꝫ uobis ꝙ eorum Angeli semper uident faciem patris
mei. Hi sunt per quos sustentamur in terra, per quos gubernamur
in mari, uiuentes à maligno spiritu defensamur, morituri sollida-
mur in fide, & in paradisum mortui deportamur: ad quod descen-
dunt & ascendunt ut erga se manifeste facturos Christus osten-
Ioan.1. dens ait Videbitis Angelos dei ascendentes & descendentes super H.
Beneficiū ex pectationis. filium hominis. Quartum est expectationis beneficiū, quia deus 6.
Ioelis.2. non uult mortem peccatoris, patiens est, longanimis, benignus,
Exponitur. pręstabilis super malitiam, multus ad ignoscēdum. Patiens est,
quum nos diu tolleret nec q̄ primum peccamus punire parat, lō-
ganimis, diu sustinens peccata non correcta. Benignus ad miserē
dum facilis & expositus, præstabilis super malitiā & multus ad
ignoscendum, longe magis idoneus ad remittenda peccata mundi
q̄ ipsi simus ad peccandū procliues. Quod & propheta Esaias af-
Esaiæ.30. firmat ubi dicit Expectat uos deus ut misereatur uestri. Deprehē
ditur [illegible] quis in ipso furto per quod amissa dignitate nominis, simul
ad capitis & substantiæ periculum adducitur: & alius similiter ob
noxius, in furto quoqꝫ grauiore uel eiuscemodi delicto culpabilis:
neqꝫ semel tantum, sed bis, ter, immo uicies: tamen euadit illęsus.
Pacientia dei erga peccatores. Qui fit? cur [illegible] nisi ꝙ hunc expectet dominus ut misereatur ei ut
ista benignitas sua adducat eum ad pœnitētiam? In adulterio, for
nicationibus & ceteris immundicijs, id ipsū introspicito. Vario res
Sapiē.11. pectu suam misericordiam impartitur dominus Dissimulat
enim deus peccata hominum: ignorantiam tanq̄ prætendit qui
nihil nescit, tantum ut nunq̄ flagello corrigat, quod suaui consilio
mederi possit. Tu peccas, & peccantem ipse sustinet, tu peccas at
ipse peccato parcit, tu peccas, at ille à peccante uindictam abstinet.
Cur ita facit? nempe ut te facilitate ad emēdandam uitam inuitet.
Rom.2. Ignoras ꝙ ista te benignitas ad pœnitētiam adducat? An si diui-
tias patientæ, bonitatis, & longanimitatis eius impie contemnas
existimas ꝙ tu dei iudicium & uindictam effugies? Vrceus aut fic
tilis urna toties ad flumē deportatur, ut deniqꝫ fracta reuertat: tu
figmentum urna uilius toties omnipotentem figulū tentans, de-
fraudareqꝫ

fraudareq; cupiens, putas te eius expectationem frustrari? Sed caue ne frangaris si quid tale frequẽtes. Tam diu enim deum eludere poteris, ut tandem haud dubie feriet. Secundũ duritiã & impœnitens cor tuum, tibi thesaurizas irã in die iusti iudicij. Cõuertere igitur ad deum in toto corde, & fac quicquid potes, qui nõ potes quod sufficit: sed sufficiẽtia tua à deo est. Quintũ est beneficiũ uocationis. Interdũ per internam inspirationem uocat, adeoq; intus mouet & inspirat, ut peccatores ad se rapiat: nec sinit eũ apud se quiescere q̃diu remãserit in illo uel leuis aliqua peccati macula. Cogit ut deũ assidue de uenia sollicitet, ut recte pœnitentiã agat, ut uitam pręteritam defleat, ut iniquitates suas lugeat, penitusq; deo adhęreat. Quod aliunde non fit, nisi solius diuinæ uocationis beneficio. Quod & ipsa ueritas testatur dicẽs Nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit eum. Id quod in muliere Cananea, in Cęco nato, in Maria magdalena, in Latrone, alijsq; ĩnumeris, factũ esse constat. Neq; aliter etiam hodie ad religionem & piam uitã uocat & attrahit plurimos. Sunt etiã nonnulli quos & per correctionem uocat ut olim Dauid, & Paulum atq; etiam in hunc usq; diem non paucos alios: quosdam aduersitate tribulatione & opũ iactura, quosdam ęgritudine & uarijs morbis, multos fame, multos peste, multos etiam bello: & id genus alijs, de quo uocãdi modo ait propheta Multiplicatę sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerunt. Interdum uerbi suauioris exhibitio, sermonisq; diuini prędicatio, pręsentes auditores ad studiũ uirtutis & uitiorũ fastidium allectat: quale est illud a Christo dictũ Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam uos Iugũ enim meũ suaue est & onus meum leue. Quomodo uocauit Petrum & Andream, Iacobum & Ioãnem, Mathęum & Nicodemum, multosq; alios, ut & hoc uerbo suo quotidie etiam adhuc plures ad se allectat, idem facturus usq; in extremam mundi consummationem. Sextum est remissionis beneficiũ. In quo beneficio, liquido apparet q̃ iexhausta sit misericordia Christi, qui semper multo pronior est ad ignoscendũ, q̃ sumus nos ad flagitandam ueniam parati

Rom. 2. 2. Corin. 3. Beneficiũ uocationis. Ioan. 6. Psal. 15. Matth. 11. Beneficiũ remissionis.

adeo ut q̃tumuis & quotieſcũq; peccaueris, conuerſo & pœniten-
ti, culpa remittitur. Id quod te Chriſtus in Petro docet. Is audito
Matth. 18. Exponitur. prȩcepto fraternæ cõmonitionis, magiſtrum interrogat Domine
quoties peccabit in me frater meus & remittã ei, uſq; ſepties? Cui
Quoties remittẽdũ peccanti fratri. dixit Ieſus Non dico tibi ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties. Ro-
gabat Petrus an certus p̃figi poſſit numerus ſeptinarius uidelicet,
quo quis pœnitenti fratri remittere debeat. Reſpondet Chriſtus.
Non tantum ſepties inquit relaxabis quod frater in te peccauit,
ſed ſeptuagies ſepties: hoc eſt toties quoties in te deliquerit pœni
tenti remittes. Non dico tibi ſepties, ſed ſi te frater aut proximus
uities ſepties offenderit, uities ſepties condona: ſi quadragies ſep-
ties .47. relaxa facinus: ſi quinquagies & ſepties, eſto facilis ad-
ueniam: ſi ſexagies ſepties, remittas ei ſexagies ſepties, ſi ſeptua-
gies deniq; ſepties in te peccauerit, nondũ miſericordiã intermit-
tens habeto patientiã in illum, & ſeptuageſies ſepties remitte. Sed
hic n[illegible] ceſſare iubes. Si nam quis hunc terminum offendẽdo trã-
ſeat, indigniſſimus ne eſt cui uenia detur? Abſit à Chriſtiano. Etiã
ſi potis ſit aliquis ſepties mille & ſeptẽ, immo millies mille & ſep-
tem in te peccandi uices, ingeminare: tu tamen ad ueniã prõptus
eſſe teneris. Siquidem ne mihi minorem in hac re fidem habeas:
Hierony. uel interpretamento Hieronymi fidem habeto: is qui ſeptinarium
uniuerſalem ſeu uniuerſitatis numerum intelligens exinde ſep-
tuagies ſepties per toties quoties exponit, ut quoties peccauerit
in te quiſpiã, toties neceſſario ſit indulgẽdũ. Nec iſtud uel à Chri
ſto dictũ, uel interpretatum à Hieronymo grauatim accipias. Nã
ſi teipſum introſpicias quoties & quantum tu deũ ipſum offende
ris, quoties in adoleſcẽtia, quoties in iuuẽtute, quoties in uirilitate
& in ſenio: ingentem Catalogum & numeroſiſſimam conſcientiȩ
manticam uicijs uarijs ac horribilibus onuſtiſſimam inuenies: ut
te non pudere non poſſit abhominabilis uitæ quam hucuſq; trãſ
egiſti. Attamen miſericors dominus ab hac tam multipliciter fæ
da ſentina peccatorum, ſemel redemptum iterũ atq; iterũ te quoti
die liberat dans ueniam aſſuẽter, nec improperans: ut ſimilem cõ-
miſereſcendi

misereſcendi formam tibi propoſitam intelligas. Videte peccatores, uidete quanta ſit dei benignitas & miſericordia: cuius imitatio meditanda uobis. Ipſe miſericordiā nulli excludit, ipſe cunctos ex æquo recipit. Nō eſt acceptor perſonarū, aut pōderator temporū: ſed ſemper omni uere pœnitenti ueniamq; poſtulanti, remittit. Non minimos ſolum aut mediocres, ſed & maximos, etiam ex omni genere peccatores ad miſericordiam confugientes, clementer & benigne recipit: ad gratiam intromittit & in gloriam eligit, ut nemo peccatorū (ſi nō impœnitētia uelit obdurari) deſperare queat.

Matth. 8. Exponitur. Deus maximos pctōres in grām recipit modo peniteant.

, Amen dico uobis q multi uenient ab oriente & occidente & recū
, bent cum Abrahā Yſaac & Iacob in regno cœlorū. Multi magniq;
, peccatores etiam à deo remotiſſimi, uenient ab oriente ineunte ab
, ætate ſeu iuuenta, nonnulli ab oriente ſub ſenecta, ætateue decre=
, pita uenient conuerſi ad Chriſtum conuerſi ad pœnitētiam & cū ſanctis & antiquis patribus requieſcent in gloria. Sic Chriſtus qui non uenit ad uocandum iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam,

Matth. 21.

, ſuperbis iudęis aſſeuerat Amen dico uobis q Publicani & Meretrices pręcedent uos in regno cœlorum, ſignificans facinoroſiſſimos homines poſt ſusceptā pœnitentiā uel quia magis pœniteāt & conterantur uel quia ardentius ament, faciliore ſemita peruenturos ad uitam, q̄ arrogantes iuſtitiæ ſimulatores. Si requiras hāc erga peccatores ad ſe conuerſos dei miſericordiam exemplis aperiam & explanabo. Nū ipſe Chriſtus Petrum qui territus ab ancilla ſe negauit, poſtea reſipiſcentem Apoſtolorum principē creauit, & ſibi uicarium conſtituens in terris, ei claues regni cœlorum tradidit? Nōne corruptiſſimam peccatricem de qua dęmonia ſeptem eiecerat, poſt conuerſionem adeo familiarem habuit, ut ei primum poſt reſurrectionem apparuerit? Nonne Chriſti contemptorem indignum & eccleſiæ ſæuiſſimum perſecutorem Paulum, ueſtiūq; cuſtodem eorum qui Stephanū lapidibus obruebant, ut etiam ipſe confitetur Blaſphemus Chriſti, perſecutor, & contumelioſus fui: ad apoſtolatus apicem euehens, gentium doctorem inſtituit, & ad tertium uſq; cœlum ſubleuans de eo pronunciat Vas

Petrus. Mar. ulti. Paulus. Act. 7. 1. Thi. 1. Act. 9.

electionis

Matheus. electionis est iste mihi? An non Matheum teloneum seu publicanum, hoc est questorem aut exactorem uectigalium, ad apostolicam admisit dignitatem? Quid de Dauide dicis quem superbum, (Dauid.) adulterum, proditorem & homicidam noscis: at eum tamen secundum cor suum deus elegit & prophetarū eximium instituit? Nōne Zacheum publicanorum principem, fraudulētum & diuitiarū (Zacheus. Luc. 19.) alienarum raptorem posteaq̄ est confessus si quē defraudaui reddo quadruplum: ad gratiam & spem salutis admisit inquiēs Hodie salus huic domui eo q͂ & ipse sit filius Abrahae? Nōne tres magos seu reges orientales ad se uocauit ad orandum infidelitate relicta? An non Puplicanum quoq̄ deprecantem humiliter in templo: iustificatum à se dimisit? An non Mariam Mosis sororem que (Maria.) q͂ fratrem murmure grauarat lepra percussa fuit: acta pœnitētia permundauit, & salutem ei cum spiritu prophetico restituit? Nunquid Aaronem quoq̄ post conflatum uitulum pœnitentem: summum (Aaron.) sacerdotem consecrari fecit? Vt recentiora quedam attingamus, nonne Cyprianū magum, incantatorē, & dæmonijs familiarem (Cyprian9.) ab illusionibus istiusmodi liberatū: presulem in ecclesia sibi q̄ dignissimum constituit? & Augustinū ante gloriosum ac insolentem (Augusti.) Ambrosij consilio & hortatu, sic ad se conuertit ut clarissimo ecclesiæ doctorum unus extiterit? An non ipsum etiam latronem tot conspurcatū sceleribus, sub extrema hora pœnitentem, paradisi ciuem constituit? Et ut semel omnia dicā, omnes omnino peccatores exaudit & pœnitentes recipit, omnia peccata de quibus uera pœnitudo sumitur, e uestigio remittit: & unicuilibet misericordiam imploranti facillime concedit, eosq̄ quos à pœnitentia semel accipit, q̄ charissimos habet. Septimum est beneficium cōuiuationis. (Beneficiū cōuiuationis.) Quippe sacrosanctum conuiuium nobis ipse præbet, quo corpus suū atq̄ sanguinem sub sacramento cōmunicat, sicut ab initio discipulis apposuit quando panē accipiens ac benedicēs dixit Accipite & comedite hoc est corpus meum, & accipiens calicē ait, Bibite ex hoc omnes hic est sanguis meus noui testamenti. (1. Cor. 11.) Incredulis iudeis Christus ipse obiecit, q͂ pater panem è cœlo daret antiquo

ret antiquo Manna multo pręstantiorem, inquiens Panis quē ego dabo caro mea est pro mundi uita. Et rursum caro mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet inæternum. Hoc sacratissimo cibo, hoc cœlesti edulio, nimirum preciosissimo corpore & sanguine suo quotidie in ecclesia, ecclesia sua nos alit, pascit, & nutrit. Cuius receptione si uitę mūdicies assit, pecatorum remissio certo cōceditur, & uitæ æternæ hæreditas. O sacrum ergo & admirabile conuiuium, quo Christus ipsemet sumitur & Christi gratia mens nostra impletur, & ad certā spem futuræ glorificationis erigitur. Quæ glorificatio, octauum & postremum est beneficium, qua deus trahit & recipit ad se & suam gloriam omnes nos illectat. Tunc gratiam & gloriam dabit dominus. Quā nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec ī cor hominis ascenderunt quę pręparauit deus diligentibus se. Quando tecum ipse consideras hanc immensam in nos omnes dei beneficentiam: an non maximam inde prēdis occasionem eum redamādi, laudandi, cum prophetaq; clamandi Laudabit anima mea dominum. Et Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Bene quidem ait omni se tempore benedicturum deum, & laudem illius semper in ore sibi fore: neq; solummodo quando sibi benedicit aut benefacit, quando fœlicitas interrupta datur, quando inuulnerata manet & mens omnino læta persistit, quando diuitiæ commodaq; sęcularia, auri ac argēti copia, frumēti, uini & olei ubertas, peccatorumq; fecunditas abunde tribuuntur. At non ita, non ita facies: sed cum propheta laudabis deum omni tempore. Laudabis & quando res eiusmodi fluunt ad te: & quando simul effluunt à te. Benedic domino qui dat, benedic etiā qui tollit aut tolli permitti t omnia. Non deijciat aduersitas, neq; prosperitas extollat: sed omni tempore sit laus eius in ore tuo ut cum Iob dicas Dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. Vide ut hic Iob tam in aduersis q̄ in secundis rebus, uno & eodem tenore nunq̄ omisit laudare deum. Semper ergo aliquid fac, dicas, cogites aut facias,

Ioan. 6.
Beneficium. glorificationis.
Psal. 83.
Eccle. 51.
Psal. 33.
Exponitur. Omni tēpore laudādus deus.
Iob. 1.

aut facias, quod in dei laudem referatur pro donis & innumerabilibus beneficijs eius: quod cum propheta dicas & tu quoq; Os meum annunciabit laudem tuam. Posteaq̃ autem apertis labijs se domino laudem annunciaturum esse promisit: subdit utcũq; excusationem obijcienti ad hunc modum. Cum te dominus adeo demeruerit, ut à cura omnium ad regnum, à pedo uocaret ad sceptrũ ex pastore regem, ex indocto prophetam fecerit: ex ĩglorio fama notissimum, bello fœlicem & uictorijs insignem: cum de fructu uẽtris tui super sedem suam positurus sit, & filium suum tuũ dicturus ut ibi testatur Euangelista Liber generationis Iesu Christi filij Dauid: cum singula peccata tua tanto grauiora quanto tu cæteris es illustrior, clementissime remiserit: Et tu pro his omnibus gratias solum ages, & laudem adijcies? Diminutior diminutior est ista compensatio q̃ pro tot beneficijs. Huic propheta respõdet se non agendi solum gratias, sed & referendi, pro uiribus animũ habere: se cogitatum cordis & intentionem, oris eloquium atq; laudem, opera tam animi q̃ corporis, immo corpus ipsum ac ipsam animam, uitam & mortem, nedũ alia quęcũq; mundi commoda deo synceriter oblaturum, in sacrificium laudis aut honoris. Veteris testamenti cultores Iudęi hostiam expiationis habebant, qua peccatis errantium medicari deoq; litare solebant. Animalia designata, & electas eorum partes, pro modo qualitateq; delicti sãctificatas, statis diebus offerebant. Moses enim pręcipuus horum instructor & author huius ordinis, pro uirili conabatur ad inducendam populo fidem Christi uenturi. Sed quia crassior erat populus & carnalior q̃ ut adhuc spiritualia sentire queat: crassa (ut aiunt) Minerua ac ruditer docere cœpit atq; inducere ad agnoscendum Christum uenturum, uerũ & unicum sacrificiũ pro mundi uita: per pecudũ cedem, & hoc genus carnalia sacrificia, quæ omnia nihil aliud erant, nisi umbrę & figuræ Christi: qui postea pro peccatis populi sui immolandus ac morti tradendus, effuso affatim preciosissimo sanguine suo. Sicq; per cedem brutorũ immerentium, innocentissimi Iesu Christi mortem intelligerent: per agnum mansuetissi-

Quãtũ deo debuit hic ꝓpheta noster

Moses ꝑ exteriora sacrificia ad interiora iudeos ĩtroduxit.

mansuetissimum, Christum humillimum: per eius occisionē, Chri-
sti passionem: per eorum sanguinem, sanguinem Iesu Christi. Est
enim ipse uerus agnus dei qui tollit peccata mundi, offerens & tra Ephe. 5.
dens semetipsum hostiam & oblationem deo patri in odorē sua-
uitatis: cuius intercedente morte, nos æternæ uitæ repromissionē
accipimus, & in eius sanguine iustificati, salui erimus ab ira per
ipsum. Sanguis agnorum, hircorū, taurorum & aliorū animalium
super altare fundebatur, cinisq; uitulæ aspergebatur ad emunda-
tionem carnis: & sanguis Christi super crucem fusus remissionem
peccatorū animabus nostris obtinuit, & emundauit conscientiā
nostram ab operibus mortuis. Non peccarant animalia quæ ta-
men pro peccatis hominum morti sūt addicta: Christus uero qui
peccatum non fecit nec est dolus inuentus in ore eius, infirmitates Esai. 53.
nostras accepit & peccata nostra pertulit in corpore suo super lig
num, cuius liuore sanati sumus. Cedit umbra luci, cedit figura
ueritati: non manere potest ueterum sacrificiorum obseruatio præ
sente Christi gratia, præsēte sācto sacrificio & imaculata hostia cor
poris & sanguinis Iesu Christi. Quare per Esaiam īquit Quo mi- Esaiæ. 1.
hi multitudinem uictimarum uestrarum dicit dominus? Plenus
sum Holocausto arietum, adipe pinguium: & sanguinem uitulorū
agnorum, & hircorum nolui. Et per prophetam nostrū Nūquid Psalm. 49
manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?
Subdit igitur hic idem Propheta tanq̄ responsurus etiam interro
ganti cur præter illam laudem & oris confessionem, non offerri so-
N. litum sacrificium offerret. QVONIAM SI VOLVISSES Versus. 17.
6. SACRIFICIVM DEDISSEM utiq;: holocaustis non de-
lectaberis. Si uoluisset dominus illud multiplex & iuge sacrificiū
antiquæ legis, nemo me condemnaret omissi. Si deus legem inno
uasset ut quisquis offendisset eum, in expiationem sceleris grāde
pecus aut pusillum, bouem, ouem, capras, hircos, columbam, tur-
turem, oleum, farinam, uinū, aut simile quid immolaret, nec alia
ratione placabilis esset: quo pauper iret? Ad īferos plane, & diues
coelos peteret. Si solus qui prædictorum aliqua posset offerre ser-
uandus es-

Deus legem suā omnibus & pauperib⁹ ex equo cōdidit.

uandus esset: quisnam inopi relictus locus salutis? Solus solus ut uidetur diues esset in cœlum peruenturus: inops trudēdus ad inferos. Cum contra pronunciet deus difficile diuites regna cœlorum ingressuros. Et alibi beatos uero pauperes esse, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Verum deus pauperibus multo melius cōsuluit, legem condens indifferētem & communem omnibus qua diues & pauper, sublimis ac humilis suo quisq; pro merito & secū dum opera quæ gerit in corpore, accepturus est de manu domini. Nec aliud sacrificium exigit q̄ quod tam à paupere q̄ diuite possit offerri. Magis enim cor & uoluntatem offerētis intuetur, & optat, q̄ quidlibet oblatum. Non tanti magnitudinem & ualorē muneris ęstimat, quanti puri cordis affectum. Neq; quantum, sed ex quanto detur attēdit. Id patet in uidua mittēte duo minuta quod est quadrans in Gazophylacium. Cuius ille quadrans si cum reliquis donarijs multo ualidioribus collatus esset uelut in trutina, apud deum iudicem multum certe multū prępondeeraret, qp è tam syncera uolūtate tāq; è puro corde proficisceretur: quale deus ipri mis efflagitat inquiens Fili prębe mihi cor tuum. Vnde liquido constat muneris oblati pręstantiam, non tam è quantitate q̄ mētis bonitate pendere. Vbi uulgus itaq; iudęorum putabat deum placari uictimis animalium rebusq; corporeis: intelligēs propheta multo magis colendum esse puritate mētis addit Holocaustis non delectaberis. Paratus erat ad offerendum quęcūq; putarētur idonea, quibus deo placeret. Si uelis á me sacrificium inquit, libenter obtulissem. Sed holocaustis scio te nolle delectari, multo minus ergo sacrificijs. Holocaustum quiddam est in totum inmolatum: sacrificium uero pars eius. At qui totum serio recusat, particulam haud æquanimiter admittet. Perpende q̄ certo propheta pronunciet. Spiritus enim eum docens, uidere fecerat quomodo legalia sacrificia pariter ac holocausta futurorum essent indicia: crassa ac humilia sublimiorum, carnalia spiritualium, manifesta inuisibilium, exteriora internorum: quæ palam implentur, eorum quæ geruntur in corde: mūdana deniq; cœlestiū. Videre eū fecit spiritus quomodo

Matt. 19. Matth. 5. Prouer. 23. Holocaustū & sacrificiū in quo differāt.

quomodo uerissimum sacrificium gratissimusque dei cultus sit pietas animi, quando puro corde diuinoque spiritu deus adoratur. Tales etenim adoratores deus quærit qui in spiritu adorēt. Postremo uidit in eodem spiritu propheta aduentum dñi nostri Iesu Christi in cuius tempore hij legum ritus essent desituri, ad quē simul omnia sacrificia referuntur & consummantur in eo quæ omnia uelut umbra quędam ad hanc Christi immolationem, relata erant, qui quum corpus suum pro nobis omnibus obtulerat ī ara crucis, cessantibus antiquæ legis sacrificijs atque ceremonijs, quod dixit adimpleuit Consummatum est. Hęc itaque certo pręuidens propheta, Matt. 27.
certissimus erat quod de manu sua sacrificium illiusmodi nō ultra dominus accepturus esset, quem & ad se sic dicturum pręintellexit
Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Psal. 49.
Quare relictis hisce corporeis, mētalibus internis se sacrificijs addixit. Sed quid dicemus ad tot sacrę scripturæ locos in quibus istiusmodi sacrificia deus iniunxit? Quid respondebimus ad id quod
dominus Abrahamo pręcepit Sume uaccam & capram, arietem, Gene. 15.
turturem, & columbam & offer ea mihi? Respōdebimus certe, dominum nūquam simpliciter hęc & his similia uoluisse sicut pręgustauimus, illo primi Esaiæ freti Sanguinem uitulorum agnorum, & Esaiæ. 1.
hircorum nolui: sed quia populus ad idololatriā & dęmoniorum cultum procliuior erat, deus ea sibi quam dęmonibus immolari maluit, authore Hieronymo cuius ista quoque sententia decretis immiscetur. Hierony. Et. 22. q. 1.
Nec illa sacrificia secundum se deo grata fuere: sed ex offerentium fide pietateque, ex eoque quod Christi mortē pręfigurabāt Quod ex illo dicto Mosis approbatur ubi dixit. Respexit deus ad Abel & ad munera eius, significans non Abelem per sua munera, sed per Abelis bonitatem & piam mentem munera deo fuisse accepta: quod bona uoluntas offerentis, quocunque prestet oblato. Sed & cōuenientia quædam in sacrificijs est quęrenda. An est rationi consentaneum, ut Bos uel Aries qui non peccauit, pœnas luat aut inteneat pro peccatore, qui creatorem atque redemptorem suū grauiter offendit? Hanc igitur æquitatem Paulus animaduertēs ut corpus

Considera Uoluntas offerentis oblatū cōmendat apud deum. Gene. 4.

quod deliquit,pro modo delicti pœnę subijciatur, admonet ĩ hũc
Rom.12. modum Obsecro uos fratres per misericordiam dei ut exhibeatis
corpora uestra hostiam uiuentẽ,sanctanm,& deo placentẽ.Dicat
ergo cum propheta quisq; pœnitens ad dominum Si uoluisses sa
crificium à me quale ueteres olim offerebant, dedissem utiq;:nũq̃
non paratus fuissem ad illud offerendum.Sed quia(quod ais)sa=
crificium & oblationem noluisti, tale sacrificiũ carnis quod plebs P
antiqua frequentauit non offerã,sed peculiare cordis mei sacrifi= 6.
cium cuius illud signum & figura fuit:neq; gratum est aut accep=
tum deo,nisi quatenus ad hoc referatur,quia illud propter istud,
non istud propter illud acceptum. Non damnatur cultus corpo=
ralis,sed deo gratissima est adoratio mentis,cui cultus illę subser=
uire debet. Verum ne quid nos hic prętereat quod ad hanc rem
Sacrifici.4 spectat,ĩ medium afferetur quadruplex sacrificij genus, Mirabile
Mirabile Legale Laudabile Dãpnabile uidelicet,Legale,Laudabile,& Dãnabile.Mirabile sacrificiũ(quod
idem est quod sacramentale) hostia uel oblatio est corporis dñi
nostri Iesu Christi,quod est omnium prestantissimũ,dignissimũ,
Mirabile sacrificium. acceptissimum & uere sacrificium sacrificiorũ. Nihil in sacrificijs
De conse. Dist.2.cap. nihil. maius esse potest q̃ corpus & sanguis Christi,nec ulla oblatio po
tior est,sed omnes alias hęc pręcedit.Nunquid melius,preciosius
aut excellentius esse potest illo corpore ac sanguine quibus nos re
dempti sumus & à peccatis abluti? Hoc est sacrificiũ uespertinũ
Psal.140. de quo scribitur Eleuatio manuum mearum sacrificium uesperti=
Exponitur. num.Quod à propheta pręedictũ reddere potest unusquisq; sacer
dos dum sacrificat in altari domini.Quod manibus ego meis ele=
uans ostendo plebi,sacrificium uespertinum est: id est uerũ Chri=
sti corpus ĩ fine sęculorum de cruce deo patri pro hominibus ob
latum passio & crux Christi uictimę salutaris oblatio, holocaustũ
acceptũ deo, sacrificiumq; uespertinũ est, de quo in resurrectione
sua fecit munus matutinum. Multo plura dicenda uidentur de
hoc sacrificio quæ non abs re differemus ad proximam parasce=
uem.Sacrificium legale illud est quod iudęi uarijs de rebus offere
bant:in ouibus,bobus,arietibus, tauris,hedis, columbis, turturi=
bus,thure,

bus, thure, oleo, farina, uino, & id genus alijs quę lex postulabat.

Q. In his ueteris testamenti sacrificijs, tria consideranda ueniũt. Res oblata, ueluti caro uel sanguis animalis oblati, aliaue conueniẽs materia. Res signata seu spiritualiter ĩtellecta, qualis est Christus in agno uel uitulo significatus, pręsentaneum totius mundi sacrificium: humilitas in oue, in tauro uel boue fortitudo uita robusta uel actiua, in capro poenitentia, in auibus turture & columba uita sublimis ac contemplatiua, & in alijs alia. Postremo persona à qua & pro qua fiebat oblatio. Et hęc aut digna fuit aut ĩdigna. Indigna quidem quum ad sacrificium carnaliter dumtaxat aduertebat, intellectum supra rem oblatam non erigens: sed existimãs in ea se purgari & à peccatis liberari posse. Sed fallebantur errantes toto coelo qui sic existimabant. Res enim oblata per se nihil potuit, sed rei significatę tota uirtus & efficacia fuit. Digne sacrificabant qui spirituale quiddam in carnali sacrificio latitare sciebãt uelut in agno, uitulo, uel oue, Christum pręfiguratum: qui sua potestate peccata remitteret, qui sua gratia suos inungeret, & sibi coheredes in regno paterno conglorificaret. Habebant hij fidei beneficia secretam & internam Christi uenturi meditationem: offerẽtes quicquid erat offerẽdum, sub quadam pręcogitatione Christi aliquãdo in ara crucis imolandi, ut sic sponte patri seipsum offerens, nos in sanguine suo lauaret, è captiuitate redimeret, & antiquos patres ab inferno reduceret, ut peccata remitteret, ut gratiæ charismata elargiretur, & tandem in coelo corona gloriæ donaret oẽs. Sic uel explicite uel ĩplicite credebant, & iuxta castũ atq; spiritualẽ hunc intellectũ, uitã apte cõpositeq; degebant. At ea sacrificia per se nude considerata & tantum uirtute operis operati commendata, deo minime placebant: neq; propter ipsa deus peccata sacrificantiũ relaxabat nec quantũ ad reatũ culpæ nec quãtũ ad maculam cõscientiæ: sicut ibi Hieremias affirmat Victimę uestrę non placuerunt mihi, holocaustomata uestra non sunt accepta. Quod tanq̃ exponens Apostolus addit Impossibile est sanguinẽ taurorum & hircorũ auferre peccata. Nec ad hoc illæ uictimæ,

Tria in hoc sacrificio cõsideranda.

Hiere. 6.

Hebræ. 10

res illę materiales & corporę à deo fuerunt institutæ, ut ad peccatorum deletionem pertingerent. Neq; talis efficientis causę ulla
Reatus. culpe & pene
ex parte uim habebant, ad dolendum reatum culpę aut maculam cordis qua deo offensa committitur, sed reatū pœnæ aliquotenus auferebant. Vbi duplicem pœnam notemus oportet; pœnam peccato debitam in inferno uel igne purgatorio persoluēdam: & pœnam à lege transgressoribus sui iuris inflictam. Nullo carnali sacrificio prior aufertur. Posteriorē scilicet pœnā legis & inmūdicias corporales quæ induxerunt irregularitatem quandam incurrentibus esu ciborum uetitorum, tactu morticini seu cadauerum, aut aliarum immundiciarum corporalium, quæ ad cultū dei prophetam inidoneum reddiderunt, ratione quarum ad tempus arcebātur ab ingressu templi, diluebant istiusmodi legis sacramentalia: & talia quęcūq; remouebantur impedimenta per sacramētalia & ceremonias legis. A quo non abludit illud Apostoli Sāguis hircorum aut taurorum, & cinis uitulę aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Ad emundationem carnis ait, qualis erat emūdatio corporis à lepra, & cęteris inquinationibus per carnem & litteram legis assignatis sicut erat omnis morticini tactus quo quis septem diebus reddebatur inmundus neq; licebat interim tabernaculum ingredi donec per aspersionem aquæ expiationis esset emundatus. Carnis itaq; dicit emundationem & nō animæ, manifeste demonstrans illiusmodi sacrificia gratiam mētis & conscientiæ mundatricem conferre nequiuisse. Si tamen ea sacrificia oblata sub perfecta charitate & uera obedientia dei sancientis & instituentis, certaq; protestatione syncerę ueręq; fidei nostri seruatoris aduenturi, & pleni confessione summi eius sacrificij fierēt ita deo perplacebant ut peccatorum expiationem, ut & gratiam etiam gratum facientem procurabant: & sic demum suos immolatores saluabant: Apostolo teste Ex operibus legis non iustificabitur homo, nisi per fidem Iesu Christi. Sic per illam fidem qua credebantur summi in Christo sacrificij significatiua & typus, purgabant conscientiam: sic emundabant: sic à peccatis abluebant.

Marginal notes: Duplex pena peccato debita. — Num. 19. — R. 6. — Hebræ. 9. Exponitur. — Quomodo sanguis pecudu purgabat — Rom. 3.

Quocirca

Quocirca cedebant & euacuata sunt omnia ueteris testamenti sacrificia uni Christo, singulari nobis & absoluto sacrificio: cuius quottidianam in altari memoriam peragimus offerentes eandẽ hostiam, ut illa scriptura perdocet Superuenientibus nouis, uetera proijcietis. Cum uenerit plenitudo tẽporis & miserit deus pater filium suum cum quo ueniet & plenitudo gratiæ de qua nos omnes accipimus: proijcienda sunt hęc imperfecta atq; insufficiẽtia sacrificia, quæ gratiosos facere non possunt, nisi quatenus ostẽdimus. Arbores introspicite: prodeunte fructu, flores excidũt: matureq; collecto, folia marcescunt. Ita uirginei uentris adueniente fructu, de quo canit Elizabetha Benedictus fructus uentris tui: tũc gemmæ, tunc folia, cum floribus: hoc est ceremoniæ legis cum sacrificijs decidere cœperũt: sed eodem fructu tanq̃ in ligno crucis archaq; sepulchri maturato, folia fructus & gemmę, id est eadem antiqua sacrificia prorsum emarcuerunt. Vnde iam passus clamabat Consummatũ est. Nouis exortis: antiqua sacrificia cõsummata cessabant. Videte etiam & pueros. Delectantur magis imaginibus, umbris, & figmentis rerum, fasciolis, lintheolis simulacris, bullis, coralijs, ensiculis, crepitaculis & puerilibus ornamẽtis huiusmodi, quibus pueri suauius delectantur q̃ rebus ipsis: magis equo ligneo, puppa puerili, pictoq; leone q̃ uiuo, plus depicto libello q̃ uero. Ast eas imagunculas & adumbrationes picturatas uiri graues negligunt, ad eas cordati pudescunt. Istiusmodi paruulorũ instar, habent legis antiquæ sacrificuli sensu paruuli & imperfecti: qui figuras, umbras, & imagines, neglectis rebus ipsis, attente celebrabant: quas uiri sagaces & ratione perfecti quorum corda sub noua lege Christi gratia repleuit, nihilipendũt diuum Paulum imitati Cum essem paruulus loquebar ut paruulus, cogitabam ut paruulus, sapiebam ut paruulus. Cum autem factus sim uir: euacuaui quæ erant paruuli. Viris igitur & perfectis nouę legis obseruatoribus, iacent illa sacrificia legalia: q̃q̃ iudęi mendaces sibi contrarium arrogent, ad quos deus ita per prophetam infit Non in sacrificijs tuis arguam te q̃uis mihi sacrificia pe

Leuit. 26. Gala. 4. Ioan. 1. Luc. 1. Ioan. 19. Pueri nugis poci9 q̃ serijs delectantur. 1. Cor. 13. Psal. 49.

cudũ uolucrũ aut huiuſmodi legalia nõ exhibeas:nõ de te pœnas ſumã non te reprehendam in tẽpore nouæ legis propterea ꝙ tũc ceſſent.Reſpondet autem uanitas Iudęorum. Eſto domine deus ſacrificia non curas quæ tota tibi non offeruntur, ſed pars eorum ſacerdotum cedit uſui,pars ad offerentes redit: nihilominus holo cauſta,quæ tibi tota debẽtur,forſan expectabis. Ad id hoc pacto

Ibidem. Exponitur.

reſponſum it dominus Holocauſta autem tua in conſpectu meo ſũt ſemper,ſcilicet tędioſa nõ accepta. Nã ſicut ĩ ſacrificijs omiſſis non arguã te,ita holocauſta illa tua legalia,nõ amplius mihi erũt accepta,aduentante nouę legis tempore in quo illud uerum ſacrificium hactenus ſub illis figuris obumbratum,illud uerum holo cauſtum,illa uera hoſtia corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti ſaluatoris filij mei,pro omnibus mortalibus offertur.Sacrificia ergo ueteris legis ad tempus non ſolum licita,ſed & utilia erant.Sed quãdoquidem Chriſti & eius immolationis ĩ cruce pręfiguratiua erãt, id quod de agno paſchali ꝑcipue patet:reliquũ erat ut adhibita iã ueritate id eſt Chriſto ipſo iã mundo per Apoſtolos nũciato ceſſarẽt. Volẽs igitur propheta ſignificare inſufficientiã ſacrificiorũ legalium, & rurſum neceſſitatem inmolationis Chriſti, ita ad deum ait Si uoluiſſes ſacrificium dediſſem utiq; holocauſtis non delectaberis.Cui conſonat ꝙ idem propheta alibi fatetur.Sacrificium

Pſalm.39. Exponitur.

& oblationem noluiſti. Sacrificium & oblationem ueteris uidelicet teſtamenti noluiſti, nec mirum ſane quando nec gratiam in ſe continebant ullam,nec peccata auferre ualuerũt , imo per ſe quidem neq; acceptabilia neq; meritoria,niſi dumtaxat ex offerentiũ pietate,& ex ſignificatione Chriſti immolandi.Proinde ꝗuis deus ipſe ſacrificia legis ad tempus pro licitis habuit: perpetuo tamen & ad finem uſq; non erant illi placitura,quoniam adueniente iam Chriſto & inter homines agnito, ceſſare cęperunt illa. Atq; hinc

Hebræ.10

eſt quod apoſtolus dicat,ut ſupra memorauimus.Impoſſibile eſt ſanguine hircorum & uitulorum auferri peccata. Secundum quẽ ſenſum intelligenda ſunt uerba aliorum prophetarũ, quę paſſim uidentur reijcere ac reprobare ſacrificia ueteris teſtamenti. Cuiuſ

modi eſt

modi est in primis & illud Esaiæ Holocausta arietum & adipem pinguium nolui. Cui non est absimile quod ab eodem propheta alibi scriptum est Qui immolat (inquit) bouem, quasi qui interficiat uirum. Nec alio spectat quod ait propheta quoq; Micheas Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canē. Et rursum alio loco Nūquid offeram domino holocaustomata? nunquid placari potest deus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Eodē spectat & illud Hieremiæ Quid est q dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas? Quibus libenter neq; id semel concinit hic propheta noster, ut ibi Holocaustum pro peccato non postulasti. Holocaustum enim (id quod uocis etymon facile declarat) id genus sacrificij est, quod totū cōburitur: quasi omnino incēsum, quoniam deo offerebatur ad summā illius maiestatis ac bonitatis reuerentiam pro peccato. Hostia uero dicebatur, quę offerri solita est pro delictorum culpa, cuius altera pars ad dimidium usq; cremabatur, at alterum dimidium in usum sacerdotum cessit ab illis comedendum. Ista autem non requirebat dominus tanq̄ ex se sufficiētia ad salutem, aut perpetuo duratura: ad tempus tamen pręcepit huiuscemodi sibi immolari, ut iudęi populus duræ admodum ceruicis per talia sacrificia deo rite exhibita, utcūq; retraherentur à sacrificijs & cultu idolorum, ad quas res erāt maxime proni & procliues. Et hac de causa deus nō dedit illis pręcepta sacrificiorum, nisi posteaq̄ iam ad idololatriā declinassent. Quod & ipse dominus apud Hieremiam testatur, dicens Nō sum loquutus patribus uestris, nec pręcepi eis de uerbo holocaustomatum in die qua eieci eos de terra ægyptiis. Atq; alibi ad eundem modū Amos Nūquid hostias & sacrificiū obtulistis mihi in deserto annis quadraginta domus Israel? Quapropter quia huiusmodi sacrificia nec apud deum accepta erant, nec ad delenda peccata satis per se sufficientia: uisum est omnipotenti patri ut in hunc mundū mitteret unicum filium suum incarnandum, ut pro nobis miseris peccatoribus passus, & in ara crucis sponte īmolatus, nos ab æterna morte

Esaiæ. 1.
Esai. ulti.
Miche. 6.
Hiere. 11.
Psal. 39.
Holocaustū & hostia quid differant.
Hiere. 7.
Amos. 4.

Ephe. 5. na morte redimeret:pretio pro nobis abunde soluto Tradidit se=
metipsum pro nobis(ut ait Apostolus) oblationem & hostiã deo
in odorem suauitatis. Vnde satis perspicuũ est deum iã uictimis
& hostijs saturum esse,& holocausta fastidire. Tritus enim loquẽ
di modus est ut quis quod odio habens declinat,id sibi semper oc
currere uel in conspectu esse dicat. Nec multum absimilis huic
est ille sermo quo iudęi illud suum Mannę fastidium declarant
Num. 11. Oculi nostri non uident nisi Mãna. Simpliciter omne genus an=
Psal. 49. tiquarum oblationum repudians ait Non accipiã de domo tua
uitulos,neq; de gregibus tuis hircos ut eo modo offerantur sicut
in ueteri testamento offerrebantur, q̃uis aliter offerri possint mi=
nistris ecclesiæ seu pauperibus ad sustentaculum uitæ.Cum ipse
dominus pro se talibus non eget, cũ omnia illius ditionis fuerit,
Ibidem. quemadmodum subiungit Meę sunt omnes ferę siluarum,iumen
ta in montibus & boues,cognoui omnia uolatilia cœli, & pulcri=
tud[illegible] agri mecum est,meoq; nutui seruiunt omnia. Ideo si esurie=
ro non dicam tibi. Quid autem me sitire uel esurire posse putas?
Ibidem. Nũquid ego manducabo carnes taurorum,aut sanguinem hirco
rum potabo? Falleris falleris ô iudęe,falleris ô ethnice si sic opine
Sacrificiũ laudabile id est mẽtale. ris. Quid t[illegible] faciam deo irato placiturus? Certe relinquitur aliud
genus sacrificij quo nunq̃ potes abuti,sed honeste magnaq; cum
laude semper exercetur. Illud est mentis ac purę uoluntatis sacri=
ficiũ,quando per integrã fidem syncerãq; pietatẽ & contritionem
quis se deo totũ offert,quod & laudabile uocitat̃. Et exhiberi po=
test de re uel substantia tua, de corpore tuo, de potentijs animæ
tuæ. Res si habeas,sic est offerenda ut claritudo mẽtis sit semper
Prouer. 3. annexa,de qua sic sapiens adhortatur Honora dominum deum
Exponitur. tuum de tua substãtia,& de primitijs frugum tuarum da pauperi
Eccle. 14. bus. Et Ecclesiasticus Fili si habes bona benefac,& deo dignas ob
Exponitur. Quomodo & de quibus rebus offerendum deo. lationes offer,memor esto quoniam mors non tardat. Hic de re=
bus quas habes offerendum,& qualiter offerendum edoceris. Pri
mo considerandus est honor dei cum spontanea pręceptorũ ob=
seruatione:quæ si transgrediamur,uerendum est ut quicquid prę=
terea faci=

terea facimus haud placere queat: sicut Augustinus asseuerat Munera tua non placent deo nisi ex te bono. Quare scribitur in Genesi ꝙ Respexit deus ad Abel, & ad munera eius: sic ꝙ muneris acceptationem antecesserit bene offerentis approbatio. Volēs itaqꝫ Gregorius ut cum externa liberalitate iungas internum conscientiæ candorem, contra facientes ita sugillat Qui escam aut uestimentum pauperibus elargitur, animæ tamen & corporis inquinamentis polluitur: quod minus est offert iustitiæ, quod maius est culpę: sua dat deo, seipsum diabolo. Quamobrē principio sapiēs iniungit ut honores dominum deum tuum: subdens de tua substantia. Des oportet de rebus tuis & non alienis, quod tuis iustis laboribus non rapinis, non iniurijs, nō falsa dominatione uel exactione, non furto, periurio, mendacio, dolo, non ludis illicitis, nō usura, symonia, ueneficio, cęterisqꝫ uel malignis uel interdictis artibus acquisijsti. Multi diuites & auari, conuasatores & usurarij, deo munus interdum offerunt: eleemosynam pauperi tribuunt, nudum uestiunt, peregrinum hospicio recipiunt, sitienti potum, esurientiqꝫ panem donant: an hoc est acceptabile sacrificiū & deo gratum? Gratum esse non potest ubi bonum opus malo tollitur aut obscuratur. Vestitus gaudet, sed expoliatus ingemit: exceptus hospicio tuo bene habet, sed ędibus suis exclusus āgitur: repletur unus, & alius fame torquetur: unus de manu tua stipem accipit, & alius à te misere iugulatur. Multos multis spolias, ut uni pauca largiaris. Ille quem decipis lamentatur, cuius bona diripis flent eius pueri, clamitant parentibus, pater porrige panem, prębe potū ò mater, cibum, tegmentumqꝫ corporis, cum illis miseris nihil sit quod dent, per te prius dispoliatis: parentes deflent liberos, liberi rursum parētes: & domestici priuati necessarijs, iniuriam expostulant clamātes ad deū. Nūquid clamor eorum ascendit in aures domini Sabaoth, qui uidet quicquid utrinqꝫ geritur? Ascendet profecto ascendet, sicut ait ipse dominus Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vocem fraterni sanguinis de terra clamare dicit. At quomodo fieri potest ut sanguis in terram effusus, uocem ad cœlos

Augusti.

Grego. in pastor.

Eleemosyna ex rapinas data, nō prodest.

Rapina vindictā clamitat

Gene. 4. Exponitur.

ad cœlos extollat? Etiam certe poteſt. Nam hic uox operis & nõ oris intelligitur. Iſta uox operis, eſt iniuria illata, quæ tanq̃ iniurio ſi uindictam quęrens, coram deo ſiſtitur. Tu ſanguinem eius à te negas effuſum. Reuera cuius ædes & horrea ſpolias, cuius agros, fruges & gramina popularis, cuius pecuniam aufers : eius uitam tollis, eius ſanguinem fundis. Vita nanq; conſiſtit in ſanguine, ſanguis ex alimento generatur, alimentum illiſce rebus acquiritur iam qui res illas aufers, an non una ſanguinem & cum ſanguine uitam eripis? Et hęc pauperis uita ſic iniuſto gladio ſublata ĩ morem clamantis, ad dei tribunal aſcendit, cum iniurioſo hanc iniuriam intuliſti, ſimul hij uociferantur ad deũ Vindica domine ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt. Et illud Apocalypſis Vſquequo domine non iudicas & non uindicas de his qui habitãt in terra. Refugium tamẽ quale prius attigimus, & excuſationem inuenis. In carcere uinctos inquis & infirmos te uiſitaſſe, nudos amictu donaſſe, peregrinos & inhoſpites hoſpicio ſuſcepiſſe, cæteraq; pietatis opera perimpleſſe dicis. Quid iſta proderunt, cum multis alijs iniurius & immitis extiteris? Gaudent, gaudent quibus iſta dediſti, multo tamen magis plorant quibus abſtuliſti. Vtros horũ exauditurus eſt dominus Vnus orans & unus maledicens, cuius uocem exaudiet dominus? Audi quod ſubdit Eccleſiaſticus Deprecationem lęſi exaudiet. Ideo quòd monet Honora dominum de tua ſubſtãtia, ut dum lætatur quem iuuas: nõ ſit qui læſus doleat. Et de primitijs frugum tuarum da pauperibus. Quæ meliora ſũt primitias frugum appellat, uolens ut non ſordida ſolum ciborum fragmina, uel lacera ueſtimentorum aſſumenta quæ ſunt uſibus inepta pauperioribus eroges: ſed nõ ĩmemor illos eſſe tui ſimiles, apud deum & chriſtianiſmo pares, eiuſdemq; regni cohęredes nõ diſſimili cibo ueſteq; dignareris aut iudices. Memẽto chriſtiane quomodo pauperes membra Chriſti ſint, & quicquid eis facis, tãq̃ ſibi factum accipiat: inquiens Quod uni ex minimis iſtis feceritis mihi feceritis. Vides itaq; ꝙ quicquid pauperibus Chriſti facias, idipſum ipſi deo facias. Et uis deũ peiori q̃ teipſum cibo paſcere? uis uiliore

Eccle. Apoc. 6. Eccle. 34. Exponitur. Matt. 25. Exponitur. quantum tribuit bone voluntati deus.

uis uiliore ueste tegere? Si nolis: neque pauperem ita pascas aut uestias. Vis Christum fallere? uis percutere? uis maledictis incessere uel iniurijs afficere? Si nolis: nec in paupere, personam eius ita tractes: Cui si uel calicem aquę frigidę tantum dederis nō perdes mercedem, siq; nec tantillum possis, sufficit bona uolūtas, dummodo iuxta facultates Christum in paupere respicias: & pro dignitate Christi nō pauperculi quod dabis adaptes. De primitijs ergo frugum da pauperibus, memento dare dum uiuis, & Ante mortē benefac amico tuo. Benefac pauperi uel indigenti proximo, benefac omni cui potes homini, maxime domestico fidei. Nā is tuus amicus est, in quo, summus amicus tuus Christus ad te uenit. Bene iubet ante mortem benefacere, ut istam differendi uel procrastinandi consuetudinem tollat. Iubens enim ante mortem, uult ut illico & semper benefacias: quoniam ut nihil est morte certius, ita nihil incertius die uel hora mortis. Mors adest in ianuis, prostat in limine, latitat in domo, de fenestra conscendit, tegulas muros & tigna penetrat, atrium obambulat, in conclaui sedet, recumbit in mēsa, lecto assidet: intus, foris tecū est, hæret cubito, de latere non recedit. Exis fores, an regressurus ignorans. De fenestra prospicis, quis respectum pollicetur? Quis in prandio uel morsus primi, te securum facit? Inter calicem supremaq; labra, sæpe mors interuenit. Cubas, nemo nouit an sis surrecturus. Ad opus te paras, ad iter accingeris, quis scit an sis perfecturus? Fac omnino paratus sis in aduentum amici tui Christi, qui mortem pro nuncio pręmittit. Expeditius autem te parare nequis q̄ pauperibus amicis eius & tuis interim benefaciendo. Sic ut tu cum cæteris parati sitis, ipse Christus admonet Estote parati, & uigilate quia nescitis qua hora ueniet, media nocte, gallicantu, an mane. Cauetote ne mors dormiētes aut oscitātes occupet uel inopinata premat. Pleriq; oēs homines tam male comparato sunt ingenio ut post mortem sua distribuenda relinquant, ante mortem nihil ipsi tribuant. Ô stolidi mortales & īfortunati. Vosmet ipsi fallitis. Si malus uos affectus à distributione detinuit, si uestra uos auaricia retraxit: ignis æterni periculum

Matth. 10.
Eccle. 14.
Exponitur.
Ante mortē eleemosynam tuā presta.
Adagium.
Mar. 13.

periculum incurritis. Sin à peccati mortalis damnatione liberati, pœnas peccatis debitas haud abũde soluistis: rebus eas uestris redimere potuistis. Vbi iam negligẽtia uitæ pręsentis uos igni purgatorio destinat, in quo q̃q̃ non æternas, pro tempore tamen infernis æquales pœnas luetis. In flammis cruciati remedium quęretis sed irremediabiles, ibi exclamabitis sed & ĩexauditi, ibi clamabitis pro guttula aquæ ad Lazarum iam molliter in Abrahami sinu repositum: sed nec Abramus auscultat, neq; respicit Lazarus indignum & immisericordem epulonem. Vnusquisq; pauper quem tu iuuare poteras, & iam pater cœli de miseria mũdi uocauit ad gloriam, tibi Lazarus est: in cuius sinu si eleemosynã abscõdisses ipsa pro te nũc orans adiuuaret. Sed qui miser à te nihil obtinuit: neq; tibi iam misero succurrit. Parare de Mammona debueras amicos.

Iob. 19. Exponitur. Habere te dicis amicos & clamas ad eos Miseremini mei miseremini mei saltem uos amici mei quia manus domini tetigit me.

Qui veri Amici. Quos quęso tibi credis amicos? Notos & uicinos? At non ante teget ossa humus, q̃ obliuiscentur isti tui quos credis amicos. Seruos & domesticos? Nouus dominus memoriam ueteris, illico deradet. Vxorem, filios, & consanguineos, ac affines? uix inq̃ uix horum unus tam fidelis inuenitur, ut non tuus subito labatur pectore uultus. Ipsi diuitias tuas tibi pręferunt. Propter has tam parce

Perditi heredes gaudẽt morte parentum. prius asseruatas te lętantur absente: quo liberior & iocosior usus accedat. Filius qui prius ante diem in paternos annos inquisiuit, obuenientis patrimonij tanto gaudio diffluit, ut una patris meminisse nequeat. Vxor ad gratiam noui mariti se componit. Cæteri cognati portionem ad quam inhiabant nacti, nihil habent quod animo pręterea gerãt. Plerumq; tales tam immemores & ingrati sunt ut nec semel oratione dominica, pręculaue breuiore te iuuent aut ab alijs iuuari procurent. Si (quod publicitus fieri solet) propiciatum ire deum ore tenus exposcant: satis superq; fecisse putant. Quinimmo pulla lugubriq; ueste tectos esse uidemus, mœstum ostendere uultum, gestum habere luctuosum, gemebundos incedere, sequi uel præire pheretrum, funusue deportare cũ prætextu miri dolo-

miri doloris. Hui. Nugæ. Sunt hęc pręludia funerum. Nigra uestis, mens læta. Sub hac specie doloris, pectus exultat. Qui sunt igitur amici quos misereri tui postulas? Sũt tibi quidam quos singularis fidei spes adeo commendauit, ut eos omnium quæ relinquis, heredes seu (quos uocant) executores constituas. Quorum si te non doceret experientia quottidiana q̃ iniqua sit executio, q̃ subitanea defunctorum obliuio, q̃ iniusta bonorum dissipatio: tolerabilis esset ista credulitas. Cum rarissimam illorum etiam esse fidem clarissime scias, tua uoluntate falleris, & libenter es miser. O stulte, quis ut alij tibi non imponant qui tibi ipsi uolens imponis? Qui uiuẽs non inducis in animum ut in usum animę tuę res tuas impendas, credis alios ad id aduertere uelle? Quomodo tui miserebuntur alieni, qui tibi non misereris ipsi? Quis erga te pius & iustus erit, cum sis in teipsum impius & iniustus? Si te non retrahas à flammis ut non uraris, quis eripiet ab eis in quas inijceris? O stulte, stulte, tu tibi uiuẽs exhibere potes, quæ nemo alius uult aut pręstare potest. Si tu nolis cum bene possis, ipsi nolũt aut forte non possunt cum tu uelis. Vulgare est hoc & in ore omnibus Qui nõ uult dum quit, dum uellet forte nequibit. Restingue flãmam dum restingui poterit, ne postea fiat inextinguibilis. Aquã ante te proijcias in ignem & non à tergo, ne flammis ante comburaris, q̃ aqua sequens ad te perueniat. Quod uiuẽs manu tua porrigis, ante te procedit, usq; ad restinguendas has flammas: quod alijs pro te distribuendum tradis, id procul, te sequitur iam flammis exustum. Hinc scito quis tibi uerus fuerit amicus. Potes esse tibi uel fidus amicus si rebus partis salutem animæ queras, uel ca-

A. pitalis inimicus si custodiam rerum tuarum tibi noxiam efficias.

7. Si fueris fidus ipse tibi, multos alios ita conciliabis amicos. Conciliabis quotquot eleemosyna iusta demereris. Hi pręcedentes de purgatorijs flammis, te transuehent intactum: docente Euãgelista Date eleemosynam & ecce omnia munda uobis. Nã (ut alibi scribitur) sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum. Vbi peccatum dicit extinctum, pœnã peccati significat ablatũ. Que-

Executores potius sibi cõsulunt q̃ defũctis.

Tu adhuc uiuens, sis tibi ipsi executor

Adagiũ uulgare.

Virtus eleemosyne.

Luc. 11.

Eccle. 3.

Iob.12. nam illa poena sit, authoritas ista probat Eleemosyna à morte liberat, nec patitur homines ire in interitum. Hęc solum est remedium peccaminum, sola patrocinatur in die iudicij, quia misericordia superexaltat iudicium, & Iudicium fiet ei sine misericordia qui non facit misericordiam. Quam ob rem illud Augustini consiliũ imitator Redime te dum uiuis, redime te dum potes, redime te dũ precium habes: ne cum mors te pręuenerit & uitam simul & precium perdas. In dubium uertitur & in peiorem sæpe partem inclinat, quicquid hęredum ex asse relinquis arbitrio: extra sortẽ & uere tuum est, quod tuis ante manibus absoluitur. Audistis quale rerum nostrarum sacrificium sit deo placiturum, audite iam quomodo corpus immolare debeamus. Id ibi docet Apostolus Obsecro uos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placẽtem, rationabile obsequium uestrũ. Sicut dum serui fuistis peccati ad mortem exhibuistis membra uestra seruire immundicię ad iniquitatem ita nunc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quibus uerbis Apostolus macerationem carnis cum domatione quam ex professo per-impleuit inquiẽs Castigo corpus meum & in seruitutem redigo cęteris quoq; persuadet. Et septem deinceps condiciones illius assignat. Voluntariam exigit qui uult ut exhibeatis corpora. Iubet proprię carnis castigationem, qui subiũgit uestra, non aliena. Sũt enim qui prępostere conducunt alios ad complementum sue poenitentiæ, nec inaudiunt illud Christi Qui uult uenire post me abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Qui iubet corpus ut hostiam exhiberi, uult ipsum corpus interfici, nõ morte temporaria sed qua peccator moriatur dum rebelles carnis motus corporis afflictionibus & tormẽtis extinguimus: cupiditatẽ enormen excludimus, & ita peccatum expiamus. Hostia uero uel expiationis, uel pacis habendæ causa, mactari solebat. Quę comuniter in ueteri lege pro quouis sacrificio accipiebatur quæ deo offerri solita fuit. Viuentem hostiam requirens uult illud corpus quod sit peccato mortuum, fore gratia uirtuteq; uiuidum. Contingit illud si sic

Margin notes: Iaco.2. — Augusti. — Sacrificium — Rom.12. — Exponitur. — Rom.6. — 1.Cor.9. — Septẽ requiruntur ad sacrificiũ corporis. — Luc.9. — Hostia viua.

lud si sic amore domini nostri Iesu Christi corpus affligatur, ut uirtute solidum ad uicia fiat inualidum. Vnde subdit hostiam corporis oportere sanctã esse, hoc est in uirtutibus atq; bonis operibus firmam & constantem: ut impleatur quod pręceptum est Estote sancti, quia ego sanctus sum. Qui deo placentem expetit, uult hostiam bene constitutam ac ordinatam esse. Hęc est ordinatio dei, ut quicquid in corpus facis, ad dei gloriam facias & animi tui meritum, non ad captandam auram popularem. Subiungit itaq; rationabile obsequium, ut ipsa mactatio carnis cum prudentia perficiatur, nec ultra maceretur aut exercitijs urgeatur, q̃ ut spiritui seruiat, nec in sese nimio pondere uicta succumbat. Si idoneam corporis exercitationem ignoras, qua sic carnem cum spiritu componas, partim edocebo. Ori sit frequens oratio cum lectione. Auribus iugis auditio uerbi dei: pedibus aditio templi, sacrorum uisitatio, adoratio dei, diuorumq; salutatio frequẽs: manibus eleemosynarum exhibitio crebrescat. Oculis haud sit infrequens effusio lachrimarum. Semel omnes corporis tui uires sic sunt exercẽdæ semper, ut nunq̃ ociositate (quæ uiciorum omnium mater est) lentescas: Nec inquietus, agens curiose, uel gratis panem expectans, scilicet in sudore uultus, in labore ac fatigatione die ac nocte operans in silentio manduca panem. Cordis autem occupatio parti in inuestigatione ueri, partim in executione boni, tota consistat. Cuius non est pars minima peccatorum recogitatio cum contritione. Tali sacrificio nihil deo charius. Econtrario, multi qui delectationes & concupiscentias carnis insequũtur, ocio delicijsq; scelerose quęsitis corpora pascentes: non deo sed diabolo sacrificãt Quoties enim peccamus, diabolo sacrificamus. Multi sic robur & habitudinem corporis affectant, ut fortitudinem spiritus extinguant. Sic per concupiscentias, delectationes carnales, ac scelerosam uitam corpora sua enutriunt, ut fortes fiant in peccatis, fortes in uita diabolica. Et hęc est hostia diabolo gratissima. Idcirco sic præmonet Apostolus uerus dñi Iesu sacrificus Nõ regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut eatis post cõcupiscẽtias uestras

Hostia sancta

Leuit. 9.

Quidã deo quidã diabolo sacrificãt.

Origenes.

 sed morti-

Collos.3. sed mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Intelligite
Exponitur. Discrimen inter viuificare occidere, & mortificare. loquendi formam. Non uiuificari membra nec occidi iubet: sed mortificari. Vbi mortificationem, inter occisionem ac uiuificationem constituit mediam. Viuificant, qui corpora sua delicijs infarciunt: ut sic enutritis & distētis membris, facile uiciorum princeps imperet, per concupiscentias ad uiciorum quidlibet illiciēs ac præcipitans: De quo quod in uno statu dixit Apostolus, omnibus tamen applicari potest
1. Thi.5. Vidua quæ in delicijs uiuit: uiuens mortua est. Occidunt, qui per nimiam & indiscretam abstinentiam ac austeritatem ita membra debilitant, ut una cum uicijs naturam enecēt. Quod facere cœperat ille Timotheus qui ieiunio corpus adeo deiecerat, ut infirmius esset, q̃ libere deo seruire queat. Cui propterea
Ibidem. Exponitur. præceptor Apostolus iniunxit Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere propter stomachum & frequentes infirmitates tuas. Non simpliciter ait utere uino, sed modico uino: ne cōtra illud pronūciet quod alibi dixit
Ephe.5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Neq; hoc seruandæ moderationis hortamine Timotheo qui uolebat si per infirmitatem licuisset, in totum abstinere: sed nobis opus erat qui sæpe crapulamur & ingurgitamus. Ad illū scribens, nobis inebriandi nimiumue bibendi licentiam inhibet, ceu modum ac limitem constituens quo tantum bibere iubeat, quod necessitudo poscat & ualitudo permittat: non quod orexis appetitusue & insatiabilis consuetudo requirat, sed quod sanitatem augeat non imminuat aut deperdat.
Incōmoda quæ vinū insequūtur. Immodica uini potatio uires omnes animi & corporis eneruat, affectus noxios & pestilētes exuscitat, difficillimos morbos ingenerat, prauas cogitationes ichoat, peiores conatus acuit, & tādem turpissima facta procreat. Sed causabitur aliquis uinum à deo datum ut bibatur: Certe, ut utantur sobrij non abutantur ebriosi. Vinum sitim sedat, & prodest si finem non transilias.
Psal.103. Vinum (ut Propheta dicit) lætificat cor hominis: modice uidelicet sumentis: immodice autem sumptum, immensam tristitiæ materiam struit, & infinita parit incōmoda. Tētans gressus: pedum manuum, immo totius corporis officium impedit: &

pedit:& dum mentis omne iudicium peruertit,& metus, & probitas,& pudor omnis abest. Venter estuans mero, facile despumat in libidinem. Est ergo modus in uini potatione, Sunt certi deniq; fines quos ultra citraq; nequit consistere rectũ. Moderamen quo natura modicis contenta refouetur uiciosas exuperationes expellat: quarum declinatione membra uere mortificantur. Sic enim Apostolum per membra, uicia corporis intellexisse non addubitabit, qui quæ sequũtur attendet. Mortificate inquit fornicationem immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auariciam quæ est idolorum seruitus, propter quæ uenit ira dei. Extinguenda fornicatio ne regnum dei abripiat nobis Hoc nãq; scitote intelligẽtes q neq; fornicatores neq; adulteri neq; molles, neq; masculorum concubitores regnum dei possidebunt. Emũdanda quidem immundicia eodem monitore: quoniam ita fietis sancti. Fornicatio & omnis immundicia nec nominetur in uobis sicut decet sanctos. Immundicia luxurię fex est. Per fecem liquor omnis agnoscitur: aut ex colore, sapore, odore aut alio simili iudicio. Ideo qui uult ut omnis immundicia non nominetur in uobis: consulit ut nulla fex peccati, & pręsertim luxuriæ, nulla delectatio, consensus nullus, nulla macula, nulla pollutio, turpitudo nulla: nedũ actus aut frequentatio in uobis appareat. Ob hanc rem alibi pręcipit Ab omni specie mala abstinete uos. In tantum uero detestatur & odit istud uicium carnis Apostolus, ut quotquot ad illud uel pręcedentia uel subsequentia mouent, simili censura percutiat: dicens non nominetur in uobis turpitudo, stultiloquium, aut scurrilitas. Sic ergo mortificare debetis membra uestra. Sed quæ membra rogas? Volo mortifices oculum, linguam, manum, pedem, & alia quęcũq; membra siqua te trahant in offendiculum. Si oculus tuus dexter scandalizet te, erue eum & proijce abs te. Et si dextera manus tua scandalizet te, abscissam proijce à te. Quid hoc significet psalmista declarat ubi adhortatur Auerte oculos tuos ne uideant uanitates. Et dominus in Esaia Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. Manus enim uestrę plenæ sunt

[Margin notes: D. 7. — Hierony. Horatius. — Collos. 3. Exponitur. — 1. Corin. 9 Quo sint membra mortificanda. — Ephe. 5. Exponitur. — 1. Thes. 5. — Ephe. 5. — Matth. 5. — Psal. 118. — Esaiæ. 1.]

Totus homo deo immolandus.

sanguine. Macte uirtute adolescens, hoc deo sacrificium immola, corpus totum ei consecra. Si pueritiam, aut iuuentutem diabolo

Augusti.

manciparis: an opinaberis reliquũ ætatis fore deo gratum? Maledictus qui offert florem iuuẽtutis diabolo, & fecẽ senectutis deo.

Ioan. 6.

Nũq̃ repudiat ad se uenientem qui dicit Qui uenit ad me nõ eijciam foras: at qui mature ueniunt, charissimos eos habet: dicens

Matth. 19.

Sinite paruulos uenire ad me, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Quapropter omne tempus & pars unaqueq; corporis offeratur deo: sobrie, pie, iuste, casteq; uiuendo. Omne tempus non solum infãtię, puericię & adolescentię: sed & iuuentutis, uirilis ætatis, senectutis & decrepitatis. Vniuersa etiam corporis membra: caput uidelicet, oculi, lingua, os, aures, manus, pedes, cor, anima: & totus deniq; homo: & ista sacrificare: uerum iustitiæ sacrificiũ appellatur, & est. Et ad istud sacrificium offerendum, propheta nos sedulo inuitat dicens Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in do

Psal. 4. Exponitur.

mino. Ne quid ignoretis, iustitiæ sacrificium est, cũ omnia nostra deo sic applicentur, ut nihil ab eius uoluntate discordet: quorum E.
tota spes erit in domino sita iuxta prophetę consilium Sperate in 7.
domino. Spes autem ista, certissimum pręmium est obtentura. Si pauca de sacrificio animæ nunc adijciamus: huius rei summã absoluisse uidebimur. Sacrificium istud, cõsistit in abnegatione proprię uoluntatis, in obtemperando deo & diuinis tum pręceptis tũ consilijs: dum illi tribuis totam animam, totam uoluntatem, affectum omnem, amorẽ, desiderium, timorem, honorem, reuerenciã, obedientiam & obsequium, & deniq; ipsam (de qua iam plura dicturi sumus) gratiarum actionem: quam pro beneficijs acceptis, deo semper referẽdam agnoscimus. Et postea refutatis uicijs quę

Ephe. 5. Sacrificium animę.

diximus cum gratiarum actione, quod subiunxit Apostolus Nõ sint in uobis stultiloquium & scurrilitas sed gratiarum actio. Sed ut ista gratiarum actio plena sit & efficax: quattuor insint oporte

Gratiarum actio i quatuor consistit.

tet Magnitudo, Vniuersitas, Assiduitas, Hilaritas. Magna necesse est ut sit actio gratiarum, ne dei benefacientis merito q̃tum in nobis est, non respondeat: cum multa & magna sunt erga nos eius beneficia-

beneficia. Implēdum est ergo quod scribitur Magna nobis egisti, 2. Macha. 1
ideo magnifice gratias agimus tibi. Vniuersalē esse oportet, quādo singula dei beneficia numerare nō possumus, in uniuersū pro omnibus & singulis agemus gratias. Agemus pro prosperis quibus enutrimur, agemus & pro rebus aduersis quibus erudimur: ut simus (quod monet Apostolus) gratias deo agentes semper pro Ephe. 5.
omnibus. Et qui nūq̄ benefacere tueriq; desistit, assiduas perpetuasq; ei gratias agere debemus: uti se fecisse monstrat aliosq; facere uelle uidetur Apostolus Gratias inquiēs agimus deo sine in- 1. Thes. 2.
termissione. Neq; gratias agere tantum, sed cum læta fronte, hilariq; etiam animo oportet agere, quoniam Hilarē datorē diligit 2. Corin. 9
deus. In quibus Apostoli uerbis admonet Augustinus ut grati si- Augusti.
mus deo pro eo quod habemus, ne perdamus id quod habemus. Nam beneficia multa, magna, & assidua: multas, magnas, & assiduas gratias expectant. Hactenus hęc de sacrificio laudabili, solum superest sacrificium damnabile, de quo pauca perstrigemus. Hoc autem est sacrificium malorum operum quod diabolo peccatores offerunt, de quo scribitur in Deuteronomio Immolauerunt Deut. 32.
filios suos & filias suas dęmonijs. Vnde pręter planum atq; litteralem sensum, ille non absurde carpitur sensus, q̄ opera sua scelerosi seq; ipsos in operibus dęmonijs immolēt. De quibus pręterq̄ quod de legalibus ante docuimus, pręcipue potest quod Prophęta subnexuit intelligi Holocaustis non delectaberis. Non delectatur deus sacrificijs legalibus, sed eadem obhominatur, atq; eisdē utentibus, omnem regni sui negat introitum: ita per Paulum pronūcians Caro & sanguis non intrabunt in regnum cœlorum. Q2 1. Cor. 15.
illa uetera & carnalia sacrificia non erant aliud q̄ imago quędam & figura horum cœlestium & spiritualium, quę nos quottidie in ecclesia immolamus Iesum Christum mundi seruatorem, uerū & unicum dei filium. Pręter quod salubertimum sacrificium, est & aliud quoddam spirituale quod magnopere deo placet: ut in pximo uersiculo propheta satis dilucide declarat addēs. SACRIFI Versus. 18.
CIVM DEO SPIRITVS CONTRIBVLATVS COR

E. 7.

contritum

contritum & humiliatum deus non despicies. In quibus uerbis de clarat quid pro peccatis delendis offerendum sit, tanq̃ sacrificium deo multo acceptissimum Spiritus uidelicet contribulatus & cor cõtritum. Atq; hoc sacrificij genus, post illud sacrificium de quo pauloante egimus, inter cętera longe utilissimũ est. Nam dolor & contritio pro peccatis libenter accepta, pręcipua pœnitentiæ pars est, quę deum iratum facillime reconciliat. Per quam antiquæ legis sacrificia quantamquantam habuere, sortiebantur uirtutem. Ex se & opere (ut uocant) operato nihil possunt ad peccati ueniã, mediante contritione ualent plurimum. Deus enim non uult ea quæ sunt hominũ, tanq̃ opus his habens: uel authore prophæta Bonorum meorum non indiges domine: sed uult ipsum hominẽ, cui non renitenti beneq; uolenti benefaciat. Non quęro quæ uestra sunt inquit ipse, sed uos: non quæ corporis & mundi sunt pro me ipse quæro, sed pro membris meis. Pro me, quęro cor uestrũ: non bouem, non equũ, aut arietem, nõ togam, tunicam aut uestẽ aliam: non agros, horrea, uel pecuniam. Hęc enim egentibus mẽbris meis, urgẽte necessitate, distribui uolo. Vos autẽ cordaq; uestra mihi seruari moneo. Cuius rei te admonui per Salamonem dicẽtẽ Fili præbe mihi cor tuũ. Quid petit qui cor tam ardenter efflagitat? An istud carneum in corpore medio situm? Immo pręter id aliud est quod petit. Quid? Vulgo enim dicitur habebis cor q̃ diu uiuo. Quid hoc est? non certe aliud q̃ beneuolenciã atq; amorem perpetuum. Idem in sacris quoq; literis cor sępe sonat. Itaq; deus cor tuum requirens: uolũtatem tuam requirit, spiritum tuũ, animum, amorem internum, spiritum contribulatum, cor contritum: imo teipsum totum. Hę sunt primitiæ frugum tuarum soli deo consecrandę. Corpus, sed anima pręcipue deo seruiat. Nam corporis exercitatio, ad modicum utilis est: animi uero pietas est utilis ad omnia, promissionem habens uitæ, quæ nunc est, & futuræ. Corpus tamen cum animo si coexerceas: summa tibi commoditas est, & deo maxime placens. Propheta nanq; spiritum non tribulatum sed contribulatum ait: ut corporis afflictio concurrat.

Pœnitentia est sacrificiũ deo acceptissimum.

Psal. 15.

2. Cor. 12.

Exponitur.

Prou. 23.

Oportet corpus & animã deo simul exercitari.

1. Tim. 4.

Debet cũ

Debet cum mœsto animo, pœna carnis assumi. Quidam afflicto corpore non dolent animo, dolentes alij carnem, non castigant in seruitutem redigentes. Neuter horum abunde facit, cum fomes carnis ex animi consensu in peccatum eruperit. Nonnulli spiritū & carnem ex æquo peccantes, æquali pœna retūdunt: nec iniuria. Quidam nec animo nec corpori frœnum correctionis imponunt, quorum spes nulla salutis. Ergo non relinquitur ulli iusta querimonia ꝙ placandi post peccatum dei uiam non inueniat. Lumen sui solis, & suam deus gratiam omnibus impartit. E fluuio tā pauper q̄ diues aquam haurire poterit. At modum, tamen ignoras diuinæ uoluntati satis faciendi. Audi prophetam, ipse te docebit. In me sunt inquit, deus uota tua ut reddam laudationes tibi. Intra me sunt quæ desideras, in me sunt thesauri quos quæris, delicię quas appetis, & dona quibus omnino placaris. An immolationis quæ nunc exoleuit animantia, an templorum, altariū, simulachrorum, & uestium ornamēta, an thymiamatum odoramenta cū primis expectas? Ista foris sunt: tu quæ sunt intra nos te uelle dicis. Non possunt ab omnibus ista pręstari: tu quæ sunt æqualiter omnium, ea solum expetis, nec ita diuitum grande munus accipis ut quantillum pauperis excludas: immo si nihil externum quod deo des habeas, in te tamen est quod offeras: in te quod uoueas, intus quod uotis dei respōdeat. In me sunt deus uota tua. Nō est opus ut partes transmarinas adeamus, empturi quod deo offeramus. Neq; est cur in arabiam nauigemus importaturi peregrinas opes Aurum, Thus, Mirrham, cæteraq; id genus Aromata, quibus in sacris uti solēt. Neq; urgemur ut de armēto aut grege uitulos, agnos aut arietes adducamus. Sed intus sunt quæ deo placebunt, intus inq̄, in scrinio cordis. Intus sunt cor, intus anima, uoluntas, conscientia intus sunt uirtutes, cogitationes, & opera bona. De cordis archa profer diuinæ laudis & cōfessionis incēsum, ex animæ prōptuario cœlestis uitæ desiderium, de cellario bonæ uoluntatis conformem diuinæ uoluntati consciētiam, profer fidei, spei, charitatis & pietatis omnifidæ sacrificium: profer argumenta, profer opera rationi

Psal. 55. Exponitur, Intus ē quo deo sacrifice mus.

rationi consona, fideiq; respondentia. Si deum diligas, rite sacrifica. Clausam in corde dilectionem istam gesta quam nemo tollere potest quominus ubi uelis immoles. Sequant hostes & diripiāt omnia, spolient latrones & procellæ, dissipent aurum, argentum, es, omnem supellectilem, pecora, seruos, agros, domos, omne patrimonium. An simul auferent uota tua domine quæ reddam laudationes tibi? Permisit à Sathane deus omnia quæ simplicissimus

Iob. 1. ac patientissimus Iob habebat inuadi: oues, boues, asinos, camelos latrocinio tolli, domos ac palacia tempestate dirui: seruos, filios atq; filias casu deleri: pure, saniecq; & uulneribus corpus asper gi, nihil prçter animam intactum esse: an sic in illo uota tua deus Sathan extinxit? Non extinxit, non abstulit qui reliquit in archa sancti pectoris amorem dei: fidem, spem, charitatem, humilitatē,

Ibidem. atq; patientiam. Sathan ista beato Iob nequibat auferre subinde confitēti Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. Sed nec tibi potest auferre repugnare uolēti. Habes itaq; habes sacrificium cuiuscūq; conditionis es, quod domino secure semper offeras. Inimicus id inuito non aufert, & deus pro charissimo ducit. Dic ergo cum pro

Psal. 55. pheta In me sunt deus uota quæ reddam tibi Dic & iterum dic. Intus habeo uictimam quam immolem, intus thus & incensum quod altaribus imponam, intus pecuniam quā cordis manu porrigam, intus habeo sacrificium quo flectam iram uindicem & deū mihi placatum inueniam, intus habeo sacrificium de quo prohe ta dictitat Sacrificium deo spiritus contribulatus. Ideo uota tua deus in me sunt. Intus in mente mihi sunt & in arbitrio potesta

Triplex uotum. Baptismi. Ordinis. Religionis. Uotū religionis triplex.

teq; mea. Votum Baptismi, ad quod se christiani omnes astringunt: Ordinis, ad quod se sacerdotes obligant, & Religionis, quod solis singularem illam pietatem profiteri uolentibus iniungitur. Religiosis supra cōmunem pietatem, tria singulariter accedunt: Voluntaria paupertas, castitas, & obedientia. Quç q̄ synceriter ex professo perimpleri debeant, ex priuatis ipsorum decretis intelligimus: q̄ parum integre perficiant, ni deus sciat quod nō licet nobis, plus

bis plus satis experimur. Clericorum etiam est caste uiuere, sacrificare, orare pro populo, consulere, studere, predicare, reprehendere, confortare, scientiamq; legis ei ministrare: bonarum litterarum exercitijs, uirtutum studijs, honestis & spectatis actionibus omne tempus impendere, ne quid aliud exempli surrepat q̄ quod populum ad dei cultum alliciat. At & hęc q̄ econtrario fiant, nō nescit deus, qui promissam fidem non seruantes improbat. Baptizatorum seu christianorum omnium uotum est, quod dant fidem se renunciare uelle diabolo, pompis, & nequitijs eius, mundi uanitatibus, & carnis suæ concupiscētijs. Pollicentur ibi deo Fidem pollicentur, spem, charitatem, & cęterarum uirtutum ecclesiæq; determinationem. Fides (autem uti definit Apostolus) est sperandarū rerum substantia, argumentum non apparentium. Si te quid speres interrogem? respondebis forsan sanitatem corporis, lōgam & felicem uitam, diuitias, honores, & uoluptatem. Est uana spes ista quippe rerum apparētium, in arbitrio fortunæ positarum, nec ad fidem futuri status attinentium. Respondebis te sperare fore tibi fidos amicos, collegas gratos atq; liberales, dominosq; magnificos, & propicios principes. Sed hęc quoq; uanissima spes est. Nā maledictus qui ponit carnem brachium suum. Si quod fides uera te docet speres, spes salubris est. Si quam fidem habeas interrogatus, credere te dicas in deum & sanctam atq; catholicā & apostolicam ecclesiam: recta fides est. Si rogatus quid Ecclesia credat: idem quod ipsa credit ego credo respondeas: prudens & fortis orthodoxæ fidei reciprocatio est. Quid credit ecclesia? Ecclesia credit in patrem, filium, & spiritumsanctum: in filij natiuitatem, passionē, resurrectionē ascensionē, & glorificationē. Eadem si credas cū cęteris articulis christianæ & ecclesiasticę fidei: fides hęc tua optima, sacrificium egregium, ueraq; substantia atq; optimum fundamentum nostri status est. Tu uero cum prophanus sis ac indoctus, in occultis hallucinaris, ad hęc assurgere nequis. Certe tua fides est de qua totidem disputamus. Qui discutere nequis articulorum numerum & rationes: saltem in hac basi te solidū constituere potes, ut

Nota clericorum.

Uotum christianorum.

Fides quid. Hebræ. 11. Exponitur.

Hiere. 17.

Fides. Implicita et Explicita. potes, ut quicquid Ecclesia credit, firmissime credas. Et hęc fides i
plicita tibi sufficit, explicita uero pertinet ad sacerdotes, quorũ la=
Mala. 2. bia custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ipsorum. Hęc
Hebræ. 11. fides argumẽtũ dicitur rerũ nõ apparẽtiũ id est argutã faciẽs men
tẽ, uł arguẽs mẽtẽ. Argutã faciẽs, propterea q̃ euidẽter ea per fidẽ I.
manifestat, quæ alioqui rationi nũq̃ appareret. Quũ per fidẽ cog 7.
noscimus coelum esse, illicq; gloriam constitutam bonis, uirtutẽq;
remuneratam iri. Et econuerso apud inferos malis nunq̃ defutu=
ra sua supplicia. Argumentum etiam & fidem quasi mentem ar=
guens, cum malos nunq̃ quiescere sinat, semper mordaci quodam
conscientiæ stimulo pũgens & perstringens. At ita fidem facit de
rebus alioquin incertis, & mentem arguens & acuens, non permit
tit ut uilibus se mundi rebus immergat: sed ab his ad coelestes &
inuisas ascendat, quæ cum rationem fugiant, uere credentibus eui
3. Senten. Spes quid. denter apparent. Spes est futurę beatitudinis expectatio, proue=
niens ex meritis & gratia pręcedentibus. Per hanc fit ut non sit
opinio deiectior, fractior aut meticulosior, q̃ ut in futura gloria sit
memur: nec exultantior aut pręsumptuosior q̃ ut dei nos uolunta
Charitas qd ti plene subdamus. Charitas uero dilectio est dei & proximi qua
deus diligitur primo & principaliter propter se: proximus pro deo
& in ordine ad deum. In deum summa, principalis, & prima: erga
Matth. 22. proximũ qualis in nosipsos. Diligendus deus ex toto corde, tota
anima & ex omnibus uiribus: eius causa diligendus proximus.
Sunt hęc sacrificia deo digna: sunt hęc auro, argento, gemmis, cũ=
ctisq; mundi preciosissimis rebus preciosiora. Plus ista deus dili=
git, q̃ quotquot mundana uel carnalia quis offerre poterit. Cen=
Mar. 12. sui uoluntatem, & substantiæ prefert affectum. In uidua pauper=
cula, quod dico considera. Christi iudicium attende. Multi diui=
tes in gazophylacium iactabant multa: mulier tantum duo minu
ta, & tamen hanc plus omnibus misisse Christus affirmat causã
Ibidem. subiungens Omnes ex eo quod abundabat miserunt: hęc de pe=
Deus potius voluntatẽ q̃ munus respicit. nuria sua omnia quæ habuit misit, totum uictum suum. Quæ
nihil sibi retinuit, cum re tamen tam pusilla ingentẽ uoluntatem
obtulit, &

obtulit,& hãc prę rebus Christus eligit. Deus enĩ aĩam quęrit & uo lũtatẽ, neq; eã sĩplĩt, sed multũ cõtribulatã cõturbatã, & lachrima bilẽ. Huius solius dolore & illachrimatione si quãdo pœnitueris, christus exoptat. Si nõ huius tristiciã & remorsũ sẽtias, ianis est re cordatio, ianis cõfessio peccatorũ. Neceũ uere pœnitet, quẽ nullus pteritæ uitæ dolor urget. Verbola peccatorũ cõfessio multis accidit, quam nulla delictorum detestatio sequitur: & hęc frustra fun ditur. At electis multo secus euenit, ut nullum in sese peccatũ impunitum prętereant, nullum neglectim inspiciãt, sed peccatis om nibus certam pœnam adhibeant. Non uanam isti cogitationem, aut ociosum uerbum sinunt incorrectum: sed & quæ cæteri leuia ducunt, eadẽ ipsi uelut grauia, mortiferaq; perhorrescunt. Magna nanq; dei beneficia reputant, sua facta considerant, necessitates & miserias uitæ pręsentis inspiciunt, cœli gloriam ac felicitatem mẽ te reuoluunt, & gehennæ supplicia ponderãt. E quibus omnibus uelut ensis quidam stringitur qui ferit animam, & sanguinolentũ conscientiæ grauamen infligit. Qz q̃ foris apparet sanitas, tamen intus cruor effunditur: quoniam animum eorum pertransit gladius doloris. Timoratum Iob imitantur qui cum similiter afficeretur inquit Loquar in amaritudine animæ meę, dicam deo, Noli me condemnare, Indica mihi me ita iudices. Sub recordationem peccatorum quæ perpetrauit peccator adigitur iam pœnitens in acutum & mirum dolorem, adeo ut per erubescentiam fere conta bescat & dispereat diuinam misericordiam implorans. Est autẽ confusio adducens gloriam & gratiam, & est confusio adducens peccatum. Inter indolendum indicari sibi rogat iudicij causam & condemnationis suę. Pleriq; siquidem sibi statum salutis arrogãt qui damnationis periculo subiacent. Multi namq; damnationi proximi, se sub statu gratiæ periculose existimãt, Multi quę cõmissa sunt, obliuioni tradiderunt dum nimis diu confessionem suã distulerint. Ideo patriarcha futurus exemplo pœnitentis, precatur ut benignus dominus, in memoriam suam si qua fuerint oblita reducat, si qua falso credita ĩ trutinã ueritatis adducat: ut ubiq; se affligat, maceret & torqueat, ut ubiq; ueram pœnitentiam perfi ciat, Hunc

Iob. 10. Exponitur.

Eccle. 4. Multi p spiritũ cõtribulatũ a peccatis resurgũt.

ciat. Hunc rectitudinis zelum, hunc amari spiritus stimulum, hoc consciȩ mentis acre tormẽtum, percipimus in electis: qui quicquid ante cordi fuit in corruptibilibus huius mundi rebus, abhominãtur: omnem prȩsentis uitæ suauitatem utut prȩgustatam detestãdo relinquũt, contra seipsos in lamẽta consurgunt, sese graui uulnere doloris interne transfigunt, & igne uehementissimæ tribulationis inardescunt, hȩc, hȩc est illa spiritualis tribulatio sanctorũ, quam displicentia prȩsentis uitæ generat. Hic, hic spiritus contribulatus nec linguam cessare sinit: sed subinde concitat, ut opera praua confitendo depellat. Cum Iob, quem supra memorauimus Dauidem regem memoria repete: qui commotus hoc spiritu dixit

2. Reg. 24 Ego sum qui peccaui, isti oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me & contra domũ patris mei. Hoc spiritu

Psal. 6. coactus ita se deijcit Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. Nescis qualiter iste spiritus Publicani mentem ante mundi diuitijs inhiãtem compressit? Fecit ut relicto sȩculo ad anchoram misericordiæ confugiens in templo stans coram identidem inclamaret

Luc. 18. Deus propicius esto mihi peccatori. Qui iustificatus abscessit. Peccatricis famosȩ tribulationem cogita: quæ se prosternens pupplice in conuiuio ad pedes Iesu, pedes osculata, lachrimis lauãs, ter-

Luc. 7. gensq; capillis ante recedere noluit q̃ audisset ab eo Remissa sũt

Matt. 26. tibi peccata tua. Quantũ iste spiritus in Petro potuit, qui posteaq̃ dominum abnegarat: exiens foras fleuit amare? Omnes hi spiritum ualde contribulatum, seu magnam spiritus mœstitiem, & ingentem peccatorum dolorem habuerũt. Quorum tu sis imitator oportet, si parem retributionem expectes. Hij contritis ita peccatis, perq; contritionem ablutis, ad diuos relati sunt & inter sãctos numerati: tu similiter peccata tua conteras, te simpliciter humilies, teq; totum deo consecres est necessum: ut illos aliquando ad cœlum sequi merearis. Pro te nanq; propheta subiungit Cor contritum & humiliatum deus non despicies. Vides ut peccatorum contritionem, & humiliationẽ tui debes habere, quo deus te tuaq; respiciat.

respiciat. Multi sane cor contritum nec humiliatum tamen habẽt. Igitur ut definiam Contritio est dolor uoluntarie sumptus pro peccatis, cum proposito confitendi, satisfaciendi, & iterum non recidiuandi. Humilitas est cohibitio propriȩ uoluntatis, & abiectio sui sub timore dei. Iam multi peccata sua dolent, conterunt, & fletibus interim abstergũt: at ijdem ad eadem subito recurrunt. Vnde tam subitaria recidiuatio, nisi ꝙ superba mens nostra contra dei reuerentiam & timorem insurgat? Quidam quȩdam acerbe dolẽdo fugiunt, nec ad ea relabi proponunt: in alijs tamen ferociũt: ut qui uicium carnis & gulæ deserentes, pauperiores atq̧ sibi subditos opprimere non cessant. Qui si uoluntatem suam diuinæ subderent, nec eius prȩcepta calcarent, semet abijcerent & totos deo dedicarent, sicq̧ uere contriti ac humiliati essent: nec ulla peccata pœnitendo reseruarent, nec ad ea quæ defleta sunt ullo pacto recideret: cœlestium gaudiorum inferniq̧ suppliciorum haud immemores. Pergratũ deo tale sacrificium. Illorum uero sacrificijs qui peccata quæ sempet ex more diluunt de more quoq̧ subinde perpetrant deus indignatur. Quo mihi talis multitudo uictimarum dicit dominus Plenus sum. Hic mos, abhominatio est mihi. Inutilem hanc & uanam sacrificandi rationem Ecclesiasticus tibi demonstrat Qui baptizatur à mortuo & iterum tangit mortuum: quid prodest lauatio eius: Lauatur a mortuo qui mundatur à peccato per pœnitentiam: iterum tangit mortuum qui sȩpe cõmittit eadem uel peiora peccata. Redeunt ad peccata superbi quos diuina iustitia respuit, ut ibi Iacobus edocet Deus superbis resistit humilibus dat gratiam. Qui peccata plene conterunt, seq̧ ueraciter humiliant, neq̧ post terga sȩpe peccando respiciunt: hos clementia dei non despiciet Nam humilibus dat gratiam. Et uti psalmus ostendit Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Altissimus est deus qui sedet in throno: Christianus humilis in terra manens. Hunc ille trahere potest ad se, sed hic per se contra fluminis impetum & montis cacumẽ, nequit ascendere. Sin giganteo more conetur, qualem Lucifer & Adamus

Contricio q̃d
humilitas q̃d
Uirtus contriti cordis & humiliati.
Esai. 1.
Eccle. 34. Exponitur.
Iaco. 4.
Psal. 33. Exponitur.

presenserũt: facile casum inueniet. Christiane frater magna mysteria sunt quae tractamus. Super omnia deus est, & omnia trahit ad se, nec quisq̃ uenit ad eum nisi quem traxerit. Temet erigis ut

Aesopus. conscendas: ad illum non pertingis. Vt Rana illa aesopica contra bouem inflatus ac intumescẽs rumpi potes: attingere non potes. At humilias te. Tum ipse descendit ad te. Exemplum accipe. Za-

Luc. 19. Exponitur. cheus ascendit in arborem ut Christum uideret. Sed ipse Christus dicit ascendenti Zachee descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et ipse descendens, excepit illum gaudens. Descendens Christum excepit: quem ascendendo uix uidere poterat: ut p descensum similem humiliandi se modũ omnibus ostendat. Statura pusillus nobis sũmissos & deiectos animo repraesentat: qui peccata singula presentaneo dolore cordis expungunt. Et (quod diximus) iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Securus

Rom. 8. Exponitur. Deus semp adest humilibus. est iuxta quem dominus est. Si deus nobiscum quis contra nos? Adest medicus aegroto, leso chirurgicus, desperanti dubioq; consultus, curator lulco, dux ceco, laboranti collaborãs, moestoq; cõsolator: at multo magis presens est deus afflicto. Rogat itaq; pa-

Iob. 17. ter Iob ut nos poenitentes tanq̃ filiolos sic orare doceat Pone me iuxta te & cuiusuis manus pugnet contra me. Sed miraris forsan, q spiritu dolẽtibus ita deus assit & prospicere uelit. Mirari desine. Respexit ab initio deus sacrificium sibi recte presentatum, qui respexit Abelem & munera eius. Sacrificium autem eius spiritus contribulatus. Quare tribulationem qualemcũq; patienter admittẽtes: eam fortiter usq; sustinete, corde credentes ad iustitiam & ore confitenres ad salutem. His enim contritio cordis & nõ fallax humiliatio constant. Ceterum cum spiritum contribulatum sacrificij nomine propheta uocet: obseruandum est ut quae rite fiebant in sacrificio corporali, spiritualiter in spirituali fiant. Olim oblata Le-

Sex requirebantur in sacrificio. uiticus ostendit animalia. Sine pelle, Cũ cauda, Cum sanguinis effusione, Cum sale, Cum igne, Cum fermento. Quorum singula si perpendas, non sine magno facta mysterio perspicies. Excoriatio

Pellis. pellis internae seu ueteris in nobis hominis, hoc est iniquitatis &

peccati

peccati depositionem notabat:ad quam nos adhortatur Apostolus Deponentes ueterem hominem, renouamini spiritu mētis uestrę,& induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia,sanctitate,& ueritate. Quis iste nouus homo est? Amictus uirtutum. Quis uetus? Viciorum habitus. Igitur hunc deponendum,illum induendum,Paulus admonet. Quid est renouari spiritu mentis,nisi pręparatum ad Christi gratiam animum gesta re:quę peccatis obuinctos sub legeq; uiuentes,innouat,& in spiritualem libertatem asserit? Sicut enim peccatum nos reddit primo homini adamo similes, ita gratia secūdo Christo uidelicet similes efficit immo renouat & iuuenescere facit, de qua renouatione per prophetam dicitur Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Nascimur ex Adamo in peccato uetusti, renascimur in Christo spiritu gratiaq; iuuenculi. Renatos in Christo sic pręterea monet Apostolus Induimini dominum Iesum Christum. Quia non est satis in illo nasci siue sacris eius primitijs in baptismo initiari nisi simul induamus illum. Et hoc est nouum hominem seu Christū induere,conformem uitæ Christi uitam habere:Christum siue Christi uitam,Christi charitatem,humilitatem,crucem,& patiētiam Christi imitari,quod Petrus ita persuadet Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum,ut sequamini uestigia eius. Sed excoriandus ante uetus homo,q̄ nouus indui potest. At quomodo excoriandus,excoriandi modum deponendæue pellis antiquę serpēs edocebit,qui cum senio se grauari sentiat, foramen init quod uix arcteq; traijciat: & ita squamarum ueterum deradit illuuiē, ut nouatæ pellis nitorem ostētet. Sic quisquis es peccator angustū foramen intres oportet:quo macerando carnem & ieiunijs, uigilijs, laboribus,atq; afflictionibus edomando spiritui subijciens à spiritu uictoriam stare facias, quandocūq; spiritui caro repugnat.

Ephe. 4. Exponitur. Psal. 102. Rom. 13. Exponitur. Quid sit induere nouum hominem. 1. Pet. 2.

N. 7. Ad hanc serpentinam solertiam hortatur ipse dominus Estote prudentes sicut serpentes. Et quæ sit alibi demonstrans ait Contendite intrare per angustam portam quæ ducit ad uitam quia multi quęrent intrare & non poterunt. Sanctus Bartholomeus cu

Matt. 10. Luc. 13.

tem seu corium carnis abstractum tolerans, ita cœlum splendissimus introibat: at nos si uitæ carnalis pellem aut tegmen abijciamus, eodem pertingemus. Relinquamus ergo pellem & uelamen peccatorum: pellem aut tegumentum diuinæ gratiæ percepturi consulente Iob Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Deponamus pellem: deponamus naturæ, morum, & temporalis & spiritualis exercitij superfluitatem per pellē significatam. Naturalis ad bonū propensio captanda: rursus procliuitas ad malum deuitanda. Vtēdum uerbis, cogitatibus, & operibus: sed non est excedendum. Nullum est hominis dictum, factum, aut inuentum quo non abuti poteris, si non parce modiceq; semper utaris. Exercitatio corporalis modice tractata ualet: pietas uel exercitatio spiritualis omni modo utilis est. Depone ergo superuacaneas cogitationes, ociosa uerba operaq; superflua. Sūt enī qui paschate iam ineunte superfluitates hasce deponūt: at eodem exacto semel, easdem reassumunt: de quibus illud q̄q̄ alio littera tendat, spiritualiter intelligitur Rursum circumdabor pelle mea. Ante communionem peccata simpliciter euomunt, Paulo post eucharistiam acceptam, redeunt ad uomitū. Caueāt ipsi ne quod in priori contextu sequitur, beneficio salutari depriuentur In carne mea uidebo deum saluatorem meum. In sacrificio cauda permansit: ut in fidelibus promissis, rectis uotis, atq; bonis institutis, perseuerantiam indicaret. Parum refert ut arborum se flores expādant, nisi par fructus accedat. Quid uinearum flores ac gemmę cōducunt, si fructus inanescat? Pręcoces etiam fructus cito uanescūt: & pręmaturę segetes, ad frugem non perueniunt. Iudas in Apostolorum numero floruit, qui cum maligno fructu damnatorum unus euasit. Bene cępit, sed quia non tam bene perseuerauit: pręmium æternæ salutis amisit. Nam tolle perseuerantiam, & nullū obsequium habet meritum. Tantum unus (mihi crede) uiuit in orbe, qui saluabitur. Quisnam erit inquis. Stat ductis sortibus urna Si mihi credere nolis, uel credas Apostolo. Multi quidem currunt sed unus accipit brauium. In stadio pręsentis uitæ currunt omnes homines:

Job. 2. Exponitur.

Job. 19. Exponitur.

Ibidem, Cauda.

Non est satis bene incepisse, nisi etiam pseueres.

Bernar.

1. Cor. 9.

homines: sed tantum unus accipit æternæ uitæ pręmium. Quis est iste unus? Sortiamini inter uos quis tandem futurus sit. Illum unum Christus ostendit. Qui perseuerauerit usq; ad finem hic sal- Matth. 10.
uus erit. Significans eum unum esse, quicũq; in bono ad finẽ usq; perseuerauerit. Quapropter ĩ cassũ bonũ agitur, si ante uitę termi nũ deseratur ut ait Grego. Memores estote uxoris Loth quæ retro Gregori9. Gene. 19.
aspiciẽs, & ab incœpto bono resiliẽs, mutatur in statuam salis. Et Luc. 17.
cur magis in statuam salis, q̃ in speciem lapidis aut ligni? Certe ut nos admoneret ne a bono proposito retro abeamus. Siquidem sal pro condinento est esculentis omnibus, noxios humores exsiccans & infestos uermiculos expellens, sapidaq; facit omnia ciborum genera ut palato magis arrideant: ac in sacris litteris sapientiam plerumq; significat. Sic huiusmodi supplicia pręstant, ut illorum exemplo admoniti, à uicijs pro uirili abstineamus: ne in similem aut maiorem pœnam corruamus. Ideo ad nos instruendos, illud lucę applicari potest Nemo manum mittens ad aratrum & Luc. 9.
aspiciens retro, aptus est regno dei. Frustra cursum uelocem instituit qui priusq̃ metam attigerit, cursum remittit. Perseueremus igi Exponitur.
tur in bono perseueremus in deo & in illius pręceptis. Nam sine perseuerantia, nemo deum uidebit. In sacrificio sanguis effundebatur, ut huius hodiernę passionis Christi memoriam, in animis Christianorum semper habendam ostenderet. Salis oblatio prudentiam seu quam uocant discretionem enucleat, ad quam Apostolus allectat Sit (inquiens) sermo uester semper sale conditus. Collos. 4.
Quomodo suis Christus Apostolis ait Vos estis sal terræ, tanq̃ Matth. 5.
aperte significans ꝙ sicut sal ciborum est condimentum & carnes Exponitur.
siccat ne putredo subintret ut iam diximus: sic Apostolorum doctrina sanis pręceptis christianorũ pectora firmaret. Quibus itaq; dicit uos estis sal terrę, eisdem docendi regendiq; potestatem prębet. Nam qui sapit & discernẽdi facultatem habet, aptissimus est ad ista munia. Cui nõ satis quod est bonũ facere, nisi bene quoq; fiat. Forte fortuna fit sępe bonum: nihil bene fit, nisi cum ratione studioq;. Quare deus aduerbiorum nõ nominũ est remunerator. Deus aduerbia nõ nomina remunerat.

Bene fa-

Bene facientem approbans coronat, bonnm in sui natura recog-
noscit, facientem ex modo faciēdi iudicat. Quoniam ut uulgo di-
Philoso. citur Modus rei prestantior est ipsa re. Eleemosynam dare bonū
est: dare tamen potes, ut nihil inde merearis. Orare uel ieiunare bo
nū est, orantes tamen atq; ieiunātes multi peccāt, qui per hyprocry
Ualerius et Anthoninus prima parte cronice sue titulo. iiii. Ca. i. §. x. sim se coram hominibus uenditare student. Tradit historia De-
mocritum ditissimum quendam Philosophum relicto patrimo-
nio simul oculos eruisse quo Philosophiæ studio liberius incūbe-
ret, ratus internarum & simplicium cogitationum aciem externis
uanitatibus prestringendam, & impeditis quietioribus meditādi
rationibus ardentiores mulierum ac aliarum rerum concupiscen-
tias, per oculos foris innasci. Ex qua actione nihil laudis meruit
quia licet bonum intenderet, debitis tamē medijs nō perfecit. Nar
Augusti. de ciuita. li. Ca. 19. rat itidem Augustinus Lucretiam romanarum mulierum unam
castissimam, in odium ac detestationem stupri per uim illati, sibi
mortem consciuisse. Fuere qui quod Christus imperat Si ocu
Matth. 5. Exponitur. lus, manus, aut pes te scandalizet eruens uel abscindens à te
proijcias: ad litteram mordicus arripiētes oculos expūxerunt, de-
trūcarunt manus, aut pedes absciderunt. Sed omnes hij si salem P
qui in prudentibus inest habuissent, aliter multo fecissent, intelli- 7
Rom. 12. gentes illud quod scribitur ab Apostolo Rationabile fiat ob-
sequium uestrum. Quicquid agitis sit tanq̄ sale conditum, ac cum
Desperatio Caini & Iude ratione susceptum, & moderate perfectum. Quid Iudam ad sui
suspendium impulit, nisi talis opinio fallax, & immodica sui deiec
tio seu desperatio, quam sequitur infrugifera pœnitentia? qualem
Matt. 27. agēs aiebat Peccaui tradens sanguinem iustum. Non dissimiliter
Gene. 4. illa Caini deplorata confessio Maior est iniquitas mea q̄ ut ueniā
Augusti. merear. Sed mentiris Caine respondet Augustinus. Nam maior
est dei misericordia q̄ quęuis nostra miseria: per quam qui salem
Christianum habet, se nūq̄ spe certa futuræ glorię distituet Cuius
exemplum habens in aqua consecrata, quæ ex se, sancta, utilis ac
salubris est, si recte utamur. Aspergat parochus modice & gutta-
tim, & nemo non cum magna ueneratione extensis & manibus &

ore excepturus est, At si contra, totum ipsius aquæ receptaculum in caput cuiuspiam simul infuderit, offendetur is & merito, in quē infundetur. Et quare? Certe quia immodice & citra ipsum distretionis salem factum fuerit. Sacrificium quoq; cum igne fiebat, ad denotandam charitatem sine qua nullum munus est acceptabile deo, qui iubet ut etiamnum oblaturus, habens infensum fratrem: eum relicto munere sibi reconciliet. Hic ignis cum semper alias habendus, tū uel maxime siquādo sacrificaturi simus: de quo seruator ait Ignem ueni mittere ī terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Ignis (inquit etiam dominus) in altari meo semper ardebit. Altare dei cor christianorum est, præcipue sacrificorum: in quo uult Christus, ut charitas omnino ferueat. Sed dolendum est, ô dolendum hodie si quis attendat ad q̄ exiguam fauillam, ignis hic olim amplissimus inciderit. Vbi nūc est ardor eius? Inter ecclesiasticos ut ante fuit? Id mihi dicat qui sua tam ardenter quærentes, & non quę proximorum atq; Iesu Christi sunt, notat: dicat qui tot membra Christi pauperes & īfirmos à ianuis eorū etiā īdonatos & nō pastos abscedere uidet. An inter religiosos ut olī apparet? Non apparere uel esse dicet inter eos, q̄ designat illorū īgrata atq; īhospita tecta. Videntur autem à primitiuę religionis ingressu tā aliena ut neq; iam nouitios ad se nisi premissa conuentione lucri, recipere uelint. Num in ædibus magnatum aut populi se charitas ipsa manifestat? Inter ecclesiasticos certe rara charitas est, in plebe rarior, apud potentes atq; mercatores & est & semper fuit rarissima: at apud hos postremos fraus iugis, & usura continua. Fermētum in sacrificijs inerat: ut nos christianos in diuina fermentari transformariq; debere signaret. Postq̄ hec ueteris testamenti sacrificia Propheta poenitens legis nouæ sacrificijs expressa docuit: iā sequente uersu sub nomine ueteris Ierusalem, nouę Ierusalem hoc est ecclesię perfectam exoptat ędificationem. Nam Dauid author psalmi quem habemus in manibus, arcē & moenia cū uallis atq; fossis in monte Syon erexit, circiter id tempus quo psalmum edidit, & Ierosolymam perpetuo muro cinxit. At preuidit urbē amplitudine,

Ignis in sacrificio quid significet.

Luc. 12.

Leuit. 6.

Exponitur.

Constructio Syon & Ierusalem.

plitudine, decore, fortitudineq́ murorum dilatatum iri per Salamonem. Vnde ligna, lapides, reliquamq́ materiam: aurum, argentum & cętera necessaria omnia pręparauit: filioq́ per manus tradidit, ut nihil ędificaturo deesset. E quibus sic à patre pręparatis atq́ relictis: templum Salamon extruxit, & urbem ampliauit. Si penitius rem istam inspicias, intelliges pręuidisse prophetam, quomodo pater coeli Christo, Christus Apostolis, omnia necessaria prępararit ecclesiæ suæ per totum orbem cōstruendæ. Ad hanc nouam Ierusalem Cum uenisset plenitudo temporis, deus pater misit filium suum. Ad hāc assumpta carne filius accessit, in hac uitæ suæ modum ac rationem ad christianorum normam instituit: in hac, syncere docuit & abunde prędicauit: in hac passus est ut imitatores ac discipulos suos crucem suam tollere doceret: in hac, postea resurrexit ut consortes passionis, haberet quoq́ resurrectionis & regni participes. Huius perfectam, splendidam, & cōtinuam structuram sic à deo propheta flagitat. BENIGNE FAC DOMINE IN BONA VOLVNTATE TVA syon ut ædificentur muri Ierusalem. Syon pars est Ierusalem, arx & propugnaculum urbis: quā Dauid adeo circūuallauit ac cōmuniuit: ut illic ciues hostiles insultus improbosq́ conatus facillime repellerent ac depugnarent. Erat arx illa pars urbis altissima, tutissima, & pulcherrima. Prominebat in morem benignissimæ matris: urbi subiectę prospectura. Quapropter ī multis sacrę scripturæ locis Syō mater, & Ierusalem filia appellatur: ut ibi Egressus est à filia Syō omnis decor eius: Ierusalem uidelicet. Quoniam ab his duabus matre & filia Syon ac Ierusalem diffusa per orbem, Ecclesia sumit originem: eadem sibi nomina retinuit, sicut flumina plerūq́ nomē accipiunt fontis à quo deriuantur, & pleręq́ ciuitates eorum è quibus oriuntur, nomina ferunt. Sic quam Syon aut Ierusalem scriptura uocat: nos Ecclesiam in terris militantem accipiamus oportet Quoniam eędem sunt utrarumq́ proprietates. In Syon salus ciuium, in ecclesia salus est animarum. Extra Syon periculum habitantibus imminebat, extra ecclesiam nihil ueri tutaminis est. Syō

Marginal notes: Gala. 4. — Versus. 19. — Q. 7. — Syō arx & propugnaculum Ierusalem. — Threno. 1. Syon mater Ierusalē filia — Que fecerat deus in Syō.

locus in monte situs, altus, tutus, & formosus: Ecclesia montis instar habens, altissima, tutissima, formosissima est, de qua scribitur Vrbs fortitudinis nostrę Syon. Et alius propheta In monte Syon erit saluatio. In hoc monte nemo perit: quem mons iste non tenet nemo saluus aut securus est. In montem Syon Dauid ascendit ut structurę necessaria pararet, Christus in montem ascendens, tradidit Apostolis doctrinam, in qua conderet & stabiliret Ecclesiam. In hoc monte, lex euangelica firmari cœpit, Eucharistię sacrificiũ, immo quicquid est sacramentorum ortum habuit. Super discipulos in hunc montem ascendentes, descendit spiritussanctus, apparensq; in linguis igneis, sedit super singulos eorum. Qui deinde profecti in uniuersum orbem prædicabant Christum & eius euangelium, ex quibus uelut è lapidibus quibusdam & lignis euangelicis, constructa est ecclesia è populo gentili & iudaico. Sic eodem modo quo cœpit, etiam accreuit Ecclesia illa, congregatis primũ per superuenientem spiritum sanctum, centum uiginti, deinceps alijs post alios, deniq; cũctis in orbe populis, in unam fidem quã do sonus Apostolorum exierat in orbem terrarum. Hęc autem est Syon siue Ierusalem de qua dicitur De Syon exibit lex, & uerbũ domini de Ierusalem. Verbum autem domini manet inæternum. Hęc Syõ est Christi ecclesia, omnium uidelicet fidelium congregatio, multo fortior & constantior, q̃ ut tolli uel emoueri possit é suo statu. Hęc est petra contra quam pluuia descendens, oboriẽtia flumina, flantes uenti, sed nec inferorum portę pręualebunt. Nõ diabolus aut hominum tyrannis, non membra diaboli scelerosi homines, non omnes maligni spiritus, nec omnes in summa tentationes, hanc deijcere poterunt. Perflet uentus, insaniat mare, fluctus insurgãt, hęc illæsa nauis abibit: nec obruet eam ulla tempestas. Quid opinantur hostes eius, quid sibi fingunt infideles, quid arrogant hęretici, quid personati christiani uolũt? Existimãt se terrefacturos ecclesiam, quæ dicit Mihi uiuere Christus est & mori lucrum? Mors est terribilis his quos mors expectat æterna: non his quos perpetua uita manet. An arbitrantur bonorum iacturam, pro-

Esaiæ. 26.
Abdiæ & Ioelis. 2.
Esai. 2.
Psal. 118.
Quã inuicta ecclesia.
Phil. 1.

ćturam,proſcriptiones, aut exilium pertimeſcendum? Audiant
Pſal. 23. quid Eccleſia dicat Domini eſt terra & plenitudo eius. Nuſq̃ non tuetur & ſeruat fidelem ſeruum ſuum dominus. Nam ut Lucas oſtẽdit, Apoſtolis nihil defuit quũ emitterentur à Chriſto, ſine oĩ apparatu, quibus in hunc modum ait Quando miſi uos ſine ſacculo & pera & calceamentis, nũqd aliquid defuit uobis? at illi dixerunt, nihil. Bis Danielem é lacu morſuq; leonum ſaluum eripuit, Semel Angelus Abachuc ad eum per capillum capitis cum prandio de Iudęa tranſuexit in Babilonem. Putant hęretici fucos aut cauillos ſuos, putãt ſciſmatici uim aut proſcriptionem ab eccleſia formidari? Coniectãt ulla ſe ratione Chriſtũ ab eccleſia, uel eccleſiam à Chriſto ſeperare poſſe? Coniectare deſinant qui norũt hãc certam eccleſiæ conſtantiam quam fatetur Paulus Quid ſeparabit nos à charitate dei? Tribulatio, anguſtia, an fames, nuditas, periculum, perſecutio, gladius, an mors? Certus ſum q; neq; mors neq; uita, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo aliqua, nos ſeparare poterit à charitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Tumultuentur & perflent tyranni, fremãt inimici, inũdent hæretici, diabolici furores ac turbines inſurgant, perditi omnes inſidientur: at non collidetur, non deficiet, non peribit, ſed glorioſa ſtabit & florebit eccleſia. Errat mundus ſi ſuis telis ac machinis confundi poſſe credat eccleſiam. Quicquid errorum eſt in mundo facile contemnit, quicquid delectationum irridet, diuitias atq; paupertates æquali lance ponderat: gaudium & dolorem, ſpem atq; metum, pari concordia ſociat: felicitatem & infortunium, gratiam & odium, uitã atq; mortem, una cathena copulat. Hęc omnia eodem pectore perfert. Sic perfert ut nihil à Chriſto diuellat. Id quod ibi Chriſtus ſubindicat Quod deus coniunxit, homo non ſęperet. Non eſt perfidis hominibus ſperandum poſſe diuortium inter Chriſtum & eccleſiam cõtingere. Si de uiro & uxore uerum ſit quod ſcribitur Relinquet homo patrem & matrem & adherebit uxori, & erunt duo in carne una: quid de Chriſto dicemus & eccleſia? Nunquid horum inſeperabilior eſt coniũctio q̃ hominum quæ tamen ſolui prohibetur? Nõne laxior

[Margin notes: Rom. 8. Exponitur. — Nõ poteſt fieri diuorciũ inter Chriſtũ & eccleſiam. — Matt. 19. — Ibidem.]

ne laxior est copula qua uir uxori iūgitur, q̃ qua nos omnes Chri-
sto copulamur: de qua pater in Paulo pronunciat Despondi uos 1. Corin. 11
uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Sacramentum autem Ephe. 5.
hoc magnum est, in Christo & in Ecclesia. Quis hoc melius Pau-
lo dicere potuit qui clare persensit ab initio, quomodo Christus Christus spōsus ecclesie īdiuiduus.
inseperabiliter adhæreat ecclesiæ? Voluit ipse Christum & ecclesiā
initio dissociare, quando litteras à principe sacerdotum accepit ī Act. 9.
Damascum, ut quotquot inuenisset huius uiæ uiros, uinctos per-
duceret in Ierusalem: sed cum appropinquasset Damasco, circum-
fulsit eum lux de cœlo, & prostratus audiuit terribilem hanc uocē
Saule saule quid me persequeris? Quis tu es inquit? Ille. Ego sum Ibidem.
Iesus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum cal-
citrare. Pedes stimulo sæpe læduntur, nec stimulus à pedibus ullo
pacto retunditur. Saxo fluctus illisi non officiunt, sed in spumas
extenuati dissolutiq; dispereunt. Sic quisquis insurgit in ecclesiam
omni suo conatu frustatur. Paulus ecclesiam persequebatur & ip
sam sui persecutionem Christus asserit. Persequebatur membra
Christi, & in membris se suis Christus æstimat. Ergo qui Christo
concedis, cur aduersus ecclesiam cristas erigis? Tentare potes, ma-
chinas admoliri potes ut uincas: ecclesiam uincere non potes. Au
gusta est & semper inuicta, Cæsareas etiam & regias ceruices edo-
mitans. Ecclesia Christi nihil fortius. Si cum hominibus congre- Ecclesia inuicta manet.
diaris, anceps & uaria plerumq; pugna est. Sin ecclesiam impug-
nes, à partibus ecclesiæ certa stat uictoria. Illam, nulla ui subigere
ualebis. Quæ dico, iactuose dicta clamitabis. Si cōtra coneris, ex-
periere rem serio dictam. Interea quoq; rationem accipe. Cū eccle
T. 7. sia pugnare, est pugnare cum deo. Iam uoluntati dei quis resistet?
Nescire respondebis quid ecclesiæ uocabulo signem. De qua lo- Ecclesia qd.
quor. Ecclesia est uniuersalis congregatio fidelium quæ nec erra-
re potest, nec ab errantibus superari. Errare potest unusquislibet
in ecclesia, ipsamet ecclesia non subiacet errori: quoniam tuetur eā
paracletus eius spiritus sanctus, qui datus est ut cum ea maneat
inæternum, & doceat eam omnem ueritatem. Deus est in ecclesia,

deus est cum ecclesia,& i omnibus causis pro illa. Deus est caput
ecclesiæ primatum teneus in omnibus: fundamentũ ecclesiæ quã
dirui non sinet,sponsus ecclesiæ cui fidem asseruat,amicus ecclesię
quam à se nunq̃ alienat. Quam fundauit,labefactari non permit
Psal. 86. tit.Fundauit autem(uel propheta teste) Fũdauit eam altissimus.
An existimatis perfidissimi,posse deum uinci? Terram & omnes
Psal. 103. qui in ea sunt,ex sententia uertit. Ipse respicit terram & facit eam
Matt. 24. tremere.Ipse(quod ait) uerissime prędicat Cœlum & terra trasi-
Exponitur. Mar. 13. bunt,uerba autem mea non transibunt. Cœli quidem aerei& ter-
ræ illorum,est immutatio non abolitio. Sed quæ sunt uerba nũq̃
pręteritura? Ex illis sunt quæ Petrus iuxta sui nominis interpręta-
Matt. 16. tionem agnouit & confessus est. Cui cum dixit Christus Quẽ di-
cunt homines esse filium hominis? Respõdit Petrus Christo Alij
Ioãnem baptistam,alij Heliam ,alij Hieremiam aut unum ex pro
phetis. Rursum Christus. Quid tu dicis Petre? Respondit Petrus
Ego dico, Tu es Christus filius dei uiui Reuelauit id Petro nõ ca-
ro uel sanguis,sed pater qui in cœlis est. Hanc igitur in Petro con
Exponitur. fessionem firmissimę ueritatis nodo uinciens Christus , ait Et ego
dico tibi Tu es Petrus,& super hanc Petram ædificabo ecclesiam
meam. Tu(quod interpretaris) agnoscis & confiteris ueram fidẽ,
& super hanc fidem de confessione tua primo susceptam,Ecclesiã
firmabo. Nullus unq̃ flatus inimicorum, nullus fluctuum impe-
tus,nulla tempestas tam uiolẽta surget,quin hęc semper fides cõ-
stabit immobilis. Nec dicit super Petrum , quoniã homo fragilis
ille fuit,& in fide quam semel rectissime confessus est postea deli-
quere cæcutireq; potuit : sed super Petrã ædificatum iri. Petra au
1. Cor. 10. tem erat Christus, qui deus & homo sine omni labe peccati fuit.
Non titubat ecclesia sic fundata,firma est,fortis est , forcior cœlo
aut terra quæ inmutabũtur. Multas patitur & sępe passa est ad-
uersitates , iuicta tamẽ ac itemerata. Passa est Neronẽ, Dioclecia
num,Maxentium cęterosq; tyrannos. Passa est Arrianos,Valenti-
Quos hostes habuit pmitiua ecclesia. nos,Iulianos, & id genus hęreticos alios : at interim ipsa floret. V.
Quot tyranni aggressi sunt ab initio impugnare hanc dei eccle- 7.
siã? Quot

siam? Quot crucibus, quot fornacibus, gladijs, & feris adhibiti
sunt milites ecclesiæ primogenij? quot torme͂tis alijs diuexati, nec
eis nocuerunt, in eis nihil agere potuerunt? Certe quanto magis
oppugnabatur, tanto fortior & clarior semper effulsit ecclesia. Sed
ubi iam sunt qui talia perpetrarunt? ubi qui passi sunt? Nunquid
illi pœnis opprimuntur, hij gaudijs perfruuntur æternis? Trium-
phat ecclesia, triumphat sole rutilantior, ululat aduersariorum tur-
ba tenebris exterioribus obscurior. Vultus autem domini super — Psal. 33. Exponitur.
, facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Ira dei & in-
, dignatio talium capitibus impe͂det, ut puniat ut perdat ut deleat
, ut eorum in terra uiuentium mentio nulla fiat. Viuunt uel qui rec
te degunt in terris, uel, qui propter benefacta gloriantur in cœlis.
Quos per scelera uitæ mors æterna moratur, non tam uiuunt q̃
uiuere uidentur Perit itaq; memoria eorum cum sonitu, memoria — Psal. 9. Exponitur.
laudis eorum inter bonos & beatos non habetur: dedecorosa scele
rum execratio, paucis non est in ore. Memoria benedictionis cum — Qui viuunt obliti dei mortui quoq; tradu͂tur obliuioni.
corpore recedit. Deus euellit eam è pectoribus hominum, in par-
tem pœnæ peccati. Fac co͂ditoriu͂ ossium tuorum, erige sepulchru͂
aureum, argenteum, cupreum æreum, aut marmoreum: adde sacel
lum omni arte cultuq; splendissimum, adhibe sacerdotes quotti-
die celebraturos tuiq; memoriam facturos: hęc commemoratio
tamen liquescit in auras non permouebit, nihil tibi prodest, & pro
nulla reputatur, si non dum uiuis bene uixeris, beneq; uiuendo iu
stę memorię causam me͂tibus hominum ingeneraris. Habes uxo
rem, habes liberos, consanguineos, & affines: an hij beneuolam
, tui mortui memoriam habebunt? an iusta persoluent? an quotti-
, dianas, an ullas pro te preces fundent? Experimur filium patris &
, patrem filij, maritum uxoris & uxorem mariti, subito factam im-
memorem. Fratrum ac omnium cognatorum huiuscemodi gra-
tia rara est. Nullus non iudicabit hanc magnam inhumanitatem
Sed unde nascitur hęc inhumanitas? Qui fit ut quod tu demeri-
tus es, sic obliuiscantur tui, ut uix unq̃ bene precentur defuncto,
uel deum orent quo tibi propicietur? deus sic uoluit, quare sic uo-

luit deus? fit sane sępius fit, ut iusto dei iudicio, qui uiuens oblitus es dei & salutis animæ: moriēs nullos tui memores inuenias. Hac inprimis pœna deus peccatores percutit, ut qui nolūt ultro benefacere quando ualent, in morte fiant obliuiosi, nec post mortem habeātur in libro beatę memorię: sed ut impleatur in eis quod scribitur Deleantur de libro uiuentium & cum iustis non scribantur.

Psal. 68. Exponitur.

O miseri peccatores hęc in pectore gestate, tenete memoria deum X.
ut memoria uestri corā deo scribatur in cœlis. Miseremini animæ 7.
uestrę, confugite ad ecclesiam ubi habetur archa diuinę scripturę, diuineq; memoriæ. Ab hac memoria deleti sunt omnes Ecclesiæ persecutores, deleti sunt & delebuntur hęretici, qui pharetras aperiunt omnes ut tela mittant in ecclesiam, & omnia machinamēta pręparant, ut eam demoliantur: sed irrita cesserunt, quoniā infracta atq; immaculata manet ecclesia aduersus quam, nec inferorū portę pręualebunt. Si quis reputet quę deus propter ecclesiā fecit, quæ dicimus, uerissima cognoscet. Nam quæ omnia fecit ab initio, cuncta propter eam perfecit. Propter eam extensum est cœlū, extensus aer diffusum mare, terraq; fundata: cuncta quæ procreātur in his, & ipsa paradisi plātatio cœpit. Propter eam facta sunt à principio cuncta miracula, pręsertim sub Mose ac Iosue Israeli cōmonstrata propter eam. Scissum est pelagus ut pertransiret populus, post transitum unda recurrit. Petra fudit aquam siticulosæ plebi, cęteraq; similia perfecta sunt. Propter ecclesiam, tot in patriarchis, in ducibus, regibus: tot in prophetis ostēsa sunt prodigia. Propter eam, Apostolorum uita mirabilis emicuit, martyrum fortitudo ualuit, & uirginum castitas emersit. Propter ecclesiam oīa: plusq̄ omnia Dominus noster Iesus Christus, propter eam in carne uideri uoluit, ut omnibus in ecclesia sanguine suo mederi posset. Cum prima huius ecclesiæ fundamēta iacerentur, impij reges, duces furiosi, populusq; seditiosus, eam subruere conabantur. Gētiles aras incendebant, fumo maculantes aerem, terram sanguine coinquinabant. Iudęi suis ritibus ac ceremonijs Christi spiritualibus institutis obstabant. Debacchabantur hinc inde dęmones, undiq; ui-

Constātia ecclesie.

Matt. 16. Exponitur. Deus omnia propter ecclesiam cōstituit.

Impij reges

Gentiles.

Iudei.

te deierabat etiam si oportuerit inquiens me mori tecum nõ te negabo. Qui cum tempestas ingrueret, ter eum absurdissime negauit. An te reliquis Apostolis cordatiorem existimas, qui datis dexteris in perpetuam fidem societateq; per longum tempus inita, fugerunt tamen cum uentum esset in periculum? Sed unde (dices) tanta postmodum eis fiducia contigit, ut eos nusq̃ terrena potestas, discrimina nulla, nulla formido mortis à Christi confessione diuelleret? In hoc certe rei de qua nunc agimus, cardo uertitur. Nã q̃diu sibi fidebant ipsis, sua fragilitate corruebant: ubi spem totã in Christo sitã habere cœperũt, uirtuti dei quæ data est illis, nihil obstare potuit. Raptis amore Christi, etiam mors optabilis erat. Igitur à dei benignitate prodeat ista uirtus oportet, & non è confidentia fortitudinis nostræ non è spe factorum aut opinione meritorum nostrorum: secundum id quod propheta fidelissime rogitabat In bona uoluntate tua domine benigne fac Syon, id est ecclesiæ membris, nempe populo christiano. Et ædificentur muri Ierusalem. Ierusalem quadruplex annotatur. Superior, Inferior, Interior, & Exterior. Exterior, est illa ciuitas quam rex Salem extruere cœpit, Dauid adauxit, Salomõ perfecit & perfectam ornauit: cuius excidium illo pręcipue psalmo deplorat Dauid Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Interior Ierusalem, tota speciosa est & formosa permanens, quæ designat humanã animam de qua scribitur, pulchra es amica mea suauis & decora sicut Ierusalem. Cuius muri, uirtutes sunt, quibus & fortis & decora redditur. Hic nos omnes prophetæ uice fungamur oportet exoraturi deum uti benigne facere dignetur huic Ierusalem ut coędificentur eius muri, plenamq; structuram & ornatum habeat Erit huic pro fundamento constans fides, pro cemẽto Spes firma, proq; tecto charitas nõ ficta quæ multituem peccatorum operit: de quibus q abunde prius egimus, hic plura dicere supersedebimus. Cardineę uirtutes tãq̃ quadratura lapidũ mœnia firmabũt. Illarum quatuor prima Prudentia, quæ dirigit hominem in rebus agendis,

B. 8.

Ierusalẽ quadruplex. Ierusalẽ exterior.

Psal. 78.

Ierusalẽ interior.

Canti. 6.

Fides. Spes. Charitas.

Prudencia.

agendis, ubiq; quid uitatu quidq; factu sit optimum ostendens.
Teperantia Adiungitur ei temperantia, quæ cunctis ita moderatur actis, ne quid libidinose uel indecore fiat: sed omnia pudice, temperate, laudabiliq; cum modestia.
Fortitudo. Succedit fortitudo, impellens hominē ad agendum strenue quæ sunt honesta, uiciosos omnes & indignos affectus dignissime refrœnans: ne quis uir probus uel extollatur in rebus prosperis, uel deijciatur in aduersis.
Iustitia. Postrema iustitia cōcurrit, quæ recte afficit & gubernat hominem in his omnibus quę deum, quæ proximum, & quæ seipsum respiciunt. Hęc, docet erga deum ueram obedientiam, & perfectam pręceptorum eius obseruationem. Hęc urget ad ferendas proximo suppetias in quacūq; necessitate, uel quæ corpus tangat, uel animum concernat. Hęc hominem ad sumēdam sibi ipsi rectam, ordinatam, omniq; uirtutum genere coornatam uitam instituit. Hęc iusticia, uirtutes in se continet omnes, hęc alias inter uirtutes lucet ut inter stellas hesperus minores, hęc omnium uirtutum est cōcordia. Hac quisquis erit pręditus, de se scriptum intelligens merito gaudebit
Psal. III. In memoria æterna erit iustus, gaudebit q; sua nunq̄ frustra fundetur oratio, iuxta quod scribitur
Psal. 33. Clamauerunt iusti & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. Verum negotium istud pluribus alibi pertrectauimus.
Ierusalē inferior. Sequitur inferior Ierusalem, quæ militans ecclesia denotatur, & hanc dominus ædificans, iugiter in partibus suis integram conseruat, sicuti propheta pręadicat
Psal. 146. Edificans Ierusalem dominus, dispersiones Israelis congregabit.
Quales lapides ad Ierusalē edificandam, deus dolat, quadrat, & adaptat. Huius ædificium indies accrescit, cum paruulos dominus in baptismo regeneret: cum uenientes adultos, simili modo recipiat: cunq; peccatores per contritionem cordis & syncerам pœnitentiā, quottidie mundet & sanctificet. In muros huius urbis dolantur & quadrantur apti lapides, ipsi scilicet homines, durum & lapideum alioqui genus. Quadrati uero construuntur aut sanctorum pręadicatorum aut ipsius sancti spiritus artificio. Multi uero huius structuræ lapides tam inidonei sunt, tam duri, tam scabri atq; intractabiles, ut in hoc ædificium committi nolint.

C. 8.

Hos in

Hos in manus suas dominus multocies accipit & turbera dera-
dit,mox format,& efformatos,in locum suum adaptat. Ex durio 3.Reg.16.
ribus his lapidibus erat Achab rex Israel,quem cum diu sacrificas Achab.
set idolo Baal,& prophetas uertisset in fugam:uolens tamen do-
minus in ædificium aptare suum sic dolãdo quadrare cœpit.Cœli Ibidem.18
beneficium ita seclusit ab eo,ut orante quidem Helia, tres annos
& sex menses non plueret super terram. Eodemq; propheta rur- Benadab.
sus orante,cœlum pluuiam,& terra dedit fructum suum.Nihilo-
minus ipse mansit incorrectus. Inde deus alio cœpit agere bene-
ficio,quo ferocientem animum emolliret.Quando de capitali ini-
mico Benadab Assyriorum rege promiserat,confecit ei uictoriam
& magnam & honorificam dicens Ecce ego tradam hanc multitu Ibidẽ.20.
dinem in manum tuam hodie,ut scias quia ego sum dominus:nõ
ita tamen subsedit & cessauit iniquitas eius,sed iniquissimæ Ieza Ibidem.21
belis impulsu,iustum Naboth per testes diabolicos & impios op
timates,curauit interficiendum.Attamen dominus adhuc nolens
abijcere eum lapidem quem aptum fore pręnouit,sic per prophe-
tæ minas rursum admonuit Eo q; inueni q; uenundatus sis ut fa- 4.Reg.9.
ceres malum in conspectu meo,inducam super te malum,demetã
posteriora tua,interficiam mingentem ad parietem,& clausum,&
ultimum in Israel. Cum audisset Achab hos sermones, uesti-
menta scindens,operuit cilicio carnem,ambulansq; demisso capi-
te,ieiunauit,& dormiuit in sacco. De quo propterea pollicitus est
deus Heliæ Quia humiliatus est mei causa non inducam malum
D. in diebus eius.Ecce clementiam artificis, qui nullum lapidem à se
8. proijcit,quem emolliendum nouit.Sed quare hoc arbitreris impẽ
sum tam ingrato peccatori? Nempe q; humiliato,contrito,& con-
tribulato ac pœnitenti corde fuerat. Idem in Manasse consydera. Manasses.
Hũc imitatorem Achab idololatrę,uoluit dominus prophetarum
suorum consilio castigare.Sed quoniam eos ipse contempsit ipsũ
sibi dolandũ ædificioq; coaptandũ,dominus assumpsit. Suscita-
uit aduersus eum Babiloneos, qui bello captũ atq; uinctnm per- 2.Para.33.
duxerunt Babilonem. Vbi carcere clausus ad memoriã reuocans,
suam erga

suam erga deum ingratitudinem, per quam hęc mala contigerãt: ingenti se ob id dolore, gemituq́ cruciabat. Respiciens eam pœnitudinem dominus, remisit offensam, & pro duro saxeoq́, cor carneum & molle dedit, ut apte ueniret in dei fabricam. Similem circa Pharaonem operam impendebat dominus, fecitq́ supra q̃ ratio postulat: at ille lapis erat obduratior q̃ ut aptari quiret. Frãgi potuit, mitescere noluit, rũpi potuit, expoliri nõ potuit. Mathęus publicanus & Magdalena meretrix, antiquam uitæ suæ duriciem, facile resecari permiserũt. Huic ædificio se quottidie peccatores adaptant, alijs modis alij. Hic, secundis rebus: ille, complanatur aduersis. Hic, infirmitate perurgente: ille, sublatis amicis, hic, suauiloquio uerboq́ prędicationis: alter, acri flagello. Restat Ierusalem superior, triumphãs uidelicet ecclesia: de qua scriptum etiam illud intelligi potest, Ierusalem quæ ædificatur ut ciuitas. Non est hęc, ut terrestis ciuitas, aut ædificatio manufacta: sed æterna in cœlis. Construuntur muri eius uiuis ex lapidibus, non é prędurís saxorum molibus. Viui lapides sunt, quibus ait Apostolus Petrus Vos ipsi tanq̃ lapides uiui, superædificamini in domum spiritualem. Spiritualis autem domus, aut est illa de qua iam diximus ecclesia militans, aut ista de qua nunc agimus ecclesia triumphans. Harũ altera nascitur ex altera, triumphans è militante. In hac, fideles tanq̃ pręcisi de montibus lapides, per manus prędicantium ueritatem & offerentium hostias acceptabiles deo per Iesum Christum coęquantur, ut intrent structuram illam sempiternam. Illius muri construuntur, quando fideles ad consummationem perducuntur, & electorum numerus impletur. Vsq́ modo Christus operatur, & lapides in manibus artificis sunt, ut uarijs modis elaboret, limet, poliat & coaptet. Tunc erit consummatio sæculi. Hęc Ierusalem inferior laboribus ac seruituti subiacet, anxietate plena. Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est, exuberans æterno gaudio. Huius uiui lapides sunt, qui credẽtes studiose uiuunt. Illius sunt, qui liberati de mundo, gloria fruuntur in cœlo. Hanc quisquis ingreditur haud ita possidet uel possidetur, ut irreuulsus maneat: sed transtu

Pharao. Matheus. Magdalena. Ierusalẽ superior. Psal. 121. 1. Pet. 2. Ecclesia militãs & triumphans. Gala. 4.

E. 8.

ga uel

ga uel Apostata post fidei professionem, fieri potest. Qui semel illam intrauerit, in ea perpetuo permanebit: ut ibi scribitur Non cōmouebitur inæternum qui habitat in Ierusalē. Sic itaq; uiuat unusquisq; in hac Ierusalem in hac ecclesia pręsente: ut uideat bona Ierusalem triumphātis uidelicet, omnibus diebus uitæ suę. Post hāc ædificij Ierusalem perfectionem, propheta docet quomodo sacrificia nouę legis facta in hac inferiore Ierusalem uel ecclesia, fuerit accepta & grata deo. Nam legis antiquæ sacrificia quibus animalia, tauri, hirci, arietes, uituli, turtures, colūbę, simila, farina, & oleū offerebantur pręostendimus, hac una ratione deo placuisse, ꝙ in significationem noui summiq; sacrificij, nēpe Christi, pręcesserint. Qui semetipsum obtulit hostiam uiuam, sanctam, immaculatam & deo placentem. Viua dicitur hostia, quæ spiritum habet, & uerę uitæ spiritum habens eundem omnibus administrat ut ipse dicit Qui credit in me, uiuet propter me. Viua, quæ mortem perimit æternam, quod & ante sic expresse significauit Ero mors tua ō mors. Peccatum, mortem, & diabolum uincens, uitam & spiritum animæ tribuit: uitam tribuit æternam. Hostia sancta, uocatur, sacrificiū sanctū, holocaustū sanctū, oblatio sancta quæ de se sacta sanctitatem etiam & iustificationem recipientis animæ procurat: ad quam sic Christus exhortatur Estote sancti, quoniā ego sāctus sum. Immaculata quoq; nominatur hostia Christus, qui maculā nullam, nullum peccatum, nec ullā unꝗ offensam admisit: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: sed innocentissimus sed & purissimus, fideles omnes purifacit & permundat. Hostia deo placens & accepta in odorem suauitatis, hostia plena sacrificiūq; sufficiens ad salutem totius mundi, iustitiæ sacrificium & immolationis eximię, quæ cunctarum oblationum & holocaustorum in sese uirtutem continet. Veteris legis illa sacrificia omnia (quod plene declarauimus) huius unius imaginem & typum gerebant. Cūq; iam ueritas emerserit, figura disparuit. Quicquid pręstare poterant, huius uigore poterant, huius uirtute purgabāt, sanctificabant, & saluificabant: quia huius repręsentatiua erant

Psal. 123. Psal. 127. Rom. 12. Exponitur. Christus verū & vnicum sacrificium. Ioan. 6. Osee. 13. Leui. 19. Esaiæ. 53.

& significatiua. Hoc itaq; uerum est sacrificium quod est typis ante signatum, hęc ueritas quæ de ueteribus umbris eluxit: de qua F.
Versus. 20. propheta subijcit. TVNC ACCEPTABIS SACRIFICIVM IVSTICIE oblationis & holocausta, tūc iponēt super altare tuum uitulos. Tunc ait: Quod quęso tempus ibi designat? Tunc, profecto cum fuerit ædificium Ierusalem interioris ecclesiæ militantis consummatum: tunc, tunc acceptabis sacrificium quod offeretur in ea: sacrificium illud uerum & perfectum, sacrificium sacrificiorum, hostiam, uictimam, oblationem, & holocaustum, quod omnigeni sacrificij in sese plenissime uirtutem habet, sacrificium scilicet Eucharistiæ, sacrificiū corporis domini nostri Iesu Christi. Sacrificium istud instituit nocte pręcedente passionē qua panem in uerū suū corpus transubstantiatum & discipulis exhibuit. De qua quidem institutione, alibi propheta meminit Memoriam fecit mirabiliū suorū misericors & miserator dn̄s, escam dedit timentibus se. Vocat hoc sacrificiū, memoriam mirabilium suorum operū. Et merito. Quid enim uel memoratu uel admiratione dignius, q̄ q̄ seipsum siue corpus suū dn̄s in forma panis, & sanguinem suū in forma uini, discipulis apponeret? At cœnantibus sęcum illis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meū. Vbi carnem agni paschalis rite simul ederāt, carnē suam dn̄s Iesus apposuit, ut terminum agni paschalis sacrificijq; ueteris, caro ueri agni qui tollit peccata mundi demonstraret. Similiter accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sanguinem eius dicit effusum, cuius tamen uel unica guttula suffecisset orbis redemptioni. Si sanguinis illius quantulacūq; stilla, fuisset in bilance posita: pręponderasset G.
cunctis mundi sceleribus. Quasi arena maris, hęc: sed & hęc grauior inquit Iob. Nec tamen omnibus profuturus, sed multis: qui pro multis effundetur inquit. Non proderit infidelibus, qui se pertinaciter ab hoc corpore mystico secludunt. Non proderit obstinatis pecca-

Sermo in die perasceues.
Sacrificiū iusticie quid.
Psal. 110.
Exponitur.
Memoria mirabiliū dei.
Matth. 26
Ibidem.
Exponitur.
Quibus prodest sanguis Christi.
Iob. 6.

tis peccatoribus, qui nolunt in gratiam cũ Christo redire per pœnitentiam non proderit sanguis huius corporis secludentibus se ab hoc corpore. Sunt hij putris ligni resciſſęq; carnis à corpore similes, succus naturalis, aut sanguis huis corporis non conducet. Effusio sanguinis illius, suffecerat omnibus immo & unica guttula, sed non est apud omnes efficax, non ꝙ desit huic sanguini tanta uirtus: sed ꝙ nos nostris sceleribus indigni efficimur, qui illius simus participes, idcirco dixit Christus Qui pro uobis & pro multis effundetur. Christus omnibus illud amoris signum instituit, hoc sacramentum consecrauit. Discipulis itidẽ facultatem reliquit corpus illud consecrandi, ut semper nobiscum esset. In hoc, relicta est memoria mirabilium dei, quando talem escam sic dedit timentibus se. Quæ non potest esca corporalis intelligi, quoniam corporalem, non solis se timentibus & bonis uiris, sed & iumentis dat escam ipsorum & pullis coruorum inuocantibus eum. Dat beluino mundanoq; more uiuentibus escam temporariam qua uiuũt, sicut & electis: qui solem suum ęqualiter oriri facit super bonos & malos, iustos & iniustos. Illam autem escam quæ gratiam in presenti dat, & gloriam in futuro procurat: solis electis & se timentibus, utiliter administrat. Et hęc est Eucharistia, hęc memoria mirabilium dei, hęc summa uirtutum & amoris eius erga nos, hic panis uiuus qui de coelo descendit & dat uitam mũdo, omne in se delectamentũ habens. Hoc miraculorum maximum & excellentissimum, hoc sacramentum inter sacramenta eximium. Quid enim excellentius, quid preciosius aut delectabilius ipso corpore sanguineq; Iesu Christi? Atqui hoc ipsum est quod à nobis in sacramento sumitur. Ait enim Caro mea uere est cibus, & sanguis uere est potus. Sunt uere cibus & potus rite consecrantibus, & rite de manu consecrantium assumentibus. Idem Apostolis initio sumentibus demonstrans affirmauit Hoc est inquiens corpus meũ hic est sanguis meus. Quomodo possit hoc fieri, miratus infidelis ad artis & naturę uires impingit. Credens ꝙ id quod neq; natura neq; arte fiat, nullo modo fieri posset. Sed longe fallitur. Dum ni-

Matt. 26.

Oibus dat escam de⁹, sed diuersam. Psal. 146.

Matth. 5.

Eucharistia

Ioan. 6.

Ioan. 6.

Matt. 26.

Miratur infidelis.

Philosophus. titur ingenio, myſterio decipitur. Siquidem dum aſſerit cum philoſopho, ꝙ natura & ars nihil operãtur, niſi ex preiacente materia ita ꝙ ſemper in opere remaneat materia cõmunis, ei quod fit & ei ex quo fit. Animalis enim corruptio manifeſtatur, quando animalitas ſeu forma ſubſtantialis animalis expirat: & in eandē materiã ſubit forma cadaueris. Cadauereq̃ corrupto: in terram redacto pulueris & terrę forma ſubintrat. Ferrarius faber è ferro uel calibe format enſem. Lignarius è ligno figurat ædificium, & litterarum ſignator cerę figuram imprimit. Multo ſecus fiunt, quæ deus ipſe facit. Eius facturæ ſeu creationi potius, nulla materia preiacet, ſed materiam una cum forma conficit: & tanto ſublimior alijs artificibus, quanto ſingularior eſt hęc eius operatio. Rationem iſta lõge tranſcendit, & proinde nemo Philoſophorum ad ipſius noticiam pertingere poterat, ſed ſolus fidelis è doctrina dei colligit. Dogma Philoſophicum eſt Ex nihilo nihil fieri: fidei uero diſciplina. In principio deum creaſſe cœlum & terram. Creauit cœlum & terram qui de nihilo fecit omnia. Philoſophus affirmat uiciſſitudini generationum eandem ſubijci materiam, & generationem unius eſſe corruptionem alterius: credit Chriſtianus materiam ſimul & formam panis atq̃ uini per conſecrationem in formam & materiam ſubſtantialē corporis Ieſu Chriſti plene commutatum iri, totius in totum perfecta tranſubſtãciatione & mutatione. Modũ quęris quo fiat? Attende chriſtiane ꝙ in conſecratione deus operetur, ut unum totum in aliud totum conuertat, qui omne totum ex nihilo produxit. Virtus tota conſecrationis, uerbo dei conſiſtit. Anteq̃ uentum fuerit ad ſacramenti conſecrationem, pleraq̃ uerba proferuntur, quibus laus deo redditur, peccatis uenia rogatur, uel pro regibus & populo fit oratio: ſed ubi acceſſerit conſecratio de pane fit caro & corpus Chriſti: de uino ſanguis eius. Iam ubi cõficitur uenerabile ſacramentum, non ſuis ſacerdos ſed Ieſu Chriſti uerbis utitur. Ergo ſermo Chriſti, hoc conficit ſacramẽtum. Quis hic ſermo Chriſti eſt inquis, & qualis ac quantus uigor eius? Idem profecto quo facta ſunt omnia. Verbum illud quo deus ipſe creauit uniuerſa

Marginal notes: 1. Physico. — Gene. 1. — Libro generationum. — Verbi dei virtus. — Ambro.

uit uniuerſa, uerbo omnia fecit: uerbo omnia creauit. Dixit deus Gene. 1.
fiat lux: & facta eſt lux, dixit fiat firmamentum, cœlum expanſum
eſt & factum eſt firmamētum. Dixit deus congregētur aquæ: &
diffuſa ſunt maria, terraq; ſtabilita. Iuſſu dei, ſuo quęq; creatura
proceſſit ex ordine, & eundem ordinem ni deus contra iubeat, ſe-
dulo ſeruat. Si deus uoluerit, nullus non ordo naturæ uerteretur il
lico. Eius iuſſu factus ſol, ortum habuit, & cognouit occaſum ſuū Pſal. 103.
Eodem iuſſu & uerbo ſol lucens inferiora calefacit, & acceſſu receſ
ſuq; ſuo, perpetuam generationis atq; corruptionis ſeriem adim-
plet, obliqui curſus orbita ſemper obſeruata: niſi cum deus contra
dixerit aut uoluerit. Cuius enim uerbo Ioſue perfecit, ut ſol curſū Ioſue. 10.
unius diei retardaret, & Ezechias decē gradus peracti curſus eiuſ- 4. reg. 20.
dem uerbi uirtute reuocauit, Chriſtus quoq; pendens in cruce ſua
uoce fecit, ut ſol non à ſolito tantum motu deſiſteret, ſed quod Luc. 23.
multo plus eſt contra naturam & rationem omnem, lumine defi-
ceret. Quo argumēto peritiſſimus eiuſmodi diſciplinæ Dionyſius
certo collegit Vel naturæ deum pati, uel mundi machinam ſolu- Dionyſius. Verbo dei omnia fiunt.
tum iri. Dixit itaq; deus & facti ſunt ſpiritus & Angeli, factum fir
mamentum, in firmamento luminaria quæ terram illuminent, di-
uidant diem ac noctem, ſint in ſigna temporum, dies, & annos.
Dixit & apparuit arida, in ea ſemen, lignum, & herba. Sementis
autem & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies eius
pręcepto non requieſcunt, uniuerſa habent in ſemetipſis ſementē
generis ſui, multiplicant, & replent terram. Eius dicto paret omnis
creatura, eius uoluntate ſuis natura temporibus operatur omnia
producens. Ipſe dixit & facta ſunt omnia, mandauit & creata ſunt Pſal. 32.
uniuerſa. Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi, pręceptū po Exponitur.
ſuit, & non pręteribit. Statuit in ſæculum ſæculi ſuperiora corpora
quæ ſic permanebunt, donec innouetur mundus. Tunc non defi-
ciente ſubſtantia, ceſſabunt ab effectu generationis & corruptio-
nis, omnifarioq; motu. Pręceptum poſuit inferioribus quoq; cor-
poribus, & non pręteribit: quia uices ſuas in ordine mutationis ob
ſeruabunt in finem ſæculi. Vides (opinor) q̄ operatorius ſit ſermo

Christi & dei, uides quanta sit uis atq; potẽtia sermonis illius. Q; si tanta sermonis aut uerbi uirtus existat, ut per illud quæ penitus non erant, continuo fiant: quanto facilius est ut eorũ quę sunt, unum commutetur in alterum? Cœlum, terra, mare, principio nõ fuerunt: dixit deus, & extiterunt suis dotibus amplissima. Iam ut tibi respondeam hęretice, uides panem & uinum. Non est Christi corpus ante consecrationem ante prolata uerba. Accedit consecratio, uerba Christi proferuntur: an tum negabis Christi corpus adesse? Fidelis, non oculo carnis quo tu uides hęretice: sed mẽtis oculo seu fide, pręsentem intuetur dominum suũ Iesum Christũ qui liberat eum à peccatis: tu cũ peccato infidelitatis, cętera quoq; peccata colligas in fasciculũ tuæ damnationis. Fateor tecum ante cõsecrationem, solum esse quod uides: sed post sacrorum uerborum prolationem, dico tibi corpus esse domini nostri Iesu, quod uel nõ uides, uel oculo solum interno consideras. Si tuam adhuc mentem res [illegible]ta perturbet, ex alijs operibus Christi ueritatẽ huius excerpe. Naturali progressu fere factum agnoscis, ut non nisi è mulieris & uiri consortio nascatur proles. Ipse tamen pręter hunc morem de spiritusancto nasci uoluit ex Maria uirgine. Vides iam etiam contra institu[illegible] & ordinem naturæ hominẽ ex uirgine nasci. Sicq; p[illegible]be ratiocineris, inuenies hoc quadam consequentia rationis effectum. Nam primus Adam primus homo, sine cõiunctione maris & fœminę, de terra pura formatus est: mulier, de latere uiri sine fœmina fiebat: mutua uiri fœminęq; copula, quottidie gignũtur õnes, sed dñs Iesus Christus solus de fœmina sine uiro nasci elegit. At qui sic extra communẽ ordinẽ naturæ nasci potuit & uoluit, qui sic primum uirum fœminãq; primã plasmare ualuit, qui omnia tum cœlum & elementa, tum ex elementis cõstantia de nihilo procreauit: an ei difficile uidebitur corpus & sãguinem suum proprium é pane uinoq; conficere? Vna eademq; uirtus est, quæ eadẽ facilitate pręstare possit hęc omnia. Cum ergo tantæ uirtutis sit sermo dei, ut ex nihilo omnia facere queat, ut contra omnem naturam hominem de limo terræ procreet, ut mulierem de costa lateris eiusdẽ

Uerba consecrationis.

Uerbo dei res etiam supra naturam fiunt

ris eiusdem producat. Cur non poterit idem ipse deus illa eadem
uirtute, eodem sermone, substantiam panis & uini, transubstantia
re in ipsam corporis & sanguinis sui substãtiã? Sed alijs simul ar-
gumentis idipsum edisce. Volens deus signa suæ potestatis exe-
rere Mosi, cuius manu uelut organo tum fuerat operaturus, inquit
Ecce ego constitui te deum Pharaonis, & Aarõ erit propheta tuus Exo. 7. Moses.
proijce uirgam quam manu tenes in terram. Cum proiecisset: uer
sa est in colubrum, & cum rursus apprehendisset: reuersa est in uir
gam. Eadem uirga percussit aquam fluminis, riuorum, lacuum &
paludum, & uersa est in sanguinẽ: fuitq; sanguis ĩ tota terra Egyp
ti, nec poterant Egyptij bibere, donec aquarũ natura redijsset. Ta
ctu illius uirgæ ranas de paludibus, & de puluere cynifes eduxit:
muscarum genus omne per omnem Egypti terram effudit, tabem
animantibus immisit, grandinem superinduxit, & locustarũ om-
nia deuorantium multitudine terræ superficiem operuit. Tactus
illius uirgæ qui transitum maris parauit Israelitis, Pharaonem cũ
exercitu rursus inuoluere fecit. Ictus itidem illius, aquam de silice
produxit: ut hic cętera temporis eius prodigia non recenseam. Cũ
Helyas & Helisęus simul starent supra Iordanem: tulit Helyas pal 4. reg. 2. Helias.
lium suum & inuoluens illud, percussit aquas, quæ diuisæ sunt in
utranq; partem, & transierunt ambo per siccum. Helisęus uero, fer 4. Reg. 6. Heliseus
rum securis quod in aquam ceciderat, ad lignum à se pręcisum, na
tare fecit, ut qui perdiderat tuto reciperet. Si Mosen dixit deum, ad
quem sermo dei factus est, & ipse uerbo dei tam mira tamq; natu
ræ contraria perfecit opera: si Helias & helisęus uiri tantum, res ue
re tam stupendas & à captu rationis alienas ediderint: quanto
magis dei filius quem pater sanctificauit & misit in mũdum, ipse,
uerbo suo eadem & mirabiliora quando uolet efficere poterit? Va
lebit Mosis, Heliæ, & Helisęi sermo facere, quod sermo Christi non
ualebit? Helias uerbo suo deuocabit ignem è coelis, & Christus è
coelo descendens naturam panis in corpus suum immutare non
poterit? Quod hominibus dei per deum posse concedis, ne dene-
ges ipsi deo. Mutarunt ipsi naturalem ordinẽ, multo ergo magis
Christus

Chriſtus idipſum poſſit. Ergo cum ſic ipſe pronunciet Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus: dubitabimus nos eo ſermone de pane corpus effectũ Chriſti, & de uino ſanguinem? Hoc opus (quale eſt) mirabile putas, ſed & natura quam ipſe gubernat mirabiliter operatur:

Opera naturę mira.

de terra radicem, é radice producens arborem, ex arbore ramum, è ramo prius florem, poſtea fructum & in fructu grana. Apem natura docuit, ut è floribus exugat, è quo mel ceramq; conficiat. Ex ſemente herba, ex herba culmus, è culmo ſpica, in ſpica multiplicatum ſemen editur. Cibus quem fœmina pregnans ingerit: in carnem, ſanguinem, in oſſa, in ungues, crines conceptus uterini, naturæ ductu uertitur. Horum omnium ſi cauſam & modum interrogeris: aliud reſpondere nequis, q̃ ꝙ mirabilis operatio naturæ perficiat. Nec miraris tamen, ꝙ hęc infrequentia non ſint.

Qui naturalia nõ capiũt ad celeſtia cecurrere neceſſe eſt.

Sed hęc omnia utut mirifice facta, cum formata fuerint manifeſte, qualia ſint te cernere dicis, quod in Euchariſtia nõ potes. Si hęc tibi non uidebuntur ſatis, reſtat ut id in quo te natura itidem doceat. Albidam teſtam inſpicis, quid ſit intus ignoras. Ignoras an uitellus & album oui maneant: an in carnem, plumas & oſſa pulli conceſſerint. Sic in altaris ſuperbenedicto ſacramẽto, panis alborem aſpicies, leuorem tangis, & ſaporem guſtas, preſentiſſimum uero Chriſti corpus in ſua forma non uides. Vnum hoc tibi ſupereſt, ut qui uires ingenij tui mirificis operibus naturæ ſubijcis: multo magis diuinæ uirtuti ſubijcias. Ibi tãtum habes quod reſpondeas, hoc à natura factum: hic quoq; reſpõdere debes, hoc authore deo uel uerbo dei perfectum. Hoc autem ſolo percipis auditu, per quem ſcripturæ ueritas demigrat in animum: & è ſcriptura Chriſti uerba colligis, quibus conſtat iſta mirabilis actio, qua panis terrenus tranſit in admirabile corpus Chriſti. Q̃ ſi uerbis his fidem habere nolis, quæ myſterium iſtud in hac uita gratioſe nobis exhibitum oſtendunt: quomodo fidem habuiſſes, ſi cœleſtia pandere uoluiſſet archana? Quod ipſe iam nobis ut ante Iudęis obiectat

Ioan.13.

Si terrena dixero uobis & non creditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia credetis? Igitur in his omnibus tã terrenis

q̃ cœleſti-

q̃ cœlestibus ubi rationis acies obtunditur, omnem uirtutem dei uerbo tribue. Quam in rebus naturæ mirabilem, in ecclesiæ sacramentis mirabiliorem intelligis: in cœlo si talis tibi detur ascensus, multo mirabilissimã experieris. Iam non addubitabis opinor qui ex pane Christi corpus, & ex uino cum aqua sanguis eius per consecrationem sub uerbis Christi factam, uerissime fiat. Sed ais. Ipsum Christi corpus & ipsum sanguinem in sua specie uidere cupio: quo maiorem in me sui succẽderent amorem. Falleris homuncio, falleris o modicæ fidei. Nã imbecillitatis tuæ causa, factũ est ne sic uideres quod in ipsa sui forma ferre non posses. Factum est ut ita corpus domini tui uideres, quomodo melius de te meretur, & tu mereris ipsi. Facit id fides intermedia, quæ te credentem Christo in quem credis counit. Fides autem non habet meritum, ubi ratio prębet experimentum: non habet meritum si manifesta sensui fiat apparitio. Vt illius corpus sub propria specie cernas deo facillimum est pręstare, sed inutile tibi. Sic se manifestat, quoties oportunitas uel necessitas expostulat. Manifestam suę carnis experientiam dubio resurrectionis diuo Thomę demõstrauit, magis in commodum posteritatis q̃ ipsius Apostoli. Narrantibus cęteris Thoma uidimus dominũ, credere noluit, sed affirmauit Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittã manum meã in locum clauorũ & latus: non credã. Cui alias dominus offerens sese ait Infer digitum tuum huc & uide manus meas, & mitte manum tuam in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis. Tum uictus experimẽto Thomas acclamauit Deus meus & dominus meus. Verum audi quid dominus addens affirmet Quia uidisti me Thoma credidisti, Beati qui non uiderũt & crediderũt, ut apertum nobis documentum relinqueret, ꝙ fide nobis constaret meritum, non experimento, inuisibili sacramento, non in materia uisibiliter ostensa. Tibi pręstat ac maioris meriti est, in altaris oblatione Christum fideliter intueri, q̃ ut olim corpore pręsentem ac manifestum apostolicoq; cœtu cinctum. Id te post alios docere poterit Lodouici regis Francorum memorabile dictũ. Dum quidam sacerdos

In eucharistia cur nõ videtur corpus Christi sub sua forma.

Gregori9.

Dubitatio Thome posteris vtilis.

Ioan. ulti.

Quomodo interdũ visit xpus i sacramẽto altaris.

Lodowicus rex Francie.

sacerdos hostiam immolaret, in hostia consecrata cuncto populo puer paruulus apparuit. Cumq; regi nunciaretur ut accedens aspiceret, se credere respõdit: nec unq̃ dubitasse uerum esse Christi corpus in sacramento. Accedere idcirco noluit dicens, tale miraculũ ostendendum illis qui dubitarent, non sibi credenti. Verum tamẽ plures causę possũt esse nobis etiam occultæ: propter quas se Christi corpus aliquãdo manifestat. Legimus in historijs nostris Edvvardo confessori sancto, cum in ecclesia diui Petri VVestmonasteriensi genuflecteret coram altari sanctę Trinitatis, assidente sibi comite Leofrico, hora qua patri filium sacerdos immolat, eundem Iesum suam regi maiestatem comitiq; uisibilem ostendisse, regem autem dextera benedixisse. Cum autem comes soli sibi factam uisionem existimaret, ut domino suo tanta gaudia communicaret ad eum se erigens conuertit. Quem respiciens rex Sta inquit sta, sustine & expecta, En quem uides uideo, & quem uisibiliter cernis uisibilem adoro. O miram dei pietatem, ò mirabilẽ erga nos Christi amorem: qui modis & speciebus illis se nobis ostendit quibus sibi placeat & nobis prodesse sciat. Datus est & apparuit mundo puer paruulus ex utero uirginis. Magis, apparuit infans. Pastoribus, uagiens in cunis. Duodecennis, Hierosolymæ doctoribus apparuit in templo disputans. Adolescens & iuuenis nostri similis uisus est in terris & nobiscum conuersatus. Vir iam factus, mũdo uere perfectus prędicator apparuit. Ambulãs cum discipulis nũc minimus nunc maximus eorum, nunc pręceptor, nunc discipulis apparuit. Tribus eorum apparuit in monte transfiguratus & gloriosus. Omnibus apparuit ante passionem in mari deambulans. Post resurrectionem apparuit corpore uulnerato, sed & sano. Apparuit Marię Magdalenæ uelut hortolanus: discipulis euntibus in castellum Emaus, Peregrinus. Apparuit dilecto Mosi per ignem in ardenti rubo qui spiritum suum super discipulos in linguis igneis apparere fecit. Idem apparet quottidie nobis omnibus in sacrosancto altaris holocausto, sub specie panis & uini. Sed & eam sępe speciem euariat cum tempus postulat aut res: nunc pueri, nũc

Edwardus rex Anglie

Deus aliis & aliis, alius et alius apparet.

Baruch. 3.

hoīs cruci

pueri, nunc hominis crucifixi nunc hominis uulnerati & sanguinolenti quãdoq; se sub forma uel massa carnis aliquãdo gloriose demonstrans. Ast ut se primo discipulis, & deinceps alijs, iugiter in forma panis ostendere uelit: urgẽtissima ratio cogit. Multo est imbecillior humanus obtutus saltem uiatoris, q̃ ut diuinæ maiestatis aut corporis gloriosi claritatem sustinere queat, aut subtilitatem perspicere. Deum nemo uidit unq̃. Non uidebis & uiues. Ioan. 1.
Et in transfiguratione gloriosa discipuli propter gloriosi corporis Exo. 33.
splendorem ceciderunt in faciem. Quomodo potis es æterni solis atq; creatoris omnium gloriam intueri, qui recto non potes aspectu mutabilis huius & creati solis ferre splendorem? Hinc fit ut Christus in sacramento gloriosus non appareat, qualis est in cœlo. Quod si faceret, non ferret oculus tantum splendorẽ quin statim humor ille cristallinus deflueret, nec corpus uiueret amplius. Si se sub ea qua uixit in mundo carne demonstraret: horrescerent homines accepturi: si tantum sub figura carnis crudę, non pateretur stomachus tantum fastidium. Probant id non Iudęi solũ, sed
" quidam etiam ex discipulis. Cum dixisset Iesus Panis quem ego Ioan. 6.
" dabo caro mea est, caro mea uere est cibus, nisi mãducaueritis car-
" nem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitã
" in uobis: Iudęi litigabant inter se dicentes Quomodo potest hic
" nobis carnem suam dare ad manducandum: discipuli uero mur-
" murantes dicebant Durus est hic sermo, & quis potest eum capere? Videntur ipsi subdubitasse nũ caro Christi comedenda foret tanq̃ quæ uenditur in macello. Sed hunc scrupulum q̃q̃ non Iudęis semper incredulis, at cæteris uere credituris dempsit quando dixit Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Quo dicto ma- Ibidem.
" nifestat nõ se sub specie carnis qua possit sumpturis horror incuti
" sed fidelibus sub specie panis in sacramento commendandum: nisi
P. necessitas aut ingens commoditas christianorum speciem aliam
s. posceret exhibendam. Panis autem esus quia familiaris, assuetus nutritiuus & delectabilis est, idcirco sub illius forma hoc sacramẽtum institutum est. Si quis animo reuoluens secum arguat, quomodo panis

Cur sub forma panis instituit Christus sacramẽtũ eucharistie.

modo panis in uitalia Christi membra transire possit & uitã dare mundo? sciat ille ꝙ hæc sit spiritualis operatio, non solum corporalem hanc uitam nutriens, sed & spiritualem, internam, & cœlestem, recte manducanti tribuens quod uerbis Christi constat, de

Ibidem. Exponitur. quibus addubitantibus ita discipulis asseuerat. Verba quæ locutus sum uobis spiritus & uita sunt. Carnaliter exponẽtes quæ spi

Ioan. 6. ritualiter intelligenda sunt, facillime offenduntur. Caro seu carnalis intellectus non prodest quicꝙ: spiritus autem siue sensus spiritualis uitam confert æternam. Complura sunt huius sacramenti certissima testimonia: quæ si deessent omnia, sufficere debeat hoc

Matt. 26. unum uerbum quod asseritur à Christo Hoc est corpus meum. Si diffidas eius uerbo qui uisus est homo mortalis inter homines: quid cum uideris filium hominis ascendisse ubi prius erat? Credis eum relinquere noluisse memoriam sui corporis inter homines redeuntem ad patrem, qui cum deus esset ut homines amice uiseret corpus assumpsit? Credas ergo eius sermoni qui fallere nescit. Res

Gene. 26. alioquin ipsa te decipiet, in morem Ysaachi patriarchę, qui Iacobũ ab Esao solo discreuit auditu. Fefellit eum uisus qui caligauerat, fefellit odoratus per quem sentire uidebatur fragrantiam uestimentorum Esai, gustus fefellit in cibo quem ab Esao putauit allatum fefellit tactus qui pelliculis hedorum illusum dicere fecit Manus manus Esau sunt: solus autem auditus non fefellit per quem uerissime pronunciabat Vox quidem uox Iacobi est. Vides ut odora

Gene. 27. tu, gustu, uisu, tactu factitium pro uero pręsumpsit Ysaachus: at simplex auditus à ficto uerum internouit. Idem in hoc sacramento mihi consydera. Videre uideris panem album & rotundum, olfacere gustareqꝫ suauem, tangere leuem: qui tamen ut non fallaci doceris auditu, coram te domini nostri Iesu Christi corpus habes ostensum, & accidentia quæ representantur citra subiectum remanentia. Audis ab eo qui ueritas est Hoc est corpus meũ, & hic est

Sex in hoc sacramẽto mirabilia. sanguis meus. Fides ex hoc auditu nascitur, quæ quidem in hac re ad firmandum cor syncerum sola sufficit. Sola fides sex pręsertim mirabilia perspicit in hoc sacramento, quæ ratio nullo pacto

cõprehende-

comprehendere ualebit. Perspicit uetum, uiuum, & uegetum Christi corpus q̃q̃ non uisum: uerissime tamen realiter & corporaliter manu sacerdotum sibi presentatum. Perspicit tam ex omnibus integre membris constantem q̃ cũ natus esset e uirgine, tam latum, tam longum, tam densum & profundum: q̃ cum circuiret ciuitates & castella predicans euangelium in Synagogis, & curans omnem infirmitatem: q̃ cum penderet in cruce, resurgeret, & in coelum ascẽderet: q̃ nunc est sedens ad dexteram patris, & tunc erit quãdo ueniet ad iudicandum uiuos & mortuos in die reuelationis iusti iudicij. Sed hoc lumine grauantur lippientes oculi, coecutiens offenderis quomodo fieri potest inquiens ut tantum corpus orbe tam paruo claudatur? Qui relicta fide infallibili compendium rationis exquiris uel tãtillum rationis accipe. Dic tu qualiter oculi tui pupillula, totum comprehẽdat hemisperium. Si nescias clare causam edicere, sed occultis naturae uiribus attribuas: cur non multo magis quod predictum est diuinae potentię refers acceptũ? Quod si tibi satisfacere non possit: uel illud satisfaciat. Corpus est gloriosum neq; locum occupans, quale sepulchrum exiens, ianuis clausis intrauit ad discipulos, & in coelum conscendens iã sedet ad dex

R. teram dei patris. Tertium admirabile, quod in hoc sacramento fi

8. des inuenit hoc est. Non in hostia solum integra totus cõtinetur Ioan.6.

Christus, sed licet in centum aut mille portiũculas dispertias, in earum etiam minima Christus totus habetur. Huius umbratile specimen in speculo uolo perpendas. Si confringas grande speculum in partes multas: quam in toto cernebas effigiem, eandem totam in unaqualibet parte cernere potes. Nec illud minus admiratione dignum. Esto centum uel mille sacerdotes aut quotlibet concelebrent, quotaslibet etiam hostias consecrent, & quibusuis locorum interstitijs inter sese celebrando distent, ut unus hic sit, iste Romę, (Psal.77.) ille Hierosolymę, & alius alibi: unum tamẽ & idem Christi corpus est, unus & idem Christus, idẽ deus & homo qui singulis hostijs singulorum sacerdotum manibus ostenditur. Et huius argumentum (1.Corin.11) e solis splendore suscipe. Vnus atq; idem sol in orbe suo ma

 nens non

nens non adeo magnæ (ut uidetur) quantitatis, mirifice se cunctarum regionum hominibus impartit. Impartit nobis Anglis, Gallis, Italis, Hyspanis, Hierosolymitanis: impartit omnibus lumen suum. An plures ergo soles, & non unicus est sol qui apud tã multos, tam uarijs distantibus locis, tam multa facit? Quod si in hoc sole clare perspicias: an in æterno sole, in creatore huius solis quid simile non uidebis? Si potestas ista diceretur mortalis solum hominis, nemo crederet: quãdo scitur esse dei, quis non credet? Vnde decus quoqꝫ mirum & inuiolabile, sacramenti consurgit. Qualis enim cũqꝫ sacerdos administrat probus an improbus, sanctus an corruptus: nec hostię sua sanctitate quicq̃ adijcit, nec improbitate detrahit. Manet illa nunq̃ non sacrosancta uereqꝫ diuina: q̃q̃ qui tractat aut sumit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Postremum quod in hoc sacramento nobis ad mirationem inijcit est: q licet unus centum uel mille sumeret hostias, & alter unius nisi partem [illegible]tesimam: Christum tamen ex æquo Christũ totum & integraliter sumerent. Quod in Manna pluente pręsignatũ est, cuius qui plus & qui minus collegerunt, æqualem usum inuenerunt nec minus habuit qui minus q̃ qui plus colligit. Magnum & preciosũ utrumqꝫ m[illegible]us, Manna Iudęis: corpus Christi christianis. Sed horum maxima differentia. Patres uestri manducauerunt Manna in deserto & mortui sunt: qui manducat Christi carnem & bibit eius sanguinem habet uitam æternam. Illum panẽ de cœlo dedit eis manducare: hic panis uerus est qui de cœlo descendit dans uitam mundo. Ille ad tempus omne delectamentum habuit: hic inæternum seruat. Illius dispensator erat Moses: huius, Christi sacerdotes. Ille autem preciosus, hic uero multo preciosissimus. Ille antiquorum patrum, hic uero angelorũ & christianorum: iuxta illud psalmographi Panem angelorum manducauit homo, omne delectamentum in se habentem. Si tanta fuerit reuerentia Iudęorũ Manna sumendo: quo maior esse debet christianorũ corpus Christi sumere uolentium? Probet itaqꝫ seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Nam quicunqꝫ manducauerit panem

Manna figura eucharistie.

Ioan. 6.

Psal. 77.

1. Corin. 11

hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & san-
S. guinis domini. ô christiane tali pastu felicissime, si tamē ipse tuo
s. uicio non trahas ad occasionem infelicitatis, qꝑ habere potes sum-
mam tuæ beatitudinis. Latibulum ergo cordis ingredere, scrutare
conscientiam, scrutare qualiter à ueritate deuiaris, quemadmodū.
in sacramentis uel certo credendis uel oportune sumendis aberra
ueris, quoties infideliter egeris, quibus te uel uirtutibus expoliaris
uel conspurcaris uicijs, quot deniqꝫ modis deum offenderis: & ho
rum omnium perfectam age poenitentiam priusq̄ ad coelestis ci-
bi mensam accedas. Id faciendum conuiuis sui corporis Christus
demonstrauit, quando surgens à cœna, uestimentaqꝫ sua deponēs
præcinxit se lintheo, & mittens aquam in peluim, cœpit lauare pe
des discipulorum, & lintheo quo præcinctus erat tergere. Venienti
ad se Petrus ait. Domine tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi
» pedes inæternum. Mira Petri charitas & simplex detrectatio tan-
» tam erga se domini sui humiliationem non ferentis: sed quam do-
minus in causa salutis hoc terriculamento compressit. Si non laue
ro te non habebis partem mecum. Nesciuit Petrus, nesciuit quid
Christus hoc facto meditaretur: sciuit Christus qꝑ horū exemplo
cæteros ad conuiuium sui corporis instrueret inquiens. Quod ego
facio tu nescis modo, scies autem postea. Vt audiuit Petrus terrifi-
» cas Christi minas, fit uehementior admittendo q̄ fuerat ante recu
» sando: dicens Domine non tantum pedes meos sed & manus &
» caput. Hic uides q̄ necessum fuerit ut quoties ad hanc mensam
» accessurus es, totus lotus fias, totus mundus & perpurgatus. Laua
» ri nos oportet ab operibus quæ male perpetrauimus, & à dictis
» atqꝫ cogitatis per quæ frequenter in malefacta uel lapsi sumus uel
lapsibus institimus. Cumqꝫ sic loti simus, nihilominus cum Petro
clamantes ad Christum Domine non tantum pedes sed & manus
& caput: respondebit ipse nobis ut ante Petro. Qui lotus est non
» indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus, qui lotus est ab
» operatione cōuersationeqꝫ malæ uitæ quæ manibus designatur;
» & intētione seu proposito prorsus eo recidendi, quod denotatur ca

Purganda cōsciētia prius qꝫ mensam Christi petas.

Ioan. 13.

Ibidem.
Exponitur.
Quomodo lauandus ad Christi mensam accessurus.

 pite, non

pite, non indiget nisi ut pedes lauet: ut sicut iam cœpit ita perseue ret, ut posteriora facta prioribus his istitutis adæquet, & affectus postea suos per pedes significatos nunq̄ alio permittat inclinari, q̄ quo ratio gratiose nunc instituta pertrahat. Quisquis itaq; christianus cōmunionem istam sanctorum adire cogitat, per ueram contritionem & integram confessionem opera sua lauet, dicta lauet & cogitata, lauet intentionem & omnes affectus. Et quoniam impossibile est ea nisi per Iesum Christum elui qui dicit Si ego nō lauero te: non habebis partem mecum, si gratia mea non interueniat, tuę uires ubiq; succumbunt, neq; merito uel mensæ hic meæ uel regni futuri particeps esse poteris: cum Christi gratia nūq̄ (si rite flagitetur) non concedenda, uoluntatem bonā omniq; labe purgatam copulemus: sic non indigne quidem ad Christi mensam accessuri, & corpus dominicum ita sumpturi, ut qui coepulamur ī eucharistia mox compascamur in gloria. Sed attendite fratres ut cōscientiam puram omniq; scelere purgatissimam, ad hoc Christi cōuiuium afferatis, sedulo cogitantes quid facturi sitis, si ad inclyti cuiusdam mortalis principis aut magnatis, mēsam inuitaremini. Non dubium quin actutum abiectis uilioribus, preciosissimis tegi uelitis indumentis ut eo commendatiores in eius conspectu cōpareatis. Et ad æterni regis mensam inuitati, minus diligentes eritis? Atrium corruptibilis hominis splendore corporis honestantes, animi uicijs altare domini dehonestabitis? Corpus amictu pulchro decoratur: animus uirtutibus & conscientiæ puritate pulcherrime uestitur. Si non hanc tecum ad hoc solenne conuiuium adducas, dominus introeunti tibi dicet quod omnibus tui similibus dicturum Matheus indicat Quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? Hoc nuptiale conuiuium filio suo deus pater apparauit, ad quod qui digne uestiti ueniunt: intrabunt cū sponso ut in æternum cum eo gaudeant. Sed quisquis similis est eius qui non bene uestitus cum causam interrogaretur obmutuit: terribilem illam sentētiam de se latam intelliget Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Qui māducat igitur

Ibidem. Matt. 22. Ibidem.

& bibit ut

& bibit ut ait Apostolus indigne, hoc iuditium sibi manducat & bibit. Audis ebriose iudicium tuum, audis adulter, audis auare, audis ut semel dicam indigne peccator: si te ad hoc conuiuium ingeras. Probet itaq; seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui uero bene lotus digneq; uestitus manducat & bibit, uiuet inaeternum. Hoc est sacrificium deo patri gratissimum, sacrificium iustitiae de quo propheta subinfert Tunc acceptabis sacrificium iustitiae. Iustitiae sacrificium appellatur, quod peccatorē iustificat, deo reconciliat, & acceptum deo facit. Ipsum enim de se, deo gratum & acceptum est. Nascitur homo filius irae, renascitur gratiae, actu suo recidit in offensam: hoc sacrificio redit in gratiam. Sē per acceptat deus hoc sacrificium ut propheta decantat: q̄q̄ pro meritis, sacrificantem aliquando reprobet. Respexit Abel & munera eius qui Cain & eius munera non respexit. Si nouus Abel succedas ueteri, sacrificium in charitate tibi proderit: sin uiciosi Caini similis extiteris, nihil tibi proderit. Quod est sufficiens medicamē omnibus, malicia facere potest, ut nec tibi conducat offerenti, nec illis pro quibus est oblatum. Quod tamen omnibus qui in charitate sunt prodest, prodest plurimum ad augmentum tum gratiae tum gloriȩ, prodest & degentibus in purgatorio ad diminutionem & remissionem penae: prodest deniq; peccatoribus ōnibus, ut properent & citius ueniant ad poenitentiam agendam, ad suspiria, ad lachrimas & plāctū pro peccato. Atq; hoc modo alijsq; rationibus multis, semper prodest, semper confert gratiam, semper deo est acceptissimum, & toto orbi terrarum efficax & salutiferū. Igitur esto probus, quisquis fueris & fide charitateq; conspicuus & tu quoq; quod propheta dicit audacter ad deum patrē inquies Acceptabis sacrificium iustitiae. Acceptabis hoc reconciliationis meȩ sacrificium, quod ego peccator reuersus ad ueram iustitiā in integritate cordis offero. De corde taliter offerētis nō modo hoc singulare sacrificium deus acceptat, sed etiam Oblationes & holocausta, genus omne sacrificiorum quae deinceps ab ecclesia sacrosancta recepta, uirtutem suam omnem ab hoc sacrificio sortiuntur.

1. Corin. 11

Sacrificium iustitiae quid.

Gene. 4.

Quid significabant oblata animalia in lege. Et tunc imponent super altare tuũ uitulos. Posteaq̃ illius eximij sacrificij uiuax oblatio suscepta fuerit mundo & intellecta, significationes ueterum sacrificiorum inclarescẽt, & tanq̃ in finibus atq; complementis suis extabunt. Deus pater qui proprio filio non pe- Rom. 8.
percit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: imposuit super alta- Uitul⁹ quid.
re uitulum, quando pro redemptione nostra, Iesum Christum uoluit in cruce suffigi. Quod enim occiso uitulo altare fuit, id Christo crux extitit. Vt enim uitulus indomitus, innoxius, & sine iugo est: sic Christus innocens & absq; iugo peccati, qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Esaiæ. 53. Mactatur in altari uitulus ad emundationem carnis, pendet in cruce Christus ad mundandas animas à peccatis & pœna damnationis. Luc. 15. Hic est uitulus saginatus quem pater familias occidi iussit, in reditu & reconciliatione filij sui iunioris prodigi: quem ut alijs ad comedendum distribuit, ita deus pater filium Iesum immolari uoluit, ut sibi genus humanum eo pacto reconciliaret. Nos eundem uitulũ imponimus sup altare, quoties sanctissimum domini nostri Iesu Christi corpus in ecclesia manducamus. Huius altaris & immolationis eius, crucis inq̃ & sacramenti per eam conditi uenit in mentem Esaiæ quãdo Esaiæ. 19. prędixt In illa die scilicet perasceues, erit altare dñi in medio terræ & titulus domini iuxta terminũ eius. Apostoli simul & Martyres imposuerunt super altare uitulos, qui spontaneæ morti pro Christo seipsos obtulerunt. Sic Petrus pedibus in sublimi cruce pensis caput in terram humiliari: percuti gladio Paulus optauit: sanctã crucem salutauit Andreas, in qua gaudens obduruit, Laurentius, Vincẽtius, Lucia, Katherina, cęteriq; similes intolerabili pœne mortiq; grauissimæ paruerunt, ut se deo consecrarent. Confessores itẽ & uirgines imposuerunt uitulos super altare, qui per carnis integritatem & austeritatem uitæ, corpora sua mortificando deo dedicarunt. Nos quoq; quottidie super altare uitulos imponimus, qui non solum eucharistiam omni cultu pietateq; suspicimus, & ubi tempus admonet pari reuerentia suscipimus: sed diuorum etiam festitiuitates honore debito celebramus, passiones eorum & triũ-

phos ad

phos ad memoriam reuocantes, ut quorum exemplis inniti contẽdimus & insistere uestigijs: eorum quoq; premia participemus in gloria regni coelestis. Talem significationem caetera habebant animalia, quae solebant immolari. Agnum offert qui suae mẽtis arrogantiam retundit, & quo superior est, aut maiorem superbiendi materiam habet, eo se prestat humiliorem in omnibus. Offert ille turturem, qui temperantia luxuriem, & castitate restinguit immũdiciam carnalem. Boues immolat, qui segniciem corporis et animae secordiam propulsans, se industriae dedens, ut diligenter ac sedulo operetur in uinea domini: ut illic aret & fodiat, ut uersa terra fructum afferat, & alios ad idem faciendum prouocet & trahat. Arietes uero mactat & sacrificat, qui q̃ plurimos probo suo exemplo ueluti dux gregis, ad uirtutis exercitium ducit ac post se uocat, & spirituali pabulo alit, pascit, ac uegetos in Christo reddit. Hircos uictimat, qui petulãtia, pruritum libidinis, ac fetidam illam luxuriae spurcitiem per modestiam, temperantiam, ac uitae persimoniam edomitans & extinguens: castum corpus, castam animam, & immaculatam conscientiam deo offert in odorem suauitatis. Tauros offert, qui iram odium, & omnem sinistri pectoris maleuolentiam fortiter superans & occidens, omnem aduersae fortunae reflatum aequo animo sustinet, robuste pro deo toleraturus quicquid uel casus asper, uel aduersitas aliqua obiectare potest. Interim animum suum uirtutibus ornans, exercens & muniens, ut uitia omnia profligat, citius mortem oppetiturus, q̃ ut ullum inquinamentum aut mentis aut corporis admittat. Atq; hec sunt animalia, sunt ista sacrificia, sũt oblationes, libamina & holocausta, quae uerus poenitens, uerus prioris uitae castigator in altari mentis suae offerre debet. Neq; uero satis erit semel atq; iterum hoc poenitudinis libamen obtulisse, semel contractas peccati labes emaculasse: sed quia quotidie peccamus & egemus gratia dei, quotidie quoq; repetendum est poenitẽtiae asylum, quotidie omnibus conatibus curandũ ut emendemur in melius: ut relictis pristinae cõuersationis erroribus, eamus à uirtute in

Agnus. Turtur. Boues. Arietes. Tauri. Psal. 83.

tute in

Ephe. 4. tute in uirtutem, donec occurramus omnes in unitatem fi
dei & agnitionis filij dei, in uirum perfectum in mẽ
suram ætatis & plenitudinis domini nostri
Iesu Christi, qui cum patre &
sancto spiritu uiuit & reg-
nat deus per infini-
ta sæculorum
sæcula.
Amen.

Dominus dedit.

Deo gratia.

Excudebat Robertus Redman, Londini Anno
dñi. 1532 die mensis Maij. 28.



Barth: Norman. Domine, ut videa

